M. S. fo perg. con 177 hojas foliadas y una
pra de indice, bien tratado, completo.

H– Lecturas Salmaticens. por S. D. Fr. Ra–
mos = M. S. Tomo 1º

Diolo al Colegio este año de 1702 el Dr. Dn. Xpoual de Henestrosa Afan de Ribera Colegial de esta Sta. Casa siendo presidente de la Inqq.on de esta Ciud. y electo en este año Regente del Supremo Consejo de Navarra que acceptó y por aver tenido un achaque al tiempo de executar su viaje se escuso de la plaza —

Est. 2. de Ms. tab. 5.

+

Index tractatuum, et mate-
riarum.

Finis.

AD TITULUM D. DE ADQUIRENDA VEL AMITTENDA POSSESSIONE.

Quod vobis, auditores clarissimi, mihi, et nostrae reipublicae litterariae bene vertat, iam ex diuturni morbi captivitate, ad academiae [illegible], veluti postliminio, redimus, et si nondum quartana immunes, ac [illegible] quidem diebus, quibus illa caremus, recte sani, vetere tamen iam et annua, quae [illegible] sperni non possit, nos tamen vestris commodis supersederiam patitur, ut meo veluti iure usurpem quod scriptum est in l. 1. § proinde 8. l. qui tertiana 53. D. de aedilitio edicto. l. quaesitum 60 in fine. D. de re iudic. Ergo ut subtilem hunc de possessione tractatum, tot noviorum ac veterum commentationibus per illustrem, promore et captu nostro explicemus, duo praestabimus: primum, ut expositis breviter ad Iulii Pauli in l. 1. h. t., primariis materiae elementis, et quasi fundamentis aedificii tractatus, et usui vestro, et academiae legibus faciamus satis; secundum ut deinceps electos magis, et antecessoribus nondum expositos tituli nostri locos propriis recitationibus illustremus, speciosa forsitan tecto coronidem imponentes.

AD IULIUM PAULUM IN L. I. H. T.

METHODICAE EXPLANATIONES.

Quae possessionis notatione, definitione ac divisione totidem capitibus complectuntur.

CAP. I.

De possessionis nomine ac notatione.

I De possessione dicturis prima eius vocis explicandae cura esse debet atque in primis distinguendae significationis, quae varia apud nostros est, et aequivoca, ut affirmat Alex. de Immob. [illegible] cons. 63 num. 6. vol. 6 Tiburcus thomos. litt. P. conclu. 400 num. 5 [illegible] de analog. iur. c. 15 num. 180 inter [illegible] enim possessiones vocari res possessas, et quidem generaliter etiam si mobiles sint. l. ult. § patrimoniorum 21. et § sed et cos 23. D. de muneribus, et honor. iuncta. l. filius 22. § ult. D. ad munic. frequentius [illegible] res immobiles. l. Titia 87. § ult. D. de legat. 2. l. praediis 91. § Titio. D. de legat. 3. l. Seia 20 §. Tyrannae. D. de instructo l. 1. D. de rebus dubiis cum vulgatis aliis congestis ab Alberico in dictionario Brissonio Calvino, et aliis de verbor. signif. verbo possessio, notarunt praeter Alciatum, et Rebuffum in l. interdum 78. D. de V.S. Connan. lib. 3. com. c. 8 num. 1. David Argentin. notar. iuris selectar. tit. [illegible] interdictis pag. 5 noster Amaya lib. 1. observ. c. 16. num. 5. Stevechius in comment. ad Veget. lib. 9. de re militari. c. 7 in principio unde et legatis venditisve possessionibus, ex frequentiori

loquendi usu res duntaxat immobiles comprehendi argumento ex l. ab executione 5 C. quorum appellat. non recip. iuncta regula textus in l. liberorum 52 § quod tamen Cassius. D. de leg. 3. docent contra Accursium, et alios in l. ult. C. de compensat. Bartol. in l. uxorem 41 § legaverat D. de legat. 3 Alexander in nostra l. 1 num. 23 Ripa num. 25 Iaso num. 41 Flormanottus Decius num. 40 Crottus num 18 Bolognettus num 106 Alciat. num. 24 Mantica de contract. lib. 3 tit. 31 num. 23 noster Richardus in princip. institut. de interd. artic. 1 num. 22.

Sed et interdum, ut pergamus, possessionis nomine proprietatem dominiumque rerum possessarum significamus D. l. interdum 78 D. de V. S. l. si decui 37 D. de iudic. l. cum res 4 C. de cont. empt. in qua quod legimus duplicem rei titulum possessionis non posse, necessario intelligendum est de dominio, quod semel et ex una duntaxat causa adquiritur, non autem de possessione, quatenus proprie detentio est, haec enim potest pluribus ex causis contingere l. 3. § ex pluribus D. h. t. notant, et ad rem explicant post Accursium, et antiquiores alios in d. l. cum res 4 et in dict. § ex pluribus, Petr. Faber in l. non ut ex pluribus 159 D. de reg. iur. post multos Gilken. de prescription. 2 part. membro 3 c. 1 num. 15 Richardus ibi proxime num. 14 Hilligerus ad Donelum lib. 5 commentat. c. 16 litt. B. Porro, quod dicimus possessionis verbo dominium intelligi, pendet ex naturali gentium ve iure, quo in specto dominium rerum ex possessione coepisse, et vel occupatione adquiri, vel traditione certum est, ut in § dominium 1. nostrae leges 1 l. traditio 20 § ult. D. de adquir. rer. dom. alioquin civili Quiritium iure nihil commune habet proprietas cum possessione, nec misceri, aut confundi debent l. naturaliter 12 § 1. l. permisceri 52 infr. h. t. l. 1 § huius 2. D. uti possidetis.

Ex his paulatim veluti manuducimur ad interpretationem textus in l. questio 115 D. de verb. signific. quem quia non capit, carpit Laurent. Valla lib. 6 elegant. c. 41 Floridus Sabinus libello de interpretibus iur. civil. pag. mihi 155 nec feliciter exponunt difinitionem possessionis ibi propositam existimantes Alciat. Rebuffus, et Cujac. in d. l. questio 115 idem Alciatus in l. quinque pedum num. 26 C. finium regundor. Cujac. in par. tit. l. 5 C. h. t. Forcatus in Necyomantia dialog. 73 num. 2 Connan. lib. 3 com. c. 8 num. 2 Charondas lib. 1 verisim. c. 6 Iuanes Vaseus lib. 1 var. quest. 4 num. 2 Vulteius consil. 30 num. 125 volum. 2 Petr. Peckius in regula sine possessione num. 2 de regul. iur. in 6. explicabitur tamen non vulgariter ex propositis, si observemus res immobiles, quae in bonis nostris sunt usu, et possessione ~~num. 2 de reg. iur.~~ sola, sive quod idem est, adquisito earum dominio, non quiritario ac legitimo ex civili Quiritium iure, sed bonitario, ut vocant, ex naturali iure seu gentium de quo Ulpianus in fragmentis tit. 1 § in bonis et tit. 19 § si sexus Boetius in Topica Ciceronis l. un. C. de nudo iure Quirit. pluribus et post plures Schiford. lib. 3. ad Fab. tract. 2 quest. 3 et 4 toll. non male possessiones dici, quatenus ea voce, et res immobiles possessas et dominium per naturalem possessionem quaesitum significamus, ut iam tradidimus. sunt autem eius generis plerique provincialia praedia, qualia quae dicebantur stipendiaria

O tributaria, quorum scilicet plenum dominium exiure Quiritium suo aere bello provinciis publicatis trans agris factum est populi Romani vel principis l. belli l. si captivus 20 §1. d. de captivis notat Cuiat. lib. 19 obser. c. 7 Petr. Faber. lib. 2 semestr. c. 4. noster Solorzano de indiar. iure lib. 2. c. 6 num. 36. usus autem eorum prediorum et naturalis possessio privatis concessa, ut in eorum bonis et dominio sint inexigentis stipendio vel tributo imposito, quod pro eisdem solvunt, ut docet Theophilus in § per traditionem instit. de rer. divis. et illustrant Boinar. Hotom. et alij ibidem et in princip. instit. de usucap. Cuiat. lib. 7. obs. c. 3. Pancir. lib. 2 thesauri var. c. 152. post alios eruditè ut solet noster Valentia lib. 1. tract. 2. c. 2. num. 3. et c. 5. num. 25 unde inter res nec mancipi recensentur ab Ulpiano d. tit. 19. in principio, quia nec mancipio dari, vel accipi predia hec possunt, hoc est nec abaliena= ri per mancipationis sollemnitatem, neque adquiri privatis nisi usu et possessione, non autem mancipio sive Quiritario dominio, cum id publicum sit, ut cum multis notat Hilligerus ad Donell. lib. 4 c. 19. litt. A. idcircoque neque usu capiebantur iure veteri princip. instit. de usu cap. l. un. C. de usucap. transf. l. cum sponsus 12 § in vectigalibus d. de Publiciana, sed longi temporis praescriptione ad quirebantur et in bonis possessorum esse incipiebant l. si finita 15 § si de vectigali d. de damno infecto explicat sic Cuiac. lib. 19 quaest. Pauli ad edictum in d. l. cum sponsus 12 § in vectigalibus et in recitatione ad tit. C. de usucap. transf. et C. de iure emphyteut. quamvis aliter Hilliger. ad Donel. lib. 20. c. 8. litt. N. Bened. Pinelli. lib. 1 select. c. 17 Schifordeg. ad Fabrum lib. 3. tract. 21 quest. 9

4 Convenienter igitur superioribus Iavolenus scribit in d. l. questio 115 possessionem ab agro distare proprietate iuris nempe civilis Romanorum quod abso lute interdum ius appellatur l. si unus 27 § pactus. d. de pactis l. 1. § ult. d. de su= perfic. l. 1. § idem Pomponius d. quod falso tut. l. 1. d. quib. mod. usus fr. amit. l. si usus fructus 9 § 1. d. usus fr. quemadm. caveatur § non autem instit. de perp. et tempor. act. possessionem enim, ait Iavolenus, appellamus quidquid aprehendi mus, cuius proprietas ad nos non pertinet scilicet iure civili, quorum usus dum= taxat et possessio concessa est, ut evenit in prediis stipendiariis, et tributariis, ac nec pertinere quidem potest eodem iure, quia populi vel principis est. d. l. si captivus 20 § 1. d. de captiv. confirmat Festus de verbor. signific. verb. possessiones. d. Isidor. lib. 15 orig. c. 13. et exposuit primus Brisson. lib. 4 select. c. 1. et de verb. signif. verba possessio Forner. Baddaeus et Gothofred. in d. l. questio 115. noster Valentia d. lib. 1. tract. 2. c. 2 num. 3 Raevard. lib. singulari ad leg. 12 tabul. c. 16 Hottomanus illustr. quest. 1: Calvinus de verbis iuris verbo possessiones. Giffan. in l. 1. § ult. num. 85 in fin. tit. quamvis aliter, et malè Meril. lib. 5 obs. c. 27 eoque sensu possessionis verbum de prediis provincialibus accipiendum proprie est in l. Lucius 11. d. de evict. l. filij 22 § ult. d. ad municip. leg. pendentes 27 § aliquid cloacarij d. de usufruct. proinde recte Iavolenus concludit possessionem usum esse hoc est per posse= ssionem in prediis stipendiariis, et tributariis, significari usum eorum et possessionem ei que continuatur dominium quae exiure gentium privatis concessum, cum tamen quirita rium dominium sive proprietas eorum iure civili, ad quam agit verbum referatur, publica sit, nam ut eleganter Seneca epistol. 23 stulta avaritia mortalium possessionem proprietatem que discernit, nec quidquam suum esse credit, quod publicum est, quemadmodum ad dom

significatione usus verbi accepti pro possessione et mancipii pro proprietate distingui et ex adverso opponi solet, ut apud Ciceron. lib. 7 famil. epist. ad Curium 30. cuius cum proprium te esse scribis mancipio et nexu, in eius autem usu et fructu. Lucret. lib. 3 de natura rer. vitaque mancipio nulli datur, omnibus usu. Publius Syrus Mimis. Pstrina nobis usu dat mancipio nihil. Arno. 6. lib. 2 advers. gent. usus et illis est vita non mancipio tradita.

Deinde ut progrediamur, non semel possessionis voce usucapionem intelligimus sicut in L. ait praetor 23. §1. D. ex quibus causis maiores L. qui pignoris 36 infra h.t. Itaque illustrandus est Papinianus in l. Denique 19 D. ex quib. caus. maior. ibi. Placet in ter rupta m possessione post liminio non restitui, quia haec sine possessione non consistit. Quae sane verba tamquam Papiniano indigna, quasi scilicet dicturus ille non fuerit nisi inepte omnino et insulse possessionem sine possessione non consistere; emendat Petr. Fabr. pro voce possessione substituens usucapionem lib. 2. semest. c. 25 nec dexterius exponit Vacon. lib. 3 declarat. c 33 num 5 et Atriboniano vocem possessione pro usucapione repositam contendit post Fabrum noster Valentia illustr. lib. 1 tract. 3. c. 4. num. 15 sed immerito; accipitur enim ibi in principio, possessio pro usucapione cuius proprium est illud, quod sequitur non posse sine possessione consistere L. 25 D. de usucapionibus notant post Accursium et antiquiores Cuiat. lib. 3 questionum Papiniani et e ginarius in dicta l. 19 Brisonius de verborum significatione verbo possessio Raevardus, Fornerius lib. 2 rerum quotidianarum c. 25 Osfonius in l. cum heredes 23 num 22 D. h.t. quorum expositioni et consentiunt libri Basilicon. in quibus possessionis voci in principio respondet, id est dominii adquisitio per [illegible], quam usucapionem vocamus, ut animadvertit Cuiat. lib. 22 Pauli ad edictum in l. cum miles 30. D. ex quibus causis maiores et in l. cum heredes 23 infra D. h.t. nec refragatur Papin. elegantia nam quod notat idem Cuiatius in dicta l. denique 19 et in paratitlis ad titulum D. de usu cap. efficitur illa ex clausula possessio sine possessione non consistit familiaris Rhetoribus figura quam graeci ploche, et latini repetitionem sive contradictionem vocant et pro qua unius eiusdem vocis alio sensu in initio adque alio postea usurpata ut docent Marcus Fabius lib. 9 institutionum oratoriarum c. 3. A[illegible] Romanus de figuris sententiarum in Proce[illegible] rhetoricorum ad Herennium lib. 4 ubi hoc affert exemplum, amari nihil est si curet ut nequid in sit amari.

Inde prius quam discedamus explicandus est obscurus locus Maciani neque in hoc tractatu, quod sciam ab ullo expensus hactenus aut expositus in L. sciendum. 15. §. si fundus in dotem. D. qui satisd. cog. ubi ita scriptum est si fundus in dotem datus sit, tam uxor, quam maritus, propter possessionem eius fundi, possessores intelliguntur. Quae sententia et repugnat iuris principiis, quibus docemur maritum res dotales iuste possidere l. 1. et 3. D. pro dote. l. un. C. eod. tit. L. dotis. 7. §. si res. d. de iure dot. L. 3. §1. D. de Publiciana L. Pomponius 13. §. in dote inf. h.t., uxorem autem, quamdiu ei restitutae non sunt res dotales, neque iuste neque iniuste possidere L. dotis 9. L. soluto matrim. utrumque autem easdem res neque possidere in solidum posse. L. 3. §. ex contrario inf. h.t. L. si ut certo 5. §. si duobus. D. commod. neque possidere intelligi iuris fictione, tum quia possessionis natura non facile fictiones admittit D. l. denique. 19. D. ex quib. causis mai. L. 1. §. Scaevola D. si is qui testam.

Cum si

cum similibus; tum etiam, quia neque respectu iuris quod in rebus dotalibus, tam uxor, quam maritus habet, possunt possideri intelligi, quia sit utrque iuste possideret, et eodem genere possessionis, quod nec Trebatius admitteret d. l. 3. §. ex contrario. ff. tit. l. duo. 19. ff. de precar. c. licet caussam. 9. versic. ex premissis deprobat. neque respectu satisdationis, quae rerum immobilium possessoribus non iniungitur ut in d. l. sciendum. 15. in prin. ff. qui satisd. cog. l. 2. tit. 3. lib. 2. fori. nam cum ad evitandam necessitatem satisdandi propter immobilia non tam attendi soleat et debeat possessio immobilium, quam eorum dominium, quo quodammodo cavetur petitori, d. l. sciendum 15. §. 1. †l. Lucius 21. §. idem 4. ff. ad munic. et §. creditor. constet autem dotalem fundum tam in dominio uxoris, quam mariti connumerari diversis respectibus l. quamvis 75. ff. de iure dot. l. Lucius 21. §. idem 4. ff. ad municip. l. in rebus. 30. C. de iure dot. quib. iunge cum multis Hillig. ad Donel. lib. 14. c. 4. litt. F. Schifordeg. ad Fabr. lib. 2. tract. 13. quaest. 13. Zavallos commun. contr. comm. quaest. 8. num. 38. et seq. Faber de error. dec. 99. err. 1. debuit potius Macer scribere in d. §. si fundus, propter dominium fundi tam maritum, quam uxorem tamquam possessores immobilium a satisdatione excusari, nec fuit cur in possessione impossibilem, neque in proposito necessariam fictionem induceret, ut omittam insulsum et indignum consulti elegantia videri genus illud dicendi, propter possessionem possessores intelliguntur; presertim cum confestim sequatur, alia caussa est eius, qui fundi petitionem personalem habet; distinguitur enim recte, et ex adverso opponitur personalis actio petitioni reali, sive vindicationi et dominii omnium instit. de action. l. pecuniae 178. §. actionis. ff. de V.S. l. actionum 25. et l. actio 28. ff. de oblig. et act. non autem possessioni, quae nihil cum actionibus commune habet.

Quo postremo argumento motus Cuiac. lib. 10. obs. c. 82. pro verbo possessionem in d. §. si fundus, existimat legendum, petitionem hoc est, vindicationem, sed aberrant tamen aperte dotalis fundi, quam adversus extraneum tam viro quam uxori competere et propter eam possessores intelligi affirmat post Cuiac. Hering. de fideius. c. 7. num. 414. quia vindicatio rei dotalis marito soli competit, l. doce. 9. C. de rei vindic. numquam autem uxori, ante constitutionem Iustiniani in d. l. in rebus. 30. C. de iure dot. Quare omissis et aliis ut admonuit Hillig. ad Donel. lib. 23. c. 9. litt. O. quae etiam suppositis convincuntur Accursii et antiquiorum expositionibus, quas proponit. Iaso in d. §. si fundus et post plures sequitur Castillo de ususfr. c. 4. num. 47. et seq. et in effectu probant Pinel. in l. l. 3. part. num. 12. C. de bon. mat. Suarez in l. 2. in princ. num. 12. tit. de los emplaçamientos. lib. 2. fori. Matienzo in l. 10. glos. 1. num. 4. tit. 16. lib. 5. compilat. affirmandum breviter est cum Fabro in rationali d. §. si fundus Schifordeg. lib. 2. ad Fabr. tract. 15. quaest. 2. verbis illis propter possessionem significari proprietatem ut in locis adductis supra num. 2. quae cum in dotalibus rebus tam viri quam uxoris sit, diverso scilicet respectu d. l. quamvis 75. ff. de iure dot. propter eam etiam possessores immobilium esse intelliguntur, ne ad satisdandum cogantur ut in d. l. sciendum. 15. et §. 1. et seq. quamvis si sponte satis dederint obligentur l. de die. 8. §. 1. in fine. ff. qui satisd. cog. quam ita post Accursium et alios exponit, noster Pichard. in §. sed hodie num. 25. instit. de satisdat. porro in repetitione verbi possessionis et possessores nihil est insulsum in d. §. si fundus, quinimmo exemplum elegans ΠΛΟΚΗΣ seu traductionis per quam vox possidendi prius

l. sciendus 15. §. si ... d. qui satisd. cogant.

ad proprietatem et postea ad detentionem refertur, ut notauimus supra num 5. in fine.

[margin: l. cum miles 30. D. ex q. causis majores.]

. Sed ut acceptionem possessionis pro usucapione iam regrediamur extat eius dem generis exemplum aliud in l. cum miles 30. D. ex quib. caus. maio. ibi. Quia possessio defuncti quasi iuncta descendit ad heredem. Que certe verba non conueniunt possessioni, quatenus detentio est, hec enim ad heredes non pertinet nisi aprehendatur, l. cum heredes 23. D. in fr. tit. id circo que accipiendum est verbum possessio pro usucapione, cuius proprium est illud, ut a defuncto cepta in herdem transeat, posit que nondum adita hereditate compleri l. nunquam. 31. §. 5. cum l. ceptam 40 l. justo 44. § nondum. D. de usucap. l. 2. §. etiam heredi D. l. qui cum 6. §. ult. D. pro emptore quomodo ut possessionem pro prescriptione longi temporis usurpari constat in l. si fundum. 16. D. de fundo dotali ibi non tamen interpellat eam possessionem que per longum tempus fit. Notant et ad rem explicat post Albericum in d. l. cum miles 30. in fine Curac. lib. 12. Pauli ad edictum ibidem et lib. 3. quest. Papin. in d. l. denique. 19. et in d. l. cum heredes 23. ubi et Giffan. num. 11. in fr. tit. cum pluribus Hellig. ad Donel. lib. 7. c. 10. litt. C. quibus asentior, quamuis Triboniano adscribat verbum possessio in d. l. cum miles 30. et in d. l. si fundum. 16. post Fabr. Valentia lib. 1. tract. 3. c. 4. num. 15. nec felitius exponat idem Faber de error. dec. 5. err. 9. et in iurispr. tit. 2. princ. 5. illat. 3. et tit. 6. princ. 5. illat.

Verum hec singule possessionis pro rebus immobilibus, aut proprietate, aut usucapione, acceptiones, de quibus diximus non proprie sunt, sed translatie, in quibus per Metonymiam aut Metalepsim, tropos rhetoricis notissimos adiunctorum nominibus adsubiecta, aut similia significanda utuntur iuris autores. Proprie autem in hoc tractatu possessionem vocamus detentionem, ut in difinitione eiusdem plenius dicemus infra c. 2. illud interim postreme huic et proprie possessionis acceptioni consequens est, quod Paulus ait in nostra leg. 1. in princ. nempe possessionem appellatam esse a pedibus quasi pedum positionem, iuxta vulgatam lectionem quam post Bartolum et Accursianos fere omnes in presenti et preter laudatos ab Hellig. ad Don. 17. et lib. 5. c. 6. litt. A. et B. Valentia d. lib. 1. tract. 2. c. 1. num. 1. Pichard. in princ. instit. artic. 1. num. 3. dein terdictis sequuntur Medices in l. ult. D. de legib. glo. 1. part. 2. nº 2. Peregrin. lib. 3. variar. c. de possessione num. 19. Molina de iustit. disput. 12. in princ. Lesius eodem tractatu lib. 2. c. 3. num. 89. cui lectioni appositissima est ratio, que sequitur in d. l. 1. ibi. quia naturaliter tenetur ab eo, qui ei insistit, hoc est, quoniam, qui rei pedibus incumbit, siue quod idem est, insistit, eam vere et corporaliter posidet. sic enim vox naturaliter exaudienda est in nostra l. 1. quippe et alibi sepe fieri naturaliter dicitur, quod vere et re ipsa fit, non ficte l. 3. § aperire et § si quis tabulas. D. de S. C. syllam l. in cause. 16. §. idem Pomponius. D. de minor. l. item. 22. §. ult. D. locati. l. sed si damnum 9. §. si ipse. D. de pecul. l. solutam 49. D. de solut. cum aliis quas post Hotman. et Brisson. de verb. sign. verbo naturaliter explicant sic Faber lib. 8. conject. c. 5. ad finem Hellig. ad Don. lib. 15. c. 40. litt. C. Hotman. illustr. quest. 41. Brisson. lib. 1. de solution. circa principium Castillo lib. 2. controu. c. 8. num. 13. et seqq. et lib. 3. c. 23. ex num. 48 conducunt preterea pro vulgata lectione textus in l. 3. ibi, ut qui fundum posidere velit,

Omnes glebas circumambulet, et in l. quod meo. 18. §. si venditorem, ibi, non minus possidere cepi, quam si pedem finibus intulissem. d. h.t. l. 1. tit. 30. part. 3. et ex aliis Latinorum Actorum locis, quos non transcribo illustrat Pet. Gregor. lib. 1. syntagm. c. 13. num. 7. cum seqq. quibus adiicio singulare neque in hanc rem vulgatum Seleuci regis dictum, qui Babylona ad bellum proficiscens cum dolore pedis, quem lapidi impegerat, subsistere coactus esset, et res sinistri augurii videretur generose exclamavit, bono animo estote omnes, namquam terram calcamus, et retentui sumus, et firmiter possessuri. ut ex Appiano in Syro memorat Leonicus lib. 2. var. histor. c. 20. et ex aliis Pier. in Hyero glyph. lib. 45. ubi de anchora in fine. v. et Clementem Alexandr. lib. 3. in pedag. c. 11. Auson. in urbium catalogo ubi de Alexandria et Antiochia Iustin. lib. 15. Tertull. §. de anima. c. 42.

. Diversa sane est lectio in florentinis libris, in quibus scriptum est. possessionem appellatam esse a sedibus quasi positionem, quam lectionem preter laudatos ab Hilligero. d. lib. 6. c. 5. litt. A. et B. Vallentia ubi proxime probant magis Bolognet. Giffan. et Gothofred. in nostra l. 1. Aurel. David. de verb. signif. c. 6. num. 25. Richard. ubi proxime num. 4. et confirmant Iulius Paulus in l. 3. §. ex contrario in fine infr. h.t. d. Isidorus in c. ius gentium. 9. 1. distinct. ubi sedium occupationem vocat possessionem, a qua dominium iure gentium cepit, ut in §. 1. nostre legis, quia sedium positio est quasi symbolum possessionis, ut in c. ut nostrum. 9. de officio archidiac. c. dilectus. 19. c. pro illorum. 22. c. dilecto. 25. de preb endis Servius ad illud Virgilii lib. 11. Aeneidos devicta Asia subsedit adulter, notant exornantque preter laudatos Hotman. lib. 20. obs. c. 7. quibus accedit eadem significatione sepulchra, que defunctorum eterne sedes dicuntur in l. si quis. 40. d. de rel. leg. et in Novella valentiniani de sepulchris, illustrant Iuanes Savaro in Sidon. lib. 2. epist. 8. pag. mihi 132. et seq. Dempster. in Paralipom. ad Rosin lib. 3. c. ult. Kirchman. de funeribus lib. 3. c. 10. vocari etiam eternam possessionem a divo Pauliano in epist. ad Pammachum et in veteri epitaphio Probine Aeternoque levis possidet umbra Lares.

. Ceterum utrumque ex duabus lectionibus sequare, constat, certe defendi utramque posse, et Labeonem Paulumque utramque tradidisse d. l. 3. §. ex contrario in fine, ut rectissime post alios expendit Valentia ubi supra, Peregrinus lib. 3. var. c. de possessione num. 19. solent enim iuris auctores studiose exquirere, unde dicta sint verba, et eorum varias illusiones, sive notationes proponere exemplo stoicorum, a quibus instituti sunt, ut ad rem observant Cuiac. in l. 1. ff. de iust. et iure. et lib. 11. obs. c. 37. et lib. 26. c. ult. Par lador. lib. 1. rer. quotid. c. 14. Meril. lib. 1. obser. c. 10. id quod precipue factum a Labeone ut in presenti et in l. 1. d. de furtis l. inter. 194. d. de V.S. l. Labeo. 7. d. de supellect. leg. quem verborum origines rationesque percalluisse, eaque scientia ad enodandos plerosque iuris laqueos usum testatur Agell. lib. 13. noct. Attic. c. 10. et tamquam princeps Proculeianorum inter ceteras operas sapientie stoicos maxime sequebatur l. 2. post hunc. 47. d. de orig. iur. notat Meril lib. 1. obser. c. 20. denique illud tenendum Derivationem possessionis a sedibus et origini vocis, et vere etymologie proprius accedere, cum possidere dictum sit quasi posse sedere, ut inter alios Donell. lib. 5. com. c. 6., notationem autem a pedibus, non etymologiam, sed allusionem ad vocis

similitudinem, ex qua proinde argumentum duci non potest, quominus possideantur res mobiles, quas proprie possideri certum est, probantque praeter congestos a Valentia d. lib. 1. tract. 2. c. 1. num. 14. Forcat. dialog. 75. num. 8. Medices in l. ult. glos. 1. part. 2. num. 10. d. de legib. Richard. in princ. instit. artic. 1. n. 8. de interd.

De Possessionis Definitione et Utrum Facti aut Iuris — CAP. 2.

Possessionis definitionem non omiserunt veteres iuris prudentes inter quos Aelius Gallus, quem de verborum, quae ad ius pertinent, significatione, scripsisse scimus ex epigraphe. l. paries 157. d. de verb. sign. possessionem ita describit apud Festum Pompeium de verb. signif. verbo possessio ibi. possessio est usus quidam agri aut aedificij. Quibus ex verbis possessionem sic recte definiri, ut sit usus quidam rei, contendit Cuiac. lib. 54. Pauli ad edictum in nostra l. 1. et in recitat. sollenn. ad hunc tit. d. et C. in princ. et consentiunt in effectu Alciat. et alij, quorum meminimus supra c. 1. num. 8. in princ. Ant. Agustin. in notis ad Festum verbo possessio Laevin. Torrent. in Horat. lib. 2. epist. 2 versu 159. Brisson. de verbo possessio. ego quamuis agnoscam definitionem hanc stricte dialecticorum in definiendo regulis non omnino congruere nec proponi in l. quaest. 115. d. de V.S. defendi tamen saltem ut descriptionem iuris consulto dignam posse non dubito; et confirmari aperte in d. l. quaestio 115. ibi. Possessio ergo usus. et in alijs locis, in quibus usus et possessio pro eodem usurpantur, ut monuimus supra c. 1. num. 4. in fine. ita et in lege 12. tabularum, quae usucapionem intro duxit illis forsitam verbis. rerum mobilium annus, usus et auctoritas, fundi, biennium esto. ut commemorant Cicero in orat. pro Cecinnâ et in Topicis, usus accipitur pro possessione, per quam res adquiritur, cum usucapitur l. l. denique 19. cum l. seq. l. ait praetor 23. §. 1. d. ex quibus caus. mai. l. non quocumque 82. §. 1. d. de leg. 1. l. non solum 38. d. de usucap. l. mulier 22. §. sed enim in fine l. de ductâ 58. §. cum autem 6. in fine. d. ad S.C. Trebell. et apud Horat. d. lib. 2. epist. 2. ibi. Quaedam, si credis consultis, mancipat usus.

Nec movemur his argumentis, quibus definitionem hanc improbant et usum non esse possessionem, quin potius hec re ipsâ, et iuris effectu distingui, ut in l. si ut certo 5. §. ult. d. commod. l. 1. in fine d. de furt. l. 1. §. ult. d. h.t. l. ult. d. de servit. iuncta l. si quis diu turno 10. d. si servit. vind. l. 2. in fine d. de precar. cum alijs expendunt Duaren. in paraphr. ad hunc tit. c. 1. Hillig. ad Donel. lib. 5. com. c. 6. litt. E. Gil Ken. de praescript. 2. parte membro 3. c. 1. num. 22. et ex nostratibus Vallenzia lib. 1. tract. 2. c. 2. n. 4. quibus adde, si placet Apuleium. apolog. 1. ibi. Nam et contrà plurimis rebus possessu careo, usu fruor. Quod si negis habere utendi argumentum est, neq. non utendi, non habere: et speculi non tam possessio culpatur, quam inspectio: fatemur enim usum specialiter acceptum a possessione distare; ceterum Aelius Gallus possessionem ait esse usum non quem libet, sed ut diximus

quemdam

quemdam, hoc est propriam certamque speciem usus, qualis est detentio, in qua possessio consistit, id que more veterum iuris auctorum, qui nuda et simplici rerum descriptione contenti plerumque his adijciebant verbum, quedam, aut propria, aut certa, ut definitam rem ab alijs similibus, tacite destinguerent, et dialecticorum argutijs occurrerent, ut in definitione doli mali á Servio l. 1. §. dolum d. de dolo, et in definitione legati a Iustiniano in princ. instit. de leg. et in mancipatione, et cretione ab Vlpiano in fragm. titul. 19. § mancipatio et tit. 22. §. cretio notant ad rem preter Cuiac. ibi supra Hillig. ad Don. lib. 8. c. 1. litt. F. in fine Pichard. in princ. instit. num. 9. de legat. et adtit. d. de legat. 1. c. 2. num. 7.

3 . Sed quando iam definitionem querimus, que possessionis essentiam apertius explicet, quam etiam peritissimos definire ausos non esse Accursius testatur in l. stipulatio 38. §. hec quoque verbo stipuletur d. de V. O. quem commendant in hac parte Balbus de prescript. 3. parte. 3ª princip. quest. 1. in princip. Ferretus in nostra. l. 1. num. 7. sciendum est possessionem a Bartolo et antiquiorib. fere omnibus sic definiri, ut sit ius insistendi rei non prohibite possidere. sequuntur plures laudati a Gomezio in l. 45. Tauri num. 17. Medices in l. ult. d. de legib. glos. 1. 2. pte num. 1. et defin. 66. in fine Gilkenio de prescript. 2. pte membro 3. c. 1. num. 17. varie autem a novioribus definitur ut preter congestos a Pichardo in princ. instit. de interd. artic. 2. num. 25. Valentia. d. tract. 2. c. 2. num. 8. Hillig. ad Don. lib. 5. c. 6. litt. Z. et P. ostendunt Hostienses in summa ad tit. extra de causa posses. et propr. num. 1. Berengar. in l. naturaliter. 12. §. nihil commune prefat. 3. num. 12. in fi. h. t. Peregrin. lib. 3. var. c. de possessione num. 17. Canisius in regula 3. lib. 6. §. his autem. Azorius instit. moral. 3. thomo lib. 1. c. 31. Molina de iustitiâ disput. 12. Lesius eodem tract. lib. 2. c. 3. num. 40. Rebello de oblig at. 1. part. quest. 8. sect. 3.

4 . Verum in academiâ nostrâ omissâ Bartoli definitione, quam antiquiores preceptores sequebantur, noviores improbant; reiecta etiam diffinitione Donelli lib. 5. com. c. 6. que cum aliquandiu obtinuisset inter nos trates, quos sequitur Pichard. d. articulo. 1. num. 27. postea merito displicuit Valentie. d. c. 2. num. 8. Gilkenio de prescript. 3. c. 1. num. 14. recepte tandem sunt due diffinitiones. Altera preceptoris nostri, immo communis non academie sed Hispanie nostre. D. Alfonsi Guillén. de la carrera in rubrica de causa possessionis et proprietatis num. 49. ubi concludit possessionem esse detentionem cum animo sibi habendi coniunctam. altera est clarissimi etiam doctoris nostri. D. Melchioris de Valentia ubi supra num. 14. affirmantis possessionem esse detentionem rei corporalis cum animo sibi possidendi, coniunctam. ego quamuis inuitus a magistris meis dissentiam, neutram tamen ex his definitionibus probare possum. Non primam quoniam aliud est habere aliud possidere, et quamuis habere et possidere confundi soleant interdum ex mente contrahentium ut in stipulatione illâ, habere licere, l. stipulatio. 38. § si qui versic. cum vero in fine. d. de verb. obl. l. ex empto. 11. §. idem Neratius 8. d. de act.

empti, iuris tamen proprietate; quam in definitionum verbis sequi debemus ut argumento ex l. non aliter 69. d. de leg. 3. notant omnes in l. 1. §. doli d. de dolo Bart. in l. omnes populi num. 59. d. de iust. tit. et iure, habere iuris est, possidere autem facti d. l. stipulatio 38. §. si qui: ideoque in veteribus formulis iuris, distingui hec solent, habere, tenere, possidere l. et uno. 18. §. 1. d. de acceptilat. l. pater. 38. §. quindecim. d. de legat. 3. §. est autem institut. quib. mod. toll. oblig.

1.ª diff.ª Primum de servus ut pote incapax eorum, que iuris sunt. l. illa verba 68. d. de verb. sign. l. quod attinet 32. d. de reg. iur. etiam si affectu domini teneat, habere proprie sibi non potest, possidere sibi potest d. l. stipulatio 38. §. hi quoque cum §. seq. Fugitivum servum habere non licet l. Iulianus 13. §. 1. d. de act. empti l. Celsus 5. §. ult. d. ad exhibend. l. quoties 21. §. in potestate d. de noxalibus et tamen possidemus l. 1. §. per servum qui in fuga. l. Pomponius 13. l. rem que 15. l. si rem 47. h. t. l. servi 27. §. ult. d. de furtis.

3.ª diff.ª Denique emptori, si rei empte ius aliquod auferatur veluti usus fructus, habere rem non licet. d. l. stipulatio 38. §. si quis forte 3. d. de V. O. possidere licet. l. per mis ceri 52. d. h. t. l. Celsus 5. §. 1. d. ad exhib. e contrario depositarius, commodatarius, fructuarius, conductor, nec proprie nec sibi possident l. 1. §. per eam. l. 3. §. illud. d. h. t. d. l. Celsus 5. §. 1. l. non solum 33. §. quod vulgo in fine. d. de usucap. et tamen proprie habere dicuntur. d. l. stipulatio 38. §. habere 9. l. 1. §. quod autem 33. d. unde vi l. 2. §. habere iuncto §. pretor ait. d. ne quid in loco publ. l. officium 9. d. de rei vindic. l. adquiruntur 10. §. ult. d. de adquir. rer. dom.

5.ª diff.ª Qui precario accepit usum aut possessionem servitutis rei corporalis, dicitur precario habere l. 2. in princ. et §. ult. cum l. seq. l. et habet 15. §. precario l. ult. §. ult. d. de precario l. si precario 17. d. commun. pred. et tamen non possidet, nisi precarium sit ipsius possessionis rei corporalis. l. certe 6. §. is qui l. et habet 15. §. eum qui, l. qui precario 17. l. ult. d. de precar. l. quecumque 13. §. 1. d. de Publiciana l. si servus 22. §. 1. d. de noxal. l. communi 7. §. inter predones. d. communi divid. l. Pomponius 13. §. si is qui precario. d. h. t.

6.ª diff.ª Qui actionem habet ad rem petendam, ipsam rem habere videtur. l. is qui 15. d. de reg. iur. l. id apud se 143. d. de verb. sign. etiam si personalis actio sit. l. filii familias 34. §. ult. cum l. seq. d. de hered. petit. et tamen neque possidet, neque possidere intelligitur, si personalis actio sit. l. sciendum 15. §. si fundus in dotem in fine. d. qui satisd. cog.

7.ª diff.ª Denique hereditas nondum adita, et heres adita hereditate omnia iura defuncti habet. l. hereditas 62. d. de reg. iur. l. 1. §. Scevola. d. si is qui testam. et in legatis per vindicationem, quorum dominium legatario adquiritur ipso iure teste Caio lib. 2. instit. tit. de legat. §. vindicationis et §. ceterum in fine iuncta l. cum filius 76. §. variis. d. de legat. 2. legatarius cui res legata est per formulam sibi habeto ut apud Ulpianum in fragm. tit. 23. de legatis §. per vindicationem l. ult. d. de pecul. legato. etiam ante rem traditam habere eam proprie dicitur. l. habere 188. d. de V. S. et tamen neque hereditas possidet. d. l. 1. §. Scevola, neque heres, aut legatarius antequam possessionem corporaliter apprehendat

l. cum heredes 23. inf. h.t. l. 1. in princ. et § qui vero .d. quod legator. ergo nisi habendi verbum improprie accipimus, et ad possessionem solam referimus, falsa omnino iam tradita possessionis diffinitio est, que non convenit multis, qui sibi non habent, et tamen possident, et econverso convenit amultis, qui non possident, et tamen sibi habent, ut considerat contra diffinitionem Azonis Bart. in nostra l. 1. num. 6.

6. Sed pro definitione supra proposita adversus ea que diximus obstat aperitex textus in l. possessio. 49. §. 1. d. h.t. ubi scriptum eos, qui in aliena potestate sunt, habere possidere non posse, quia possessio non tantum corporis sed et iuris est; unde recte inferri videtur idem omnino esse habere et possidere, et consequenter servum, qui in potestate seu dominio alieno est, sicuti nec habere, ita nec possidere proprie posse, quia quamvis possidere facti sit, est tamen etiam iuris, a quo illud mutuatur, ut nonnisi in persona iuris capace consistat, qualis servus non est. deinde hoc idem in servo expressum videtur in l. numquam. 31. § servus. d. de usucap. iuncta l. 4. §. 1. et §. servus. 4. l. iusto. 44. § filius familias d. eodem tit. l. filius familias. 93. d. de reg. iur. l. denique. 18. §. idem ait 2. d. quod vi aut clam. accedit generalis illa iuris ratio regulaque, que docet, eum qui ab alio possidetur, veluti servum, possidere sibi non posse. l. homo liber. 54. §. ult. d. de adquir. rer. domin. l. 1. §. sed et per eum l. cum heredes 23. §. 1. d. h.t. l. sic evenict 21. d. ad leg. Iul. de adult. l. qui in servitute. 118. d. de reg. iur. l. neque servus. 11. d. de usucap. Quibus argumentis servum tenere quidem corporaliter, non tamen possidere proprie posse, affirmant post Accursium in d. l. quod servus 24. verbo non posside, et verbo civiliter. d. h.t. et in d. l. stipulatio 38. §. hi quoque verbo de possessione Bartolus et antiquiores ac noviores fere omnes ibidem et in locis citatis Donell. lib. 5. com. c. 6. contius lib. 1. disputat. c. 9. Ant. Faber in ration. ad l. denique. 19. d. ex quibus caus. mai. Gilken. de prescription. 3. p.te c. 4. num. 1. Valentia lib. 1. tractat. 2. c. 3. num. 8. et c. 8. num. 3. Pechard in princ. instit artic. 2. num. 35. et artic. 3. num. 66. et 81. de interdict.

7. Ego ex bene fundata iuris prudentia affirmare non dubito, quod ante me fortasse tentavit, aut presensit nemo preter Lumanum in nostra l. 1. num. 13. Vacon. lib. 2. declarat. 34. num. 15. servos et multo magis filios familias vere proprie que possessionis sibi adquirende capaces esse: quod nisi cavillamur, expremitur in d. l. stipulatio. 38. §. hi qui et § hec quoque, et in servis probatur ecxacta iuris ratione, quia cum possessionis essentia tota facti sit, ut postea dicemus, servus autem eorum que sunt facti, sit capax ex sua persona l. qui heredi. 44. d. de condit. et demonstr. l. Stichum. 95. §. usum fructum in fine d. de solut. §. sed cum factum instit de stipul. servu. potest utique servus affectu sibi possidendi rem tenere, et consequen. proprie possidere, ut agnoscit noster Valentia d. tract. 2. c. 2. num. 35. quippe iure civili, quo pro nullo servus habetur; l. quod attinet. 32. d. de reg. iur. facere quidem poterit, ut ille civiliter non possideat, non tamen, ne possideat naturaliter vereque, si affectum habeat sibi possidendi. l. d. l. stipulatio 38. §. hec quoque quia naturali iure omnes.

l. possessio 49 §. 1. Scott.

Dominus equales sunt. d. l. quod attinet 32. l. hos accusare. 12. in fine. d. de accusat. et res facti iure civili non infirmatur l. 1. §. si vir uxori. d. h.t. et in summâ sive substantiâ possessionis nihil interest, civiliter quis possideat an naturaliter l. 3. §. ex contrario. d. h.t. quemadmodum eâdem ratione uxor rem à viro donatā quamvis civili iure non possideat l. si eum. 26. l. inter 46. d. de donat. inter, possidet tamen naturaliter verèque l. 1. §. si vir uxori l. quod uxor. 16. d. h.t. l. 1. §. ult. d. pro donato l. 1. §. deiicitur. d. de vi et vi arm. et filius familias rem a patre sibi donatam non possidet civili iure, quia eo iure donatio nulla est l. 1. §. 1. d. pro donato l. cum pater. 77. §. pater filiæ 17. d. de legat. 2. l. donationes. 25. C. de donat. inter possidet tamen naturaliter verèque l. 2. §. filium d. pro herede iunctâ l. Pomponius. 35. d. famil. hercis. notant rectissime Pinel. in rubr. 2. p.te num. 40. C. de bonis mat. Barbosa in l. 2. §. quod si in patris n.o 8. d. sol. matr. Faber de error. dec. 42. err. 4. num. 4. Giffanius in l. cum heredes 23. num. 6. inf. h.t. quamvis aliter post Accursium et alios in l. in suis. 11. glossa quodammodo. d. de liber. et post. Hillig. ad Donel. lib. 5. c. 14. litt. l. cum pluribus Schiford. lib. 2. ad Fab. tractat. 15. quest. 2. denique eadem ratione servus, quamvis civilis obligationis capax non sit, naturaliter tamen et sibi obligat, et obligatur l. si quod dominus. 64. d. de condic. indeb. l. eo tempore 50. §. etiam d. de pecul. l. heres. 21. §. servo. d. de fidei ius.

Quod si instes, si servus ideo possessionis capax esset, quia tota facti est, consequens fore, per servum domino non adquiri possessionem, sicut nec ea quæ facti sunt. d. §. sed cum factum, cum similibus instit. de stipul. serv. et tamen possessionem adquiri constat. l. adquiruntur. 10. §. non solum d. de adquir. rer. dom. l. 1. §. item adquirimus in fine. h.t. §. item nobis versic. non solum instit. per quas personas nobis adquir. ut argumentatur Donel. lib. 5. com. c. 6. Pichard. in princ. instit. artic. 3. num. 81. dein terd. et ante illos post Bartolum Iaso in nostrâ l. 1. num. 82. respondebitur et quidem facilè, si observemus possessionem, quamvis ut diximus tota facti sit, distare tamen multum ab aliis factis, ut ita dicam, nudis l. in conventionalibus. 52. §. 1. d. de verb. oblig. qualia illa dicuntur, ex quibus, postquam factum est, nihil remanet, veluti ire agere, et similia, quæ facta transeuntia vocant pragmatici et interius iul. Clarus lib. 5. sentent. §. ult. quest. 4 num. 3. et seq. Marcard. de probat. conclus. 830. num. 7. Farinac. in praxi. crim. 1 thomo quest. 2. num. 13. et seqq. quæ quidem, quoties in alicuius personam conferuntur, talia censentur suâ natura et ex voluntate testantium aut contrahentium, ut personæ illius cohæreant, neq. impleri per alium possint l. un: §. ne autem. 9. vers. sin vero talis C. de caducis toll. l. si statu libera. d. §. ult. l. stichum. 39. §. ult. d. de statu liber. l. fidei commissa. 11. §. ult. d. de legat. 3. l. inter. 31. d. de solut. l. cum filius familias 49. §. 1. d. de verb. oblig. et quia ex his nihil remanet, quod transferri in alium possint, per servum domino non adquiruntur. d. §. sed cum factum. l. stichum 95. §. usumfructum in fine. d. de sol. l. qui heredi. 44. d. de condit. et demonstr. d. l. stipulatio. 38. §. hi qui l. quod dicitur. 180. d. de verb. oblig. at possessio est res facti permanentis, quia etiam post actualem aprehensionem et voluntatem possidendi manet possessio, quæ facti est, et tam diu retinetur, quandiu contrario animo

non amitti[tur]

non amittitur l. 3. § saltus. l. clam possidere 6. §. ult. l. si id quod 25. §. ult. l. peregre 44. §. ult. cum l. segg. d. h. t. l. 1. §. quod vulgo. d. de vi et vi arm. possessionis semel traditae adquisitio non ex voluntate tradentis, sed ex animo et corpore possidentis pendet. l. per servum. 37. §. ult. d. de adquir. rer. dom. l. 1. per procuratorem l. quod meo. 18. §. 1. d. h. t. l. cum fundum. 18. d. de vi et vi arm. proinde nihil obstat quominus possessio, quamvis, ut diximus, facti sit, ideoque etiam eius capax sit servus, posset tamen, postquam a servo nomine domini aprehensa est, per eum domino adquiri, sicuti et patri per filium familias.

9. Deinde ex hac ipsa adquisitione servum capacem esse possessionis sibi adquirendae, fortiter colligitur; adquirit enim domino possessionem non civili ratione, sic etenim et ignoranti et invito domino per servum etiam invitum adquireretur, sicut ea, quorum incapax servus est, quia iuris sunt et civiliter adquiruntur l. etiam invitis 32. d. de adquir. rer. dom. l. servus. 62. d. de. V. O. l. placet. 79. d. de adquir. her. l. qui mihi. 18. d. de donat. sed naturali potius ratione, sicut per liberam personam sibi possidendi capacem possessio adquiritur l. eaque civiliter. 53. l. traditio. 20. §. ult. d. de adquir. rer. dom. l. solutum 11. §. per liberam d. de pignor. act. l. 1. C. per quas personas l. eum qui. 14. §. ult. d. de furtis ideoque etiam per servum possessio non adquiritur domino invito d. l. eaque civiliter. 53. l. 1. §. quod agitur. 15. d. de vi et vi arm. neque ignoranti excepta peculiari causa l. 1. §. item adquirimus. d. l. peregre. 44. §. quaesitum l. 3. §. Saltus. vers. caeterum. d. h. t. neque per servum invitum, ut in. §. haec quae de servis nostrae leg. 1. l. per servum. 37. §. quodcunque d. de adquir. rer. dom. ergo ideo adquirit servus domino possessionem, quia vult, non quia ipse incapax sit possessionis, si velit sibi possidere.

10. Praeterea novae et nostrae assertionis nobile argumentum extat in l. 4. §. de illo d. de usucap. ubi, cum servus ancillam, quam subripuerat, pro libertate sua domino dedisset, scriptum est, non posse partum eius apud se conceptum a domino usucapi, quia quamvis dominus, qui furtivam ancillam a servo suo pro libertate accepit bona fide, possit partum eius apud se conceptum usucapere, et quidem indistincte, si servus ipse non subripuit, quamvis furtiva ancilla sit. l. qui ob pactionem. 9, quam sic interpretor. d. pro emptore atque etiam, quando servus ipse subripuit, si postquam pro libertate dedit, concepit. l. servus. 10. d. pro emptore ut pote conceptum utroque casu non apud furem ex regula l. qui vas. 48. §. ancilla d. de furtis l. non solum. 33. d. de usucap. l. 3. C. de usucap. pro emptore in proposita tamen specie in d. §. de illo, partus ancillae a servo surreptae conceptus est apud dominum quidem, hoc est, domi, quamdiu servus in familia et manu domini erat l. penes. 63. d. de verb. sign. l. 1. d. de liber. exhib. sed tamen antequam dominus possideret ancillam surreptam, cuius iniusta possessio per servum domino adquiri non potuit: l. quod servus. 24. d. h. t. et quod magis consequenter conceptus est, eo tempore, quo servus ipse ancillam, quam subripuerat proprie possidebat, namque, et servi animus ancillae tamquam suae pro libertate domino dandae, ostendit, eum quandiu non daret, voluisse sibi possidere argumento ex l. 4. §. 1. cum segg. d. de manumission. l. 2. et 3. d. de in rem verso et possedisse

l. 4. §. de illo de usucap.

l. qui ob pactionem 9. D. pro empt. l. cum servus 10. seg.

vere convincit ratio proposita in d. §. de illo quę id circo aut partum a domino non usucapi, quia possessio quam servus vitiose nactus est, domino nocerest, hoc est quia possessio partus est a servo fure simul cum matre, ut pote conceptus, quo tempore ille ancillam vitiose possidebat, et consequenter tamquam furtivus non usucapitur, ut interpretatur, quamuis pleraque ex his, quę diximus, non satis explicet, pro multis unus noster Amaya lb. 3. observat. c. 1. §. 4. nº. 15. et seqq. quem immerito reprehendit, temere et petulanter, ut solet in Salmanticenses incurrens Alfonsus Carrança de legitima partus designatione c. 3. §. 1. num. 35.

ampliat reg.ª l. qd servus habet (margin) Plane quod diximus iniustam possessionem per servum domino adquiri non posse d. l. quod servus. 24. d. h. t. sit explicandum est, ut nec si dominus velit adquiratur: quia naturalis ratio, quę fecit, ut alieno corpore servi aut procuratoris volentis possessio volenti domino adquireretur. d. l. ea quę civiliter. 53. d. de adquir. rer. dom. operari non debet, ut dominus iniusta possessione per servum ex maleficio quęsita fiat locupletior contra ęquitatem naturalem l. in furtiuo 67. §. quod furi. d. de furtis, quamuis et furti teneatur dominus et quidem suo nomine, si rem a servo subreptam sciens vult possidere: ne furtum ipsi servo impunitatem et domino lucrum prębeat d. §. quod furi. quemadmodum eadem ratione, si res vi possessa per servum esset, dominus, qui consentit, tenetur interdicto unde vi, tamquam si ipse deiecisset l. 1. §. 1ait pretor cum §§. segq l. 3. § cum procurator d. de vi et vi arm. l. hoc iure. 152. §. 1. d. de reg. iuris l. 3. § ult. d. cum l. seq. d. ad leg. Iuliam de vi publ. l. si colonus. 5. d. de aquâ et aquę pluu. arc. competit enim interdictum contra eum, qui deiecit, quamuis non possideat. l. 1. §. si adversus et §. ex interdicto l. cum a te. 7. d. de vi et vi arm. l. 4. §. si tu me vi. d. de usucap. in quibus singulis explicandis aberrat cum vulgo post Accursium in d. l. quod servus. 24. verbo ignorante Giffan. ibidem nº. 3. id circo autem in d. l. quod servus. 24. mentio fit, quia tota quęstio ibi fuit de possessione iniusta aprehensa peculiari nomine, ut post alios notat Valentia. d. lb. 1. tract. 2. c. 8. num. 24. et tract. 3. c. 11. num. 19. Gil Ken. de prescr. 3. pᵗᵉ c. 3. num. 334. quo casu, si possessio iusta esset ignoranti domino adquireretur l. peregre. 44. §. quęsitum. d. h. t. diuersa causa est possessionis rei non furtiuę aut vi possessę, hęc etenim, quamuis mala fide aprehendatur, eoque sensu vitiosa sit, non est tamen possessio iniusta, quia mala fides sola, sicuti vitium est personę, non rei l. ubi lex. 24. §. 1. d. de usucap. l. 9. §. de auctoris d. de doli except. l. sed et si. 7. §. pretor d. de Publicianâ. ita nec proprie possessionem ipsam iniustam facit l. 2. §. 1. d. de ~~[illegible]~~ pro emptore l. quęcumque. 13. §. 1. d. de Publicianâ l. si servus. 22. §. 1. d. de noxal. l. communi. 7. §. in tex. d. communi diuid. ideo quę potest servus possessionem mala fide aprehensam domino adquirere, et quidem ignoranti ex causâ peculiari, scienti vero extra peculiarem etiam causam, et quia utroq. casu animo et corpore servi volentis scilicet et aprehendentis, dominus adquirit, et una eademque possessio est, quę aprehensa a servo in dominum transfertur, non potest dominus propter malam fidem servi usucapere l. 2. §. si servus

10. cum seqq. d. pro emptore l. heres. 43. §. 1. d. de usucap. d. l. 7. §. sed enim. d. de Publiciana. proinde cum nemo ipse possit sibi caussam possessionis mutare l. 3. §. illud l. qui bona fide. 19. §. 1. d. h.t. l. 5. C. h.t. l. non solum. 33. §. quod vulgo. d. de usucap. l. 2. §. 1. d. pro herede l. 1. §. ult. d. pro donato l. certe. 6. §. julianus l. ult. d. de precar. l. ad probationem 23. C. de locato. quamvis dominus possessionem per servum mala fide ex caussa peculiari quesitam velit suo nomine nancisci, vel adempto peculio, vel ab eodem servo pro libertate accipiens non tamen usu capiet, quia durat eadem primaque causa possessionis vitiose per servum, quam dominus mutare non potuit d. l. 2. §. Pomponius in fine et §. et si quod non bona. d. pro emptore. sentit Connan. lib. 3. comm. c. 13. num. 7. quamvis hec vulgo aliter explicentur.

12. Maneat itaque ex his, que diximus, servos et multo magis filios familias vere proprie que possessionis naturalis sibi adquirende capaces esse. cui asertioni nostre non obstat Papiniani locus in l. possessio. 49. §. 1. d. h.t. quem expendimus supra num. 6. quippe observandum est prever vulgare captum, Papinianum in d. §. 1. dumtaxat loqui de rebus peculiaribus, quas quidem servus aut filius familias habere sibi, quamvis velint, non possunt, quia cum habere iusserit. d. l. stipulatio. 38. §. hi quoque d. de V.O. per eos statim patri aut domino adquireretur. d. l. placet. 79. cum aliis. d. de adquir. hered. sed nec posidere sibi res peculiares possunt, quia eo ipso quod peculiares sunt, et tamquam peculiares tenentur, intelliguntur voluntate et nomine domini posideri l. 1. §. item adquirimus. d. h.t. l. depositi. 5. §. ult. d. de pecul. proinde tunc non ipse servus, aut filius, sed dominus, aut pater per eos posidet ex regula. l. quod meo. 18. juncta dicta l. quod servus. 24. d. h.t. si vero tamquam non peculiares res, que in peculio sunt, filius familias aut servus posidere sibi velint, non etiam possunt, non quia incapaces ipsi sint posidendi, sed quia cum possessio rerum peculiarium penes patrem vel dominum iam sit, non possunt filius aut servus incipere sibi posidere, antequam pater aut dominus preoccupatam possessionem amittant, quia duo in solidum posidere non possunt. l. 3. §. ex contrario d. h.t. dominus autem pater ve, etiam si servus filius ve subripiant, aut eos vi deiiciant, ut sibi posideant, non amittunt possessionem, quia cum eos subiectos habeant, non tantum civili, sed etiam naturali seu gentium iure. l. ult. C. de impuberum l. 3. et 4. d. de iustitia et iur. l. ne cum filio familias. 16. d. de furtis per ipsos, etiam quandiu apud eos res sunt naturalem facultatem rei nanciscende, ut consequenter possessionem retinere intelliguntur. l. 3. §. Nerva. l. 6. §. ult. l. si id quod 25. §. ult. l. quamvis. 46. d. h.t. idque est quod dicitur servos non posse dominis possessionem intervertere l. remque. 15. l. Pomponius. 13. l. si ideo. 40. d. h.t. l. non solum. 33. §. ult. d. de usucap. eo que etiam pertinet Papiniani ratio in d. l. possessio. 49. §. 1. dum docet, ideo eos qui in aliena potestate sunt, res peculiares tenere posse, posidere non posse, quia possessio non tantum corporis sed et iuris est, hoc est: quia quamvis detinere, quod meri facti et corporis in possessione est, recte posint, non tamen auferunt naturalem facultatem tenendi, que iuris naturalis est, in possessione, et perquam

l. possessio 49. §. 1. hoc tit.

possessio, et per eos qui in potestate sunt retineri intelligitur; secundum quae de rebus etiam peculiaribus loquuntur et explicandi sunt textus in L. iusto. 44. §. filius familias. D. de usucap. L. filius familias. 93. D. de reg. iur. L. denique. 13. §. idem ait. 2. D. quod vi aut clam. quorum meminimus supra num. 6. contra quos insciens loquitur et in principijs iuris, quae proposuimus, turpiter labitur, possessionem servo in peculiaribus rebus concedens in alijs denegans, Carranza de partu c. 3. §. 1. num. 39. ergo non personarum incapacitas, sed peculiarium rerum siue aliarum, quas pater dominusve iam posident qualitas impedit, ne illas servus aut filius posidere sibi possint.

L. nunquam. 31. §. Servus. D. d'usucap.

*Vide L. ho. liber. 54. §. fin. D. de usucap. ubi sicut nec fugitivus quidem quas [illegible] possidet.

Nec refragatur magis sententiae nostrae obscurus textus in L. numquam. 31. §. servus D. de usucap. ubi quod scriptum est, servum, licet in libertate moretur, nihil possidere, sic explicandum est, ut nihil possideat quo ad effectum usucapionis,* quia quamuis servus, qui diu in possessione libertatis moratus est sine dolo malo, ita ut iuditium liberale pati paratus sit, non videatur a domino possideri L. 3. §. si servus iuncta L. per eum. 50. §. 1. D. h. t. L. si his qui pro emptore. 15. §. si servus. D. de usucap. Caeterum extra eum casum posidere sibi possunt, veluti si possessionem nondum patri domino ve adquisitam, vel quae tamquam iniusta adquiri non potest, suo nomine aprehendant, ut in d. L. stipulatio. 38. hec quoque cum §. seq. d. L. 4. §. de illo. d. de usucap. vel denique ex donatione patris vel domini d. L. 2. §. filium D. pro herede et pro libero interim habeatur ordinato, libe rali iuditio L. quod autem. 10. §. ult. cum seq. L. ordinatâ. 24. D. de liber. causâ. L. lite. 14. C. eodem tit. L. servum. 33. §. 1. D. de procurator. L. is autem. 12 D. ex quib. caus. mai. L. sicut. 25. §. ult. d. de liber. causâ L. 1. C. qui dare tutores cum tamen vere servus sit, et usucapio sit effectus possessionis civilis siue modus adquirendi dominij iure civili princ. instit. de usucap. servus ut pote incapax dominij et eorum, quae civilis iuris sunt, etiam si vere possideat, non tamen possidet civiliter, et ideo non potest usucapere, quemadmodum eadem ratione et sensu non posse servum pro herede possidere, scriptum est scriptum est in L. 4. §. servus D. de usucap. et filium familias maxime militem, hoc est, dumtaxat cum miles est, posse in castris quaesitum usucapere: quoniam extra eum casum, cum dominium patri quaereret iure antiquo, non potest sibi usucapere d. L. 4. §. 1. in qua sic contra Cuiac. interpretor, verbum maxime pro dumtaxat, ut in L. si extraneus. 33. D. de iure dot. L. 6. §. ult. iuxta Vulgatam lectionem D. de liber. et posth. cum vulgatis alijs, quas sic explicant Brisson. et Calvin. de verb. iur. verbo maxime idem Brisson. lib. 2. de solut. tit. de de legation. pag. 231. Nec novum est, ut possidere aut non possidere, etiam si absolute dicatur, intelligatur tamen quo ad usucapionem ut in L. qui pignoris. 36. iunctâ L. 1. §. per servum corporaliter D. h. t. L. servi 16. D. de usucap. praesertim in d. L. numquam. 31. cuius quaestiones singulae ad usucapionem referuntur, id quae etiam proprie magis evincit, quod sub iungitur in d. §. servus eiusdem L. 31. nempe per servum pro libero se gerentem, sicut nec ipsum possidere, ita nec alium posse, quod postremum, si ad possessionem solam referatur, falsum est, quoniam potest per alienum servum, etiam si a nemine possideatur, veluti cum pro libero se gerit, possessio adquiri ei, cuius nomine illam nanciscatur sicut per procuratorem vel domino, vel alij cuius, ut agnoscit Paulus in d. §. servus iunctâ L. si me in vacuam. 34. §. ult. D. h. t. L. sicut. 25. §. ult. D. de liber. causâ referendum ergo utrumque est ad usucapionem, quae neque servo ipsi, nec per eum

domin

domino vel alijs contingit nisi scienti extra peculiarem causam l. possessio. 49. §. ult. ff. h.t. l. si emptam. 41. ff. de usucap. ff. l. 2. §. celsus. ff. pro emptore.

4. A criter magis urget recepta iuris regula, quae docet, eum, qui tamquam servus ab alio possidetur, possidere sibi non posse l. homo liber. 54. §. ult. ff. de adquir. rer. dom. cum alijs adductis supra num. 6. quae tamen, ut radicitus intelligantur, observandum est, adquirendae retinendaeque possessionis duplicem esse rationem l. nemo. 10. C. de qua postea opportunius C. h.t. prima est iuxta naturam ipsam puram et simplicem possessionis, quae cum tota facti sit, adquiritur etiam, et retinetur naturaliter per nosmetipsos facto ipso per actualem detentionem et voluntatem personae possidentis, ut in nostra l. 1. in princ. ubi quia naturaliter tenetur ab eo qui ei insistit. et §. adipiscimur l. 3. in princ. et §. Neratius l. qui bona. 19. cum alijs ff. h.t. secunda est, quoties per alios nobis adquiritur, aut solo animo retinetur possessio: adquiritur enim tunc, et retinetur, non iuxta naturam simplicem possessionis, quatenus factum et detentio est; nec enim, qui per alium possidet, ipse detinet l. 3. §. ceterum l. peregre. 44. §. ult. ff. h.t. neque qui possessionem animo retinet, facto ipso tenet l. si is qui. 27. ff. h.t. l. 4. §. furiosus l. numquam 31. §. si servus l. iusto. 44. §. eum qui. ff. de usucap. sed tamen et adquiritur, et retinetur etiam tunc naturaliter l. ea quae civiliter. 53. ff. de adquir. rer. dom. l. 3. § Nerva. ff. h.t. hoc est naturali ratione et iure, quia parum interest, per se quis an per alium teneat, l. 5. §. quod si quis. ff. de administr. tutor. et vel ineptum, vel iniquum esset, per momenta rerum, quas facto ipso non detineremus, possessionem amitti l. peregre. 44. in princ. ff. h.t. et per liberum hominem volentem, multoque magis per filium, quem in potestate habemus, aut servum, quem possidemus, intelligimur habere naturalem facultatem tenendi, per quam ipsam, et adquirimus possessionem, et quasi facto ipso retinemus, quandiu ea facultas durat. ff. l. 3. §. Nerva l. rem quae. 15. ibi, quia per huiusmodi personas adquiritur nobis possessio ff. h.t. iunctis traditis supra num. 12.

5. Quibus ita positis constabit iam supra traditam iuris regulam impedire non posse, quin servus, quando scilicet et quandiu facto ipso detinet cum actuali voluntate sibi possidendi, proprie naturaliter que possideat, tum adquirat, retineatque possessionem iuxta illam primam speciem adquisitionis, et retentionis, de qua diximus, et iuxta puram ipsam simplicem que naturam possessionis, ut sensisse videtur noster Cumanus in presenti num. 13. Vacon. to. 2. declarat. 34. ex num. 13. quia et detinere, et velle facti est. l. bonae fidei. 48. §. in contrarium. ff. de adquir. rer. dom. l. consilio. 7. §. ult. ff. de curator. fur. l. si unus. 27. §. pactus. ff. de pactis ideoque nulla iuris regula facere potest, ut qui facto ipso vult, et detinet, non possideat. l. in bello. 12. §. facti. ff. de captivis. l. denique. 19. ff. ex quib. caus. mai. l. si ita quis. 31. ff. de evict. l. verum est. 31. ff. de reg. iur. et quod servus a domino possideatur, non impedit, quominus servus possit facto ipso nolle l. 3. in fine C. de hered. instit. l. 1. §. quod ergo 3. ff. si quis omissa causa test. l. qui in aliena. 6. §. ult. ff. de adquir. her. l. 1. §. haec quae de servis in fine h.t. et facto ipso velle l. si stipulatus. 76. l. ult. ff. de V.O. pertinet ergo superior regula ad secundam speciem adquisitionis, retentionisque, veluti cum per alios, aut solo animo possidemus, quibus certis modis non potest servus, vel qui tamquam servus possidetur, adquirere sibi, aut retinere possessionem; quia tunc non tam ex possessionis

natura et facto ipso, quam naturali ratione per naturalem facultatem adquiritur, et retinetur; et naturali ratione (qua dictante ius gentium et possessionem per detentionem et servitutem per captivitatem seu possessionem eius, qui bello capitur, introduxit. ut in nostra l. 1. §. dominium l. naturalem 5. §. ult. l. adeo. 7. d. de adquir. rer. dom. l. 4. et 5. d. de iustit. et iure l. 4. et 5. §. 1. d. de statu homin. c. ius gentium 9. 1. distinct §. ius autem gentium instit. de iure natur.) non habet servus naturalem facultatem, quae propria libertatis est. §. 1. et. 2. instit. de iure personar. et liber homo, qui ab alio possidetur quamvis naturalem facultatem retineat, quia liber manet, habet tamen eam impeditam per possessionem alterius. l. adquirit 19. §. si libero. d. de negot. gest. l. 3. §. item feras d. h. t.

. Unde ut breviter iam haec singula iuxta auctorum locis, quos expendimus, lucem dent, et accipiant interpretandus est Modestinus in d. l. liber homo. 54. §. ult. ubi dum scribit vix esse ut liber homo (qui ab alio scilicet possidetur) possidendo usucapere possit; supponit certe eum possidere vere proprie quae posse, nempe per detentionem cum voluntate sibi possidendi, ideoque et potest, per hanc possessionem dominium adquirere. d. §. ult. l. si servus. 21. iuncta regula l. adquiruntur. 10. §. idem. l. qui bona. 23. §. generaliter. d. de adquir. rer. dom. l. liber. 20. d. de stipul. servu. sed tamen, quamvis possideat, impossibile est, ut usucapiat, quia ut Modestinus ait in d. §. ult. nec possidere intelligitur qui ipse possidetur. sive, non videtur possidere, ut scriptum est eodem sensu in l. qui in servitute. 118. d. de reg. iur. l. cum heredes 23. §. 1. d. h. t. id est, non intelligitur continuare solo animo possessionem per naturalem facultatem, quae impedita in eo est per possessionem alterius; ideoque nec usucapit; quia ad usucapionem requiritur possessio continuata per tempus statutum. l. 3. d. de usucap. quam tamen sine facultate naturali continuari per actualem momentis omnibus voluntatem et detentionem impossibile est. d. l. peregre. 44. in princ. et l. 1. §. furiosus d. h. t. l. numquam. 31. §. si servus. d. de usucap.

. Ex eadem observatione, vere forsitan, nec vulgariter explicanda sunt, quae de eo, qui ab hostibus captus est, circa possessionem adquirendam vel retinendam auxij consultis tradita sunt, in rerque primum est, quod dicitur, eum, qui pere possidebat, si ab hostibus captus sit, amittere corporaliter possessione l. cum heredes 23. §. 1. d. h. t. quia cum re vera servus hostium fiat, et amittat cum libertate naturalem facultatem l. 1. §. qui rei. 1. d. de suis et legit. cum similibus, verus est eum, postquam captus est, rem quam ante pere possidebat, et in civitate reliquit, nec tenere nec posse tenere, et consequenter possidere desiisse, ideoque et usucapio ab eo cepta sic interrumpitur, ut nec reverso postliminij iure restituatur. d. l. si is, qui pro emptore. 15. in princ. et versic. quemadmodum d. l. ut ratio cinantur consulti in l. in bello. 12. §. facti d. de captiu. l. si is qui pro emptore. 15. d. in princ. d. de usucap. in bello. 12. §. facti l. denique. 19. l. ait praetor. 23. §. 1. d. ex quib. caus. mai. iunctis traditis supra. c. 2. num. 5. quia usucapio sine possessione non consistit l. sine 25. d. de usucap. et quamvis postliminij fictione iura omnia captivi in suspenso retineantur, tamquam si abrupta per captivitatem non essent l. illa institutio. 32. §. 1. d. de hered. instit. l. penul. d. de suis, et legit. l. si quis posthumos. 9. §. si filium. d. de liber. et posth. ideoque ei reverso libertas, et per eam naturalis facultas, sicut et alia iura restituantur, tamquam si retro semper in civitate fuisset. l. postliminij 5. §. 1. l. retro. 16.

l. cum heredes 23. §. 1. Scott.

l. hostes. 24. in fine. d. de captiu. l. ab hostibus. 12. l. liber. 17. C. de postlim. reu. §. si ab hostibus institut. qui b. mod. ius patr. pot. solu. possessio tamen, quam per se habuit, et facto ipso amisset, non continetur post liminio d. l. denique. 19., non enim retinetur in suspenso per post liminium d. l. cum heredes. 23. §. 1. non quia naturalis facultas, per quam possessio retineri solet, non suspendatur per post liminium, sed abrumpatur prorsus simul cum libertate, et aliis, quae ad statum ipsius personae captivi pertinent, ut contendit Ant. Faber in iuris pr. tit. 8. princ. 1. illat. 2. et tit. 11. princ. 7. per totum noster Valentia lib. 1. tractat. 3. c. 7. num. 11. sed ideo potius, quia quaevis post liminio captivus sicut et alia iura ita etiam libertatem, et cum ea naturalem facultatem in eum casum, quo reuertitur, retinere fingitur. d. l. institutio. 82. §. 1. cum aliis (quod certe verius est, ut et postea dicemus) non tamen potest videri possidere, cum ipse ab alio possideatur, ut scriptum est in. d. l. cum heredes. 23. §. 1. hoc est, non fingitur per naturalem facultatem retinere possessionem, quam corporaliter amittit, dum per vim, ad hostes pertrahitur, sicut nec retinet vi deiectus de possessione. l. naturaliter. §. d. de usucap. l. 1. §. siue autem. et. §. pen. d. de vi. et vi. arm. quamvis iste revera, et libertatem, et naturalem facultatem, id quatenus iuris est eius proprium, retineat, et hoc amplius civilem etiam per interdictum l. siquis vi 17. d. h. t. l. quod si in diem. 16. §. julianus. d. de hered. pet. sed neque restituitur possessio per post liminium, quoniam haec iuris fictio ea tantum restituit, quae iuris sunt, et retineri iure per eandem fictionem potuerunt: possessio autem tota facti est, ideoque nec retenta, sed facto ipso amissa est corporaliter, et corporaliter adquiri debet d. l. denique. 19. d. l. in bello. 12. §. facti. d. l. is qui pro emptore. 15. d. l. cum heredes. 23. in princ. et. §. 1. iunge his, et expende. l. iusto. 44. §. et si possessionis in fine. d. de usucap. l. si servus. 16. d. de interrogat. in iure fac.

8 Diversum certe est in his rebus, quas per subiectas sibi personas captivus possidebat, et usucapiebat, antequam caperetur siue ex peculiari causa siue ex alia ut indistincte probat Julianus in. d. l. in bello. 12. §. facti et contra communem disputat late Jaso in d. l. si is qui pro emptore. 15. ex num. 30. et 43. cum seqq. Forcatus in Necyom. dial. 76. num. 5. et dial. 77. num. 1. Fab. in ration. d. l. denique. 19. haec etenim possessio et usu capio retinetur, seu continuatur, et restituitur reuerso per post liminium d. §. facti sed obiicies, quod contra Julianum Marcellus sensit, nihil interesse, captivus ipse possedisset an subiecta ei persona d. §. facti. vers. Marcellus, quoniam scilicet utroque casu captivus ipse fuit, qui per se, vel per servum, aut filium possidebat. et sed hoc amplius, cum servum ipsum subtili forsitan nec vulgata ratione, quia quem per se possidebat, et in civitate reliquit, possidere desinat ex regula. d. l. denique. 19. non potest per servum quem non possidet, aliarum rerum retinere, aut adquirere possessionem etiam ex peculiari causa. d. l. homo liber. 54. §. ult. l. si servus. 21. d. de adquir. rer. dom. l. 1. §. sed et per eum. d. h. t. l. 1. §. idem Vivianus d. de vi. et vi arm. nec debet post liminio reuersus plus iuris habere in his, quae per servos, quam in his, quae per se possidebat, cum ad hostes peruenit, ut ex Marcello proponitur in d. l. si is qui pro emptore. 15. vers. quemadmodum verior tamen est, et utilior Juliani sententia, neque subtilis minus, ut temere affirmavit Faber in iuris prud. tit. 11. princ. 8. illat. 9. quippe possessio, quam per se captivus habuit, facto ipso amittitur, ideoque nec retinetur per naturalem facultatem, nec restituitur per post liminium, ut supra probavimus. at possessio, quam per servum aut filium habuit, neque iuxta naturam possessionis, quae facti est, amittitur corporaliter remanentibus filio

vel servo in civitate et possessione d. §. facti. l. 1. §. non alij d. de vi et vi arm. l. numquam. 31. §. si servus d. de usucap., nec iuxta naturalem rationem et facultatem: quia eam cum libertate retinere captivus intelligitur per post liminium civili gentiumque iure. l. post liminium. 19. d. de captiv. c. ius gentium. 9. 1.a distinct. et quod diximus non posse dominum possidere per servum, quem non possidet, verum est, quoties servus ab alio possidetur ut in d. l. 1. idem Vivianus cum alijs de quibus postea. ceterum quandiu ab alio non possidetur, intelligitur possideri adeo omnino etiam captivo, ut per eum adquirat, retineatque possessionem, et usucapiat l. si cui. 25. §. ult. d. de liber. caus. l. 1. §. per servum, qui in fuga d. l. 3. §. si servus l. si me in vacuam 34 §. ult. d. h. t. quod et verum est, et plenius suo loco explicandum. quamvis aliter respondeat Cuiac. lb 23. quest. Papin. in l. iusto 44. §. ult. d. de usucap.

. Plane eas res, quas per se ipsum cum voluntate sibi possidendi captivus, postquam captus est, aprehendit, affirmandum est possidere eum incipere, et quidem naturaliter vereque sicuti servum iuxta primam speciem adquisitionis retentionisque de qua supra num. 14. et 15. non tamen posse implere, seu continuare ceptam possessionem, ita ut ad usucapionem proficiat, dum est apud hostes iuxta tradita supra num. 16. in fine idque mihi, quamvis aliter vulgo accipiatur, ut et notavi supra c. 1. num. 5. in princ. expresum tamen proprie et simpliciter videtur in d. l. ait pretor. 23. §. 1. vers. nec ceptam d. ex quib. caus. mai. quoniam et post liminij fictio, per quam captivus retinere naturalem facultatem intelligitur, non pertinet ad ea, que ipse, dum apud hostes est, gerit l. eius qui. 8. d. qui testam. fac. pos. l. quedam. 7. d. de iure codicill. §. ult. instit. quibus non est permiss. excepto singulari casu l. in bello. 12. §. codicilli d. de captiv. et postlimino reversis ~~testam. fac. pos.~~ ceterum in rebus aprehensis a servo vel filio captivi, quando is ille, et quandiu apud hostes est receptissima distinctio est, ut si quidem ex causa peculiari incipiant a captivo possideri et usucapi, ex alia vero causâ non item d. l. in bello. 12. §. facti vers. vel si qua. l. bona. 22. §. que peculiari l. si post liminio 29. d. de captiv. l. iusto. 44. §. ult. d. de usucap. d. l. ait pretor. 23. §. hi plane cuius illa verba ex re peculiari ad distinctionem hanc respiciunt, neque rexeptitia sunt, ut suspicatur Fab. in ration. ibidem ratio autem distinctionis est quia quamvis regula illa iuris, que docet eum, qui ab alio possidetur, possidere non posse, non sit impedimento quominus captivo per servum aut filium adquiratur possessio sive ex peculiari causa sive non; quoniam scilicet utroque casu, et facto ipso servus aut filius tenuit, et captivus naturalem facultatem retinet, ut sepius diximus; in peculiari tamen causa non obstat ignorantia captivi adquisitioni possessionis et usucapionis, quia nec eiusdem scientia esset in civitate necessaria d. l. si post liminio. 29. d. l. iusto. 44. §. ult. l. Labeo. 8. d. de usucap. cui iungendus Cuiac. lb 22. obs. c. 17. extra peculiarem vero causam non potest ignoranti captivo adquiri possessio, quia nec si in civitate esset, adquireretur ignoranti ~~captivo~~ l. peregri. 44. § quesitum d. h. t. l. si emptam. 47. d. de usucap. l. 2. §. Celsus. d. pro emptore. ideo que nec iure post liminij usucaptum intelligitur, cum prius sit, ut quod usucaptum dicitur, possessum foret, ut Papinianus loquitur in d. l. iusto. 44. §. ult.

. Sed hec ita de post liminij iure quo ad possessionem, quam captivus per se aut per subiectas personas habuit, cum captus est, aut postea per easdem nactus est. Si vero de cornelia lege queratur, per quam captivus apud hostes mortuus fingitur pre mortuus, ex quo captus est. d. l. iusto. 44. §. ult. l. in omnibus 18. d. de cap

de captiu. l. cum hic status. 32. §. si ambo d. de donation. inter vir. verissimum est, possessionem, quam per se captiuus habuit, quamuis reuerso ipsi non prosit per postliminium, quia inuoluntaria eam amisit, ut exposuimus supra num. 17. prodesse tamen heredi eius per legem Corneliam, quia non inuoluntaria, sed eo tempore quo captus, et per fictionem mortuus est, desijt possidere, ut insinuat tacite Paulus sic explicandus in d. l. si is, qui pro emptore. 15. in princ. vers. sed verum, et consequenter lex Cornelia nihil in possessione, quatenus facti est, fingit, sed cum et hereditatem, et heredem captiuo tribuat tamquam mortuo, ex quo captus est. l. 1. §. lex Falcidia l. filius familias. 18. d. ad leg. Falc. d. l. in bello. 12. §. 1. fallit, ut ex eo tempore usucapio interrupta continuari tamen hereditati, et heredi intelligatur singulari iure, sicut si vere mortuus fuisset. l. cum miles. 30. d. ex quib. caus. maio. cum alijs adductis supra c. 1. num. 8. idque eadem ratione etiam in usucapione, quam per seruum habuit, aut post captiuitatem ex peculiari causa coepta est, Iulianus sensit circa Corneliam d. l. in bello. 12. §. facti l. bona. 22. §. que peculiari d. de captiu. sic tamen, ut in possessione postea quesita per seruum (ex peculiari scilicet causa, ut supponendum est in d. l. si is qui pro emptore. 15. vers. quod si seruus, sicut et alibi sepe l. si seruo. 28. l. iusto. 44. §. nondum d. de usuc. l. si me inuaciam. 34. §. ult. d. h. t.) agnosceret Iulianus dubitari causatius posse an per legem Corneliam ad heredes captiui pertineat, ut proponitur in d. vers. quod si seruus. idcirco forsitam, quia Cornelia lex, per quam captiuus mortuus fingitur, ex quo captus est, non videtur posse pertinere ad usucapionem inchoatam post eius captiuitatem et mortem argumento ex l. eius. 8. d. qui testam. fac. poss. iunctis traditis supra num. 19. sed Marcellus in hac specie posse plenius fictionem Cornelie, quam postliminij accipi existimauit, quoniam eadem dubitandi ratio, quam ex Iuliano adduximus in post Cornelia liminio, in debitat et quidem maior in postliminio ex consideratione Marcelli in d. l. 15. verb. quemadmodum, quam exposuimus supra num. 18. et lex Cornelia nihil in possessione, aut usucapione fingere necesse habet, sed hereditatem captiuo tribuit, que in adquisitis ex causa peculiari persone locum obtinet. l. quia seruo. 16. d. de oblig. et act. et consequenter in heredibus captiui locum habet usucapio, ut cum Marcello Paulus concludit iuxta vulgatam lectionem in d. l. si is qui pro emptore. 15. in fine quam sequitur et latius explicat post Cuiac. Fab. et alios + Hillig. ad Don. lib. 5. c. 20. litt. L. Sfortia de integ. restit. 2. p.te quest. 87. artic. 3. Philippus de Sig[...]cion. 1. p.te c. 5. Couarr. in regula possessor 2. p.te §. 1. num. 6. Claudius Cotterius de iure militum lib. 2. c. 26. Duaren. ad tit. d. de in integr. restit. 2. p.te edict. pag. mihi 129. Gilken. de prescript. 3. p.te c. 5. Amaya lib. 2. obs. c. 1. num. 4. tan. 756. et et segq.

+ noster Valentia lib. 1. tract. 3. c. 11. prosequuntur vario sententiis, post Acursianos ibi et congesto ab Alfano collec[...]

l. si is qui pro empt. 15. de usucap.

21. Denique ex superioribus principijs pendet, quod scriptum est, in nostra l. 1. §. sed et per eum, nempe seruum, qui ab alio possidetur, si velit, vero domino possessionem adquirere, nec domino, nec sibi adquirere, non domino nec ex peculiari quidem causa d. l. homo liber. 54. §. ult. l. si seruus 21. d. de adquir. rer. dom. quoniam hec adquisitio per naturalem facultatem contingit, ut docuimus supra num. 14. dominus autem non potest seruo, qui ab alio possidetur, communicare naturalem facultatem, ut eam per eum retinere, quia possessione alterius ea impeditur l. 1. §. idem Vivianus d. de vi et vi arm. iunctis traditis supra num. 15. in fine et. 16. non etiam sibi, quia non sibi, sed domino voluit adquirere d. §. sed et per eum, quem si ei interpretor iunc. d. l. homo liber. 54. in princ.

l. 1. §. sed per eq. Socto.

L. neq. servus 11. D. de usucap.

quemadmodum eadem ratione et sensu Paulus ait in l. neque servus. 11. D. de usucap. neque captivi servum possidere, neque per servum possidere dominum qui apud hostes est, nempe quando ipse servus non sibi, sed captivo domino voluit adquirere, et quidem post captivitatem ex causa non peculiari, ut recte post Accursium ibi supponit Cuiac. lib. 19. Pauli ad edictum in l. 2. ad finem D. de Publiciana. est autem in hac parte singulare ius filij, qui quamvis tanquam servus ab alio possideatur, adquirit tamen possessionem patri ignoranti ex causa peculiari l. 4. in fine

L. 4. inf. Sol. 4.

D. h.t. quia quamvis et in filio naturalis ipsius facultas impedita sit per possessionem alterius, sicut in libero homine d. l. homo liber. 54. §. ult. hec tamen peculiaris adquisitio et naturalis facultas, per quam contingit, non nititur ratione dominij vel possessionis, que in filio pater non habet nostra. l. 1. §. per eum l. potestatis 215. D. de V.S. sed iure potestatis patrie accedente voluntate filij. l. cum heredes 23. §. ult. in fine l. per eum. 50. D. h.t. l. iusto 44. D. de usuc. durat autem potestas patris, et peculium ab eo concessum, quamvis filius ab alio possideatur. notat post Accurs. et alios Giffan. in d. l. 4. Gil Ken. de prescript. 3 p.te c. 3. num. 23. et contra Cumanum, quem Fulgosium vocat, Cuiac. lib. 25. obs. c. 5. Plane Pater familias qui possidebat, si se adrogandum dederit, eo quod facto in alterius potestatem pervenerit, desinit possidere, l. qui universas. 30. §. item quod mari. quem in hoc casu veteres et noviores accipiunt d. h.t. non quia, ut vulgo putatur, qui filius familias fit et in potestate adrogatoris, non possit alias res in potestate habere, aut possidere; nec enim iuris ratio ad possessionem, que facti est, non pertinet, sed ad alios iuris effectus l. si ceciniet. 21. D. ad l. Iuliam de adult. l. ult. C. de legit. tutela. sed quia non vult sibi possidere, qui dando se in adrogationem voluit sua omnia in adrogatorem transferre l. pen. §. testamento D. de bonor. poss. sec. tab. l. si pater. 15. D. de adopt. princ. instit. de adquis. per arrogat. et consequenter possessionem etiam sine propria aprehensione adrogatoris l. si adoptavero. 17. iuncta l. 9. §. tenetur l. si servus. 13. D. de precar. quia eius nomine incipit adrogatus tenere. l. quod meo. 18. D. h.t. docent post Bart. et alios in d. l. si adoptavero. 17. Gil Ken. de prescr. 3. p.te membro 3. c. 11. num. 2. Faber de error. dec. 76. err. 10. quamvis immerito dissentiat Pichard. in princ. instit. num. 87. et segg.

L. qui universas 30. §. iter glomari. Sol. 4.

Verum ut expositis iam contra priorem illam definitionem possessionis, quam proposuimus supra num. 4., inter habere et possidere differentijs, quas ignoravit utpote grammaticus potius, quam iuris peritus Cornel. Fronto de propriet. serm. verbo habere; et nova, nostraque circa servi, vel filij familias possessionem sententia stabilita, cuius ocasione non pauca veteris iuris prudentie mysteria preter vulgarem morem et mentem elucidavimus, veluti ex diverticulo adviam revertamur, non placet etiam nobis posterior illa preceptoris nostri difinitio, cuius meminimus d. n.o 4: quia quamvis in principia iuris non peccat, non tamen satis explicat naturam possessionis, neque astrictis difinitionum regulis omnino congruit. primo quia si possessio detentio est, necessario est rei corporalis, quia incorporalia non tenentur princ. instit. de reb. corporal. l. 4 §. si viam D. de usuc. l. servus. 43. §. incorporales D. de adquir. rer. dom. et consequenter superflua est in definitione, de qua loquimur, adiectio illa <u>rei corporalis</u>, ut expendit Georgius Obrechtus disput. 25. c. 2. thesi. 65. et segg. presertim cum ea, que ad habilitatem rerum vel personarum pertinent, supponant, non proponant in definiendo iurisconsulti

*Obstat l. 1. §. unde 8. D. quod legator.

ut in l. 2. d. qui test. fac. poss. l. 5. §. stipulatio d. de V.O. l. legatum 36. d. de legat. 2. princ. instit. de obligat. cum alijs, ex quibus contra Bartolum in definitione possessionis, cuius meminimus suprà num. 2., verba illa, rei non prohibite possideri, otiosa et vitiosa esse docent Saso in nostrâ l. 1. num. 35. Ripa num. 9. Corras in l. naturaliter 12. §. nihil commune in præludijs num. 2. h. t. et congesti ab Hillig. ad Don. lib. 5. c. 6. litt. P. secundò quia particula illa, cum animo sibi possidendi, incertum adhuc relinquit, quid sit possidere. quippe si animus sibi possidendi, est sibi tenendi, confundit possessionem cum detentione, et congruit definitio multis, qui sibi tenent, nec tamen possident l. stipulatio 38. §. hæc quoque vers. plane d. de V.O. cum alijs, sin autem animus sibi possidendi est amplius aliquid, quam sibi tenendi, hoc ipsum est, quod quærimus, nec definitio exponit nisi idem per idem, et ignotum per ignotius, contra præceptum Aristot. lib. 1. Topicor. c. 4. Agricola lib. 1. de invent. dialect. c. 5.

3 Ergo quando aliqua rei explicandæ definitio probanda est, mihi ut brevissima ita et verissima videtur tradita à Theophilo in §. eodem placet instit. per quas person. et in §. est autem 2. instit. quib. mod. toll. oblig. et repetita ex parte ab eodem in princ. instit. de interdict. eoque libentius tuenda, quia et à veteribus iuris consultis, quorum doctrinâ a penè ætate innutritus Theophilus, accepta credi potest, eamque ex Græcis interpretibus sequitur scholiastes Basilicôn lib. 60. tit. 13. §. 15. et in Synopsi lib. 50. ecloga 2. c. 1. et 60. et glossæ veteres verborum iuris apud Carol. Labbæum in voce Νομή. Harmenop. in promptuario iuris lib. 2. tit. 1. post principium, et ex Latinis ferè optimi, Duarenus, Donellus, Faber, et alij, quos laudant, et in effectu sequuntur nostri. Gothofred. in princ. instit. de interd. num. 26. Hillig. ad Don. lib. 5. com. c. 6. litt. G. Gothofred. in nostrâ l. 1. in princ. Brisson. de verbor. signific. verbo possidere Cuiac. lib. 9. obser. c. 33., quorum et meo sensu possessio est detentio, cum animo dominantis. vel si aliter Theophili Græca verba vertas, detentio cum affectu domini. est autem detentionis vox in hac deffinitione, loco generis, quia et possessioni convenit, quæ in hoc sensu Græcis vocatur κατοχη, ut in nostra l. 1. in princ. siue , ut notat Contius lib. 1. disput. c. 9. Latinis autem detentio seu detentatio ut in l. ab hostibus. 15. §. ult. d. ex quib. caus. mai. l. vi quis 3. §. 1. C. de præscr. 30. vel. 40. ann. l. pen. C. unde vi, siue incubatio l. 3. ubi Gothofred. C. de rei dominicæ, sicut et possessores detentatores, siue qui detinent l. venditor 21. in fine d. de hered. vel act. vend. l. Pomponius 35. d. famil. herc. l. iusto 44. §. ult. d. de usucap. Nonius Marcel. de propriet. serm. verbo tenet, et congruit etiam nudæ detentioni, quæ à possessione solet distingui l. 1. §. unde 8. d. quod legatorum l. et uno 18. §. 1. d. de acceptilat. §. est autem 2. ubi Theophilus instit. quib. mod. toll. oblig. et in his inuenitur, qui sine affectu dominandi tenent, id circo qui non possident l. possessio 49. §. 1. d. h. t. l. officium 9. in fine d. de rei vindic. d. l. stipulatio 38. §. hæc quoque vers. planè d. de V.O. denique excludit detentionis vox res incorporales, quæ quia non detinentur, non possidentur l. 3. d. h. t. l. si tibi des 14. §. ult. d. de servit. urb. præd. l. 4. §. si viam d. de usucap. l. 1. tit. 30. part. 3.

4 Differentiæ autem loco ponimus in deffinitione verba illa, cum animo dominantis, siue cum affectu domini. Quibus singulis unum idemque exprimimus, nempè animum detinentis, ut possideat, ita affectum esse debere, ut velit tamquam dominus possessionis eam sibi tenere, et ei dominari tamquam suæ, siue pro domino, ut ego dedi ei

11

l. x. l. 5. d. ut in possess. legator. l. filius familias 114. § idem principes. d. de legat. 1. l. 2. C. h. t. l. Titia 48. d. de solution. siue pro suo l. in ficiando 67. d. de furt. l. 3. § genera d. h. t. l. 1. et 2. d. pro suo l. proculus 67. d. de iure dot. l. 5. d. de usucap. sic que explicandum est, quod dicitur de animo, mente, et intellectu, siue affectione, cogitatione, et proposito possidendi, seu tenendi nostrâ l. 1. §. furiosus §. ceterum et §. per procuratorem l. 3. §. 1. et § Neratius et §. in amittendâ l. qui iure 41. l. quamuis 46. d. h. t. quibus consequens est eos omnes, qui sine affectu dominantis circa possessionem tenent, non possidere; quia possessioni tamquam alienę incumbunt alieno nomine, non tamquam dominantes suo nomine, veluti commodatarij, depositarij, coloni, siue inquilini, fructuarij, et qui precario habent usum rei, non possessionem l. adquiruntur 10 §. ult. d. de adquir. rer. dom. l. rei 8. d. commod. l. serui 16. d. de peric. et commodo rei vendit. cum adductis supra num. 4. et in possessionem missi a pretore custodię causâ l. 3. § ult. l. si quis ante 10 §. 1. d. h. t. l. misso 12. d. ex empt. l. 1. §. quę situm d. quod legator. l. cum legatorum 12. d. quib. ex caus. l. 3. §. creditores d. uti possid. l. officium 9. d. de rei vindic. in possess. eatur.

Nec mouemur exemplo creditoris in pignore, quem verè proprię que possidere meritò iam inter nostrates obtinuit nostra l. 1. §. per seruum corporaliter l. qui pignoris 36. cum l. seq. d. h. t. l. si creditor 28. l. cum et sortis 35. §. 1. l. si pignus 37. d. de pignorat. act. l. per seruum 37. in princ. d. de adquir. rer. dom. l. serui 16. l. non solum 33. §. ult. d. de usucap. l. si is qui 11. §. 1. l. grege 13. §. et in iure per ficiarijs d. de pignor. l. si eum venditor 66. d. de euict., quibus adde l. qui a seruo 16. d. de oblig. et act. l. certe 6. §. ult. d. de precar., sicut et eum, qui precario possessionem rogauit d. l. qui a seruo 16. cum congestis supra num. 4. et tamen neque creditor, neque qui precario rogauit possident opinione domini l. quę cumque 13. §. 1. d. de Publiciana l. si seruus 22. §. 1. d. de noxalibus, quo argumento tamquam fortissimo contra Theophili et donelli diffinitionem, utuntur preceptores nostri, et inter eos Valentia lib. 1. tract. 2. c. 2. num. 12. eo tamen, ut diximus, non mouemur, quia nec dicimus necessariam esse ad possidendum opinionem domini, seu dominantis; nam cum opinio sit mentis persuasio circa incerta, quorum scilicet scientia non est, ut post Platonem in Theetito, et dialog. 5. de republ. explicant Aristot. lib. 1. in a[illegible] c. 26. et lib. 6. ethicor. c. 3. d. Isidor. lib. 2. origin. c. 24. Donatus in Terentium in Adriâ et ex alijs Lips. lib. 3. ad philosoph. stoic. dissert. 8. creditor autem, et qui precario possessionem rogauit, sciant rem suam non esse, non possunt, quamuis verè possideant, possidere opinione domini circa rem ipsam d. l. si seruus 22. §. 1. l. si noxale 27. §. 1. d. de noxal. d. l. quę cumque 13. §. 1. d. de Publiciana. possident tamen affectione domini seu dominantis, quod idem fere est l. duo fratres 78. d. de adquir. her. et quidem circa possessionem, cuius etiam dominium quodammodò dicitur l. 1. C. 5 negotiatio si sub alterius nomine res empta erit l. 2. C. Theodos. de matern. bon. quia cum affectio, quam in possidente requirimus animi dominantis et voluntatis sit, non ut opinio mentis, eamque possessionem tam creditor, quam ille qui precario rogauit, acceperint, volunt utique, et possunt sine furandi affectu eam sibi habere, et ei dominari tamquam suę, siue pro dominis l. Titia 48. d. de solut. l. 2. C. h. t. rectissime noster Picardus in princ. instit. artic. 2. num. 37. de interdict.

Vnde iam vere breuiterque expedienda est oppido nobilis inter interpretes disputatio, utrum possessio facti an verò iuris sit, in quâ possessionem iuris esse affirmant

poss

post Bart. in nostrâ l. 1. num. 6. congesti ab Hillig. ad Don. lib. 5. c. 6. litt. C. et seq. Richardo ubi proxime num. 66. Valentia d. tract. 2. c. 2. num. 38. et probari videtur in l. peregre 44. in princ. h. t. l. si earu 31. §. ult. d. de act. empti l. 5. C. de liber. causâ l. nemo 10. C. h. t. c. di lecto 28. de verbor. signif. quibus adde invulgatos textus in l. stipulatio 38. §. si quis forte l. in conventionalibus 52. §. 1. d. de V. O. et Cornel. Frontonem de propriet. serm. verbo habere sed omissis etiam aliorum distinctionibus, quas præter laudatos ab Hillig. Valentia et Richardo ubi proxime sequuntur Philippus de fiction. c. 5. Medices in l. ult. 2. part. de finit. 67. n.º 8. d. de legib. Matienzo in l. 8. tit. 7. glos. 1. num. 8. lib. 1. compilat. Paciuspent. 6. quæst. 95. verius est possessiones naturam totam facti esse, ut exprimitur in nostrâ l. 1. § adipiscimur et §. si vir uxori l. possessionem 29. d. h. t. l. denique 19. d. ex quib. caus. mai. l. 1. §. sequela d. si is qui testam. lib. l. in bello 12. §. facti d. de captiu. quoniam pendet ex detentione et dominandi affectione, quæ facti sunt, ut monuimus suprà num. 14 et 15., quamvis quoad effectus et plera que adiacentia plurimum ex iure mutuetur possessio l. possessio 49. in princ. et §. 1. d. h. t. firmant explicantque post Bart. in l. si is qui pro emptore num. 12 d. de usuc. cum pluribus Hillig. Richard. et Valentia ubi suprà Concenati. 9. lib. 4. quæst. 5. num. 24 et c. 21. num. 17. gil Ken. de præscript. 2. p.te membro 3. c. 1. num. 19. Peregrin. lib. 3. var. ex num. 2. Gaill. lib. 2. de pace publ. obs 3. num. 11.

DE Divisione Possessionis, Quæ vel Civilis vel Naturalis, et an duo in solidum possideant.?

.Caput 3.

.Ad l. 3. §. ex contrario et §. Genera. H. T.

I. .Priori disputationi de divisione possessionis, cohæret hæc posterior an duo in solidum possideant, et quemadmodum illa nulla inter interpetres impeditior, ita ista inter consultos subtilior aut utilior nulla. quare ut utramque ordine explicemus, animaduertimus possessionem suprà difinitam sic diuidi solere, ut duæ eiusdem species sint, ciuilis et naturalis l. 3. §. ult. d. ad exhib. l. 2. §. 1. d. pro herede l. stipulatio 38. §. hi quoque d. de V. O. l. 1. §. deijcitur d. de vi et vi arm. l. quod seruus 24. d. h. t., easque species proprie et substantialiter distingui, et possessionem ipsam duplicem esse non unicam probari videtur in l. nemo 10 C. h. t. nostra l. 3. §. genera cum seq. l. quemadmodum 8. ubi nulla possessio d. h. t. l. non solum 38. §. quod vulgò in fine ubi, ullam possessionem d. de usucap. docent sic et distinguunt post Suarem veterem glossographum apud Accurs. in nostrâ l. 1. verbo ait Bart. ibidem num. 7. Dynus in reg. sine possessione num. 90. de reg. iur. in 6. cum pluribus Valascus de iure emphyt. quæst. 3. num. 5. Peregrin. lib. 3. var. num. 22. et 41. Zauallos commun. contra com. quæst. 640. num. 2. Marechottus lib. 2. var. c. 64. num. 6. Matienzo in l. 8. tit. 6. lib. 5. compilat. glossa 6. Molina de iustit. 1. thomo tractat. 2. disput. 12. Lessius eodem tract. lib. 1. c. 3. dubit. 12. Anto. faber. in suo C. lib. 7. tit. 7. difinit. 29. num. 8. Curac. in recitation. C. h. t. Merill. lib. 2. obser. c. 82. qui bus consentit alios laudans noster Valentia illustr. lib. 1. tract. 2. c. 3. num. 2. et 11. et con-

gesti ab Hillig. ad Donell. lib. 5 com. c. 7. litt. B. et seqq.

. Quinam autem civilis, aut naturalis possessio sit, et quatenus, aut qualiter distinguantur inter interpetres non satis convenit. ex Accursianis tamen et pragmaticis plerique post Suarem et Bart. quorum supra meminimus existimant, civilem possessionem eam esse, quae solo animo retinetur accedente scilicet iuris ratione per naturalem facultatem, ut explicuimus supra c. 2 num. 14. et 15. naturalem vero possessionem illam, cui facto ipso et corpore insistitur nostra l. 1. in prin. et l. 3. §. Neratius et §. Nerva d. h.t. cui distinctioni favet in primis textus in d. l. nemo 10. C. h.t. d. Augustin. sermone de vita cleric. exiguum est, inquit, quod videtur possidere, sicut iuris periti loquuntur, iure non corpore. Cassiodor. de amicitia ibi: in iure civili possessio animi possessione naturali praestantior est. deinde in eandem rem conducit exemplum fructuarii, conductoris, commodatarii, et depositarii, quos naturaliter possidere scriptum est in l. 2. §. 1. d. pro herede l. 3. §. ult. cum l. seq. d. ad exhib. l. communi 7. §. neque colonis d. communi divid. l. videamus 38. §. si possessionem d. de usur. l. naturaliter 12. l. possessio 49. d. h.t., sicut et eum qui precario possessionem rogavit l. qui a servo 16. d. de obligat. et act. cum laudatis supra c. 2. num. 4, et eum qui absentis possessionem occupavit l. clam possidere 6. §. qui ad nundinas l. si ad quod 25. §. ult. d. h.t. l. 1. §. sive autem 24. d. de vi et vi arm. et tamen fructuarium, conductorem, commodatarium, et depositarium non possidere constat l. officium 9. d. de rei vind. iunctis traditis supra c. 2. num. 4. et 24. et e contrario certum est in his singulis casibus dominum proprietatis, vel locantem, commodantem, aut deponentem, aut precario dantem, vel denique absentem animo possidere l. 6. §. qui ad nundinas l. 3. §. ceterum l. qui universas 30. §. quod per colonum l. servi 16. d. de peric. et comm. rei vend. ergo cum duo in solidum et eodem genere possessionis possidere non possint, nec iuxta Sabinum quidem nostra l. 3. §. ex contrario l. duo 19. d. de precar. c. licet causam 9. versic. ex premissis de probat. ne singula quae diximus, secum pugnent, fatendum est priores quidem veluti fructuarium et similes naturaliter possidere, quia corporaliter detinent, dominum autem civiliter, quia iure et animo retinere intelligitur.

. Sed quamvis haec distinctio probari videatur regia l. 2. tit. 30. part. 3. sustineri tamen non potest, primo quia si possessio, quae animo retinetur, civilis, et diversa species esset ab ea, cui corporaliter incumbitur, consequens esset, eum qui corporaliter possessioni incumbebat, quoties postea absens animo possidere dicitur, priorem naturalem possessionem amittere, et civilem novam animo adquirere, et usucapionem ceptam interrumpi, quae sine continuatione possessionis non procedit l. 3. d. de usucap. l. servitutes 14. d. de servitut. quae tamen singula falsa sunt, quia non novam adquirere, sed eam ipsam possessionem, quam corpore tenuit, retinere animo absens dicitur d. §. qui ad nundinas l. 1. §. sive autem d. de vi et vi arm. l. licet 4. C. h.t. nec novam solo animo potest adquirere d. l. licet 4. l. 3. in princ. et §. Neratius et §. in amittenda l. quemadmodum 8. d. h.t. l. fere 153. d. de reg. iuris, nec usucapio cepta interrumpitur, sed per possessionem animo retentam continuatur l. 1. §. per servum qui in fuga l. qui universas 30. §. quod per colonum d. h.t. l. numquam 31. §. si servus l. non solum 33. §. qui pignori §. ult. versic. facilius d. h.t. Secundo hoc

idem probatur in d. l. 3. §. in amittenda d. h. t. ubi scriptum est, eum, etiam qui in fun-
do manet, si nolit possidere, protinus solo animo possessionem amittere, quamvis so-
lo animo adquirere eam non potuit. Ergo unica eademque est possesio, quae vel corpore
et animo adquiritur, vel solo animo retinetur, et amittitur: alioquin si duplex, et diver-
sa esset, consequens esset dicere, eam solam animo amitti, quae animo retinebatur; retine-
ri vero corporalem ab eo, qui corpore in fundo manet, quod tamen est contra mentem
d. §. in amittenda. Tertio denique possessionem naturalem non esse eam, cui facto
ipso et corpore insistitur, probatur fortiter, quia pupillus nec naturalem possessionem
amittit sine autoritate tutoris. l. pupillus 11. d. de adquir. rer. dom. et tamen posse-
ssionem, cui facto ipso et corpore insistitur potest amittere l. possessionem 29. d. h. t.

4. Quare reiecta superiori distinctione eiusque fundamentis,
quorum explicationem intermittimus potius, quam amittimus, reiectis etiam opina-
tionibus aliorum, quos referunt Hillig. ad Don. lib. 5. c. 7. litt. B. et seqq. Pichard.
in princ. instit. artic. 4. num. 99 de interd. recepta magis est in academia nostra, et
inter cordatiores interpretes Alciati sententia in nostra l. 1. num. 33, quam post
Donel, Fab, et alios probat Valentia lib. 1. tract. 2. c. 3. num. 6. et 11. Gil Ken. de praescript.
2. part. membro 3. c. 1. num. 68. Peregrinus lib. 3. variar. num. 28. et seqq. Petr.
Dekius in regula sine possessione num. 3. de reg. iur. in 6. qui affirmant civilem posse-
ssionem esse iustam et bona fide apprehensam, et quae civiles effectus iure civili appro-
bratam; et e contrario naturalem esse iniustam, sive mala fide apprehensam, quae
quia civili iure improbatur, manet, ut ita dicam, in terminis naturalis possessionis
nostra l. 3. §. ex contrario et §. fine ra versic. vel etiam l. quod servus 24. d. h. t. l.
1. §. deijcitur d. de vi et vi arm. l. duo 19. d. de precario, easque species possessionis,
nempe civilem iustam a naturali iniusta proprie et essentialiter distingui vel ex eo
colligit noster Valentia d. c. 3. num. 12. quia cum possessionis substantia sit facti et
animi l. 1. §. Scaevola d. si is qui testam. debet utique diversitas animi et possessore
diversas essentialiter possessionis species inducere, et consequenter quemadmodum bo-
na fides in animo possessoris distinguitur essentialiter a mala fide, ita etiam civilis iustaque
possessio, a naturali iniustaque possessione.

5. Planè etiam meum quoque iudicium in re adeo controversa interpo-
nam, existimo divisionem illam possessionis in civilem et naturalem, a iuris consultis
traditam, quorum meminimus supra num. 1. rectam esse, eiusque explicationem
per species possessionis iustae aut iniustae defendi posse, caeterum divisionem istam
ad iuris effectus pertinere, neque per eam possessionis substantiam dividi, aut species illas
essentialiter distingui, quin potius possessionem, quod ad eius substantiam attinet, uni-
cam simplicem esse, quod postremum recte tuentur post Azonem, et Placentinum apud
Accursium in nostra l. 1. verbo ait Cumanus ibidem num. 10. et praeter relatos
ad Hillig. ubi supra litt. A et B. Valentia dicto c. n. 6. Menchaca de successionum
creatione §. 21. num. 108. Conan. lib. 3. comm. c. 10. n. 5. Concenatius lib. 4. quaest.
21. n. 17. Petr. Greg. 1. p. te sintagmatum lib. 1. c. 13. n. 15. et 22. Emanuel Suarez

observationum c. 14. Vide Sembegig in paratitla ad hunc titulum num. 3. Gifanius in nostra l. 3. § genera n.° 112 et sequentibus et congesti a Gometio in L. 45. taurij n.° 9. et probatur 1.° in nostro §. genera ibi scriptum est *in summa unum genus esse possidendi*, hoc est unicam eiusdemque semper substantiae possessionis speciem: accipitur enim genus apud consultos pro eo quod apud dialecticos species l. in stipulationibus § 4. d. de verborum obligat. Seneca epistola 90 quamuis possessionis adquirendae titulis siue caussae infinitae sint, quae species vocantur in d. §. genera iuncta l. 2. d. pro suo, eodemque sensu subiungitur in d. §. genera v.s.° vel etiam *diuidi posse possessionis genus in duas species, ut vel bona fide possideatur, vel non bona fide*. quae quidem diuisio non facit duplicem possessionem, quia nec ad eius substantiam pertinet, quam unicam esse Paulus dixerat in d. §. genera, sed respicit qualitates causasque possidendi, quae sicut species dictae iam fuerant in d. §. genera, ita et postea dicuntur in d. v.s.° 2.° etiam d. stipulati. huius ss.° in nostro §. ex contrario ubi cum Labeone scribit *in summa possessionis non multum interesse iuste quis, aut iniuste possideat*; quia quamuis quoad effectus iuris, ut diximus, aliquid intersit, quoad substantiam tamen possessionis nihil interest. 3.° denique hoc ipsum masculo argumento probatur, et considerationi doctoris nostri Valentiae d. c. 3. n.° 12. facile occurritur: quia cum possessionis essentia non pendeat ex iusta eiusdem, aut ciuili approbatione, quae iuris sunt, sed tota facti sit, et animus quem in possidente requirimus, non in bona fide aut domini opinione, quae mentis est, et extrinseca possessioni, sed in affectu, et voluntate dominandi circa possessionem consideretur, et exposuimus supra c. 2. n. 25. et seq. consequens est ciuilem possessionem iustam bona fide aprehensam non distingui essentialiter a naturali iniusta et cum mala fide, sed unicam, eandemque speciem possessionis esse in substantia, quae ex eadem detentione et voluntate dominantis consistunt quamuis accidentaliter quoad iuris effectus distinguantur.

Num. 6 — triplex acceptio naturalis posses.

Quibus ita positis et aliarum opinionum assertoribus, multisque iuris locis, quos inter disputandum commouimus, faciamus satis, obseruandum est ex usu et mente iuris authorum naturalis possessionis appellationem tripliciter accipi posse. 1.° pro possessione iniusta siue iure ciuili improbata, quae a ciuili iusta distinguitur d. L. 1. §. deijcitur. ff. de vi et vi armata. l. stipulatio 38. §. haec quoque ff. de V. O. secundum quae explicandum est quod dicitur pupillum sine tutoris authoritate attendere non posse nec quidem possessionem, quae est naturalis, hoc est, nec possessionem iniustam. l. pupillus 11. ff. de adquir. rer. dom. et tamen potest discedendo ex fundo naturalem insistentiam quia facti et corporis est, amittere, quamuis etiam tunc animo possidere non desinat. L. possessionem. 29. ff. h. t. quia pupilli animus non multum a furioso distat. L. Fulcinius. 7. §. plane. 11. ff. quib. ex cau. in posses. eat. §. pupillus instit. de inutili stipul. ideoque nec sufficit ad amittendum possessionem. l. si is qui. 27. ff. h. t. explicat post antiquiores Gifanius in d. l. pupillus. 11. et dicta l. possessionem, ubi Cuiac. Connan. lib. 3. [illegible] com. c. 10. in fine Pichardus in §. nunc admonendi. n. 7. instit. per quas personas. Valentia lib. 1. illustrium. tract. 2. c. 6. n. 19. quamuis dissidium inter Proculum et Sabinum agnoscat pro instituto suo noster d. Petr. de Velasco in controu. Proculi et Cassij. pag. mihi 79. Nec obstat, quod siquis a pupillo, quem puberem esse putabat, emerit sine tutoris authoritate receptum esse posse eam usucapere, et consequenter pupillum possessionem amittere; respondetur

L. 2. emptore 2. §. si a pupillo et seq. ubi usucapio spectat, et [illegible] pupillo nec naturalem poss. [illegible] l. 11. de acq. rer. dom. igitur usucapio sine poss. nihil. [illegible] ut hic ex §. 11 a furioso l. 2.

Respondetur enim id fieri singulari iure vtilitatis causa propter iustam ignorantiam emptoris. l. 2. §. si a pupillo cum §. seq. ff. pro emptore, cui iungendi post Cuiac. tit. et in d. l. possess. 29. et lib. 29. obseruat. c. 29. et 30. Hillig. ad Donelli lib. 5. c. 15. et litt. d. Petrus Bellig lib. 2. var. c. 9. n. 2. et 3. Pacius centur. 9. quaest. 99. post multos Gilkenh. de praescriptioni 2. p. memb. 1. c. 1. n. 53. et segg.

Tertia et minus propria naturalis possessionis acceptio est, quoties sic dicitur detentio nuda, siue insistentia corporalis sine affectu dominandi, ut docet Theophilus in §. est autem 2. instit. quibus mod. toll. oblig. eoque sensu exaudiendum est quod dicitur fructuarius, Colonus, commodatarius et depositarius naturaliter possidere. l. cumuni 7. §. nec colonus. ff. commun. diuid. l. videamus 32. §. si possess. ff. de vsuris. l. 2. §. 1. ff. pro haerede. l. naturaliter 13. ff. h. t. hoc est naturaliter, seu corporaliter tenere, et possessioni incumbere, ut exponitur in l. 3. §. vlt. cum l. seq. ff. ad exhib. l. possessio 49. ff. h. t. vel in possessione esse, l. siquis ante 10. §. 1. ff. h. t. iuncto Hotmano lib. 9. obseruat. c. 1. non tamen possidere, quia affectum dominandi non habent, ut exposuimus supra c. 2. n. 24. et postalios Parlador. lib. 1. ser. cotid. c. 9. n. 10. Donelus lib. 5. comment. c. 6. ubi Hilligius litt. h. Pacius centur. 7. q. 20. Cuiac. in recitat. cod. h. t. et lib. 12. obi. c. 22. P. greg. lib. 1. Sintagmat. c. 13. n. 22. Faber in rationali. l. si ut certo 5. §. vlt. ff. commod. Valencia vbi supra c. 2. n. 43. quamuis dissensisse in hac parte iurisconsultos affirmet Meril. lib. 2. obseru. c. 31. Noster Velasco in concertat. Proculi et Cassij pag. 10. = Quarta denique naturalis possessionis vsurpatio est, quando sic dicitur possessio ipsa, quatenus ei corpore insistitur, siue corporalis detentio vera possessioni cohaerens, differens quod ab ea quae solo animo retinetur nostra l. 1. in principio. l. 3. §. Neracius et §. Nerua. ff. h. t. in qua quadruplici significatu explicanda est regio iure naturalis, ciuilisque possessionis distinctio, cuius mentio in l. 2. tit. 30. par. 3. et in l. 49. Tauri. l. 8. tit. 7. lib. 5. compilat. iunctis traditis supra n. 2. notat Madera lib. singulari animadu. c. 27. n. 12. Num. 7.

Postremo nec sententiae nostrae, quatenus possessionem in substantia vnicam esse defendimus, obstat non olim a nobis exposita constitutio Constantini in l. nemo. 10. Cod. h. tit. vbi quod scriptum est possessionis duplicem enerationem, aliam quae iure consistit, aliam quae corpore, non sic accipiendum est, quasi diceret duplicem possessionis speciem esse, sed potius duplicem modum, qui oratio dicitur in l. etiam possidere. 6. ff. h. t., adquirendae, retinendaeque possessiones: Primus quidem, qui corpore consistit, veluti cum per ~~alios adquirimus~~; ~~quando~~ nosmet ipsos actuali corporis et animi facto possidemus; tertius vero, qui iure consistit, veluti cum per alios adquirimus, aut solo animo retinemus possessionem sine proprio nostro corporali facto, et accedente iuris ratione per naturales facultates, ut exposuimus latius supra c. 2. n. 29. et segg. docent reliqua d. l. nemo 10. varie explicantes Donelus lib. 5. comment. c. 17. Fachin. lib. 8. controuers. c. 9. Madera d. c. 27. n. 10. Cuiacius in recitat. cod. h. t. et lib. 9. obseruat. c. 33. Pichardus in principio Instit. ar. 3. n. 82. et 88. de interdic. Meril. lib. 2. obseruat. c. 32. Fachin lib. 8. contrauer. c. 9. Madera d. c. 27. n. 10. tandemque quae parum vrgent textus in d. l. quemadmodum 8. ff. h. tt. l. non solum 33. §. quod vulgo ff. de vsucap. quos expendimus supra n. 1. in his enim mentio nullius, vel vllius possessionis

Num. 8. l. nemo 11. C. de acq. possessione

non eximeit possessionē in substantiā duplicem esse, sed respicit species possessionis civilis iustæ, et naturalis iniustæ, quatenus quoad iuris effectus distinguuntur.

Num. 9. Pendet ex positorum principiorum filo posterior et potissima huius capitis disquisitio, omnium, quæ in hoc Tract. difficillima teste Duareno in nro §. ex contrario, an scilicet duo in solidum rem eandē possint possidere, in qua quæstione inprimis supponendum est, stare et obtinuisse semper inter veteres iuris authores, nō posse duos in solidum, et eodē possessionis genere respectu eiusdē possidere, quia possessio detentio est, et natura non patitur, ut quod ego in solidū teneo, tu quoque in solidū teneas, ut ratiocinatur Paulus in d. §. ex contrario. l. si ut certo. 5. §. si duobus ff. comod. l. duo. 19. ff. de precario c. licet. 9. vs. ex pmissis de pbat. et alludunt aperte Cicero in Lucullo. d. Cyprianus de unit. eccl. in c. loquitur 18. 24. quæst. 1. Nec audiendus Vacon. lib. 2. declarat. c. 39. n. 6. ubi post Martinū veterem glossographum, cuius cum alijs meminit Alexander in d. §. ex contrario. n. 19. contendit posse duos in solidū civiliter possidere, falsis tamen ac infirmis parij rationibus, quia quamvis, ut considerat, quoties per aspectum rei psentis possessio adquiritur, ut in nostra l. 1. §. si iusserim. l. quod meo 18. §. si venditorē. l. quarundā. 51. ff. h. t. vel ingressu partis fundi. l. vulgaris. 21. ff. de furtis. l. 3. §. 1. h. t., vel quoties solo animo retinetur, nō repugnet natura, quominus duo, pluresve, uno eodēque tempore rem psentē inspicere, vel fundū per diversas ptes ingredi, eoque modo possessionē acquirere, aut quæsitā animo retinere in solidū velint, repugnat tamen possessionis natura, quominus possint, quoniā his etiam casibus integra rei totius detentio est, ideoque vel nulli, quoad possidentis animū. d. l. 3. §. 1. vel si uni per aspectū, aut ingressū partis fundi in solidū quæsita est, ita fundum omnem complectitur iuris intellectu, ut impossibile sit alij in solidum possessionē adquiri, et consequenter nec retineri. l. 3. §. 1. l. servus. 5. ff. de stipulat. serv. docent, et consequuntur post Joannē apud Accursium glossa magna in fine in nro §. ex contrario, Barth. ibid. n. 6. et 7. Alex. n. 19. et 26. Socinus, Iaso, et alij, quos laudant Gomez in l. 45. Tauri. n. 99. M. Mantua paralipomenon dialogo. 50. Tuscus tomo. 6. litt. P. conclus. 439. cum pluribus Hilliger ad Donel. lib. 15. comment. c. 32. litt. K. faber in rationali d. l. si ut certo. 5. §. si duobus ff. comod. Petrus faber in. l. si nostrum. 7. vbo in paganis ad fin. ff. de reg. iuris.

Num. 10. Obscurius forsan erit et inauditum hactenus exemplū usus, cuius speciem esse possessionē argumto ex l. quæstio. 115. ff. de verborū signif. cum alijs diximus supra. c. 2. n. 1. et 2. et tamē usus eiusdē rei penes duos in solidū esse potest. d. l. si ut certo. 5. §. si duobus. vs. usum autē, et similiter usus, quatenus personalis servitus est, si duos usuarios supponas, non est duorum pro parte comunis, sed unius cuiusque in solidum. l. usus pars. 19. ff. de usu et habit. l. item. 10. §. 1. l. arbor. 19. §. si per cumdē ff. comun. divid. l. sicum duorum. 32. ff. de stipulatione serv. et quatenus in eo prædiorum servitutes consistunt. l. viæ. 17. ff. de servit. facit, ut quamvis illæ per totum fundum diffusæ sint, eumque ad instar possessionis afficiant, et complectantur. l. certo. 13. §. 1. l. via 23. §. 3. quæcumque ff. de servit. rustic. l. qui fundum 12. ff. quemadmo. serv. amittr. duorum tamen esse possint, non pro parte comunes, sed in solidum

solidum uniuscuiusque d. l. arbor. 19. §. si per eundem. l. si unus 19. ff. de servit. rustic.
cum aliis. Ut breviter elegans differentia explicetur, observandum est possessionis quam-
vis, ut diximus quaedam usus species sit, distare tamen multum in hac parte, et in aliis,
de quibus supra d. c. 2. n. 2. ab usu, quem specialiter proprie sic vocamus, qualemque vel in
casu d. l. si ut certo 9. §. si duobus, vel in servitute personae, aut praedii consideramus, in
his etenim casibus usus, et quidem iuxta suam naturam, in aliam aut ampliorem utilita-
tem continet, quam pro necessitate praedii, seu personarum, ad quas pertinet, et ex quarum arbi-
trio necessitas ipsa aestimatur. l. plenum. 12. §. praeter. ff. de usu et habitat. l. 2. §. 2.
l. ergo. 9. in fine. l. una. 18. ff. de servit. rustic. l. si stillicidii. 8. §. ult. cum l. sequen.
ff. quemad. servit. amitt. ex quo principio fit, ut si valnei, aut vehiculi duobus sufficientis
usus eis locatus aut commodatus sit, quamvis effectu ipso parte dumtaxat balnei, aut vehi-
culi quisque utatur, quia in omnia eius locatenet, sit tamen uniuscuiusque in solidum,
nec enim minus me uti, quod et alius uteretur, cum unusquisque utatur pro necessitate,
quantum satis est, et consequenter in solidum: quia nihil amplius iure usus continetur. d. l.
si ut certo. 9. §. duobus, quae ita post falorum. 6. in rationab. accepisse videtur Hilliger
ad Donel. lib. 10. Com. c. 24. litt. a. Gilken de praescript. 3. p. c. 12. n. 21. Unde et uterque
in solidum tenetur. de quo circa dictum §. si duobus cum l. seqq. videndum post antiqui-
ores et Costal. ibi. faber in ration. et lib. 11. conect. c. 1. et 19. Curac. lib. 26. obser. c. 26.
Duarenus ad tit. ff. commod. c. 8. in fine. Valencia lib. 1. tract. 4. c. 1. n. 2. Molina de iust.
disp. 297. n. 13. Hotman. illustr. q. 19. Num. 11.

Deinde eiusque iuris est in usu, quatenus personalis ser-
vitus est, d. l. itq. 10. §. ff. commun. divid. vel quatenus in eo praediorum servitutes con-
sistunt, nam cum his etiam casibus possint duo vel plures iure servitutis pro necessitate
personae, vel praedii, et consequenter in solidum uti. l. 2. §. 2. ff. de servit. rustic. est etiam
uniuscuiusque in solidum servitutis usus. l. via. 17. ff. de servit. l. ult. ff. de servit. legat.
l. si unus. 19. l. via. 23. §. quacumque ff. de servit. rustic. l. haeredes. 29. §. an ea. ff. famil.
herciscun. l. 4. §. si fundus. ff. si servitus vind. l. 2. §. ex his. ff. de verb. oblig. idque est, quod
dicitur de servitute viae duobus debita durius esse, quod Pomponius putabat propter impensam L. arbor 19. §. si per eundem
in via reficienda ab uno factam posse communi dividundo, vel pro socio inter eos agi, quoniam
scilicet viae, ius, ususque, qui in solidum cuiusque est, non potest considerari tanquam pro parte
communis, nec dividi in partes separatas, sive quoniam nulla eius iuris separatim communio
intelligi potest, ut obscurius suo more Paulus lib. 6. ad Sabinum, et ex eo de forsitam
Sabino proponit, et probat negociorum gestorum agendum esse scribens in d. l. arbor.
19. §. si per eundem, ff. comm. divid. explicat recte post fulgos. n. 2. Curac. lib. 2.
responsionum Papiniani in l. liberto. 31. §. ult. ff. de negoc. gest. quamvis aliter post
Accursianos ibi, et in d. §. si per eundem. faber in rationat. ibidem. Plane idem
Paulus in usu fructu, qui duorum sit, rationem illam Sabini non probat. in d. l. si cum L. si cum duor. 32. D. de stip. servor.
duorum. 32. ff. de stipulatione servorum. cui innotendi post Alberic. ibi Curac.
lib. 11. observat. c. 12. Hotman. lib. 9. obser. c. 3. quippe ususfructus, quamvis qua-
tenus ius, et res incorporalis est, nec pro parte communionem, neque in separatas
partes divisionem admittat, ideoque nec de illo directum iudicium communi
dividundo competat. l. 4. ff. commun. divid. admittit tamen respectu fructuum,

quorum omne emolumentum continet, non pro necessitate prædij aut personæ l. maximy 66. §. fundo. ff. de leg. 2. ideoque non in solidum cuiusque, sed pro parte omnium esse intelligitur. l. vsus fructus 7. l. si mihi. 49. ff. de vsufructu. l. si vsus fructus 31. ff. ad leg. falc. et vtili communi diuidundo iudicio illo agitur d. l. si cum duorum. 32. l. sicuius 13. §. et si inter duos, alias. l. si quis firmum. 17. ff. de vsufructu. l. communi 7. §. et si. et §. cum de vsufructu. ff. com. diuid. idemque vsus fructus exemplo in commoditate aliarum seruitutum, quatenus potest distribuenda, sabiniani admisserunt. l. 4. ff. de aqua cotid. et æst. l. cum duobus. 52. §. item si in communem. ff. pro socio. ff. si partem. 29. d. de seruit. rustic. d. l. arbor. 19. § ult. l. item. 10. §. 1. ff. communi diuid. denique eadem ratione possessio, cum non pro necessitate personæ, sed in solidum rem complectatur, non potest duorum esse in solidum, sed pro parte indiuissa communis, sicut dominium. d. l. si ut certo. 5. §. si duobus. l. locus. 26. l. si quis fundum 43. ff. h. t. l. si fur. 32. §. ult. ff. de vsucap. l. emptor. 4. ff. pro emptore. notat ad rem gilken de præscript. 3. parte. c. 12. n. 12. et 22. et 26.

Num. 12. Ergo cum constet iam vnam, eiusdem generis et respectus possessionem penes duos in solidum esse non posse, an tamen esse possit, si non eodem modo, sed diuersis respectibus possidere intelligantur dubie vel inter veteres iuris consultos, et a iunioribus nostratibus quondam discussæ satis aut decissæ quæstionis est, in qua Trebatius, cuius Paulus meminit in nostro §. ex contrario, existimabat posse alium iuste, alium iniuste possidere, eiusque sententiæ primum, et forte ac firmum argumentum extat in l. 3. ff. uti possidet. vbi vlpianus supponit, et proponit posse duos in solidum possidere, vnum iuste, alium iniuste, veluti vi aut clam; subiungit, si alter ab altero non possideat, neutrum eorum in interdicto vti possidetis, vinci, quoniam vterque possidet. Secundo accedit Trebatio authoritas sabini docentis eum, qui precario dederit, et ipsum possidere, et eum qui precario acceperit. vt in nostro §. ex contrario nempe vnum animo, et alium corpore. et ex libris ad Sabinum proponitur in l. et habet. 19. §. eum qui. ff. de precario, et Julianus, qui Sabinianus fuit. l. 2. §. vlt. ff. de origine iuris. idem sentit in l. in solum. 33. §. vlt. vs. facilius. ff. de vsucapio. l. qui precario 17. ff. de precar. Tertio hanc eandem sententiam a contrario sensu tacite insinuant Julianus in l. duo. 9. ff. de precar. Innoc. 3. in cap. licet. 9. vers. ex præmissis de probat. Quarto præter exemplum Textus in l. sciendum 19. §. si fundus in dotem. ff. qui satis dare cog. [illegible], de quo late supra c. 1. n. 6. et 7. adduci vulgo solet exemplum eius, qui absentis possessionem clam ingreditur, quo casu ingredientem corporaliter et iniuste, absentem autem animo possidere scriptum est in l. si id quod. 29. §. vlt. iuncta vulgata l.

l. si duos. ff. vti possid. explicat j. n. 16.

clam

clam possidere. 6. §. qui ad nundinas. ff. h. tt. l. 1. §. ult. cum. l. 2. et 3. ff. uti possi-
det. l. sed si vi. 19. ff. de vi et vi armata. Quinto in eamdem sententiam expendi
potest exemplum creditoris in pignore, quem vere, proprieque possidere supra
probavimus. c. 2. n. 25. cum tamen debitor etiam civiliter quoad usucapionem possi-
deat, ut agnoscit Julianus Sabinianus in d. l. et solum. 33. §. ult. ff. de usucap.
et in nra. l. 1. §. per servum corporaliter. l. qui pignoris. 36. h. tt. Jabolenus
in. l. servi. 16. ff. de usucap. qui Sabinianus etiam fuit. l. 2. §. ult. ff. de orig. iuris
ut ommittam similia exempla coloni, fructuarij, et aliorum, quos naturaliter
possidere, dominum autem, vel locantem civiliter atque ita duos in solidum
docuisse Sabinianos contendit Merilus lib. 2. obseru. c. 31. noster Velasco in con-
certat. Proculi et Casij c. 3. de quo tamen diximus supra. n. 7. et cap. 2. n. 5. et 24.
Sexto adducitur textus in. l. ult. ff. uti possidet. ubi fructuario et usuario eiusdem
fundi datur interdictum uti possidetis, et quidem retinendae possessionis nomine
ut in §. retinendae. inst. de interdicto. ergo uterque in solidum possidet

Septimo denique ne immoremur in levioribus aliis Num. 13.
argumentis, supraque vel expositis, vel facille elludendis, quae ita vulgo adducuntur
ex. l. si finita. 19. §. cum autem. 1. ff. de damno infecto. de quo ad rem Cujac. lib.
9. obser. c. 32. Cofanius in nro §. ex contrario. n. 99. et ex. l. alia res. 20. §. 1. ff. de pigno-
rat. act. l. si fundus. 16. §. si duo. ff. de pignoribus, quibus in proposito iungendi post
Accursium et Clasicos Duarenus in nostro §. ex contrario. Valduinus de pigno-
ribus. c. 14. versic. ut actiones. Nos quidem inter caetera maxime movet exem-
plum dominij, quod cum, si eiusdem generis sit, penes duos in solidum esse non
magis, quam possessio possit. d. l. si ut certo. 5. §. si duobus. ff. commod. l. Mavig
69. §. duorum. ff. de leg. 2. l. 5. ff. de stipulat. servo. l. de haereditate. 19. §. pater. ff.
de castrensi peculio. l. quod ita. 141. §. ult. ff. de reg. iuris, potest tamen, si diversi ge-
neris sit, vel diversis respectibus, ut docent post Accursium et Clasicos in d. §. cum
duobus Socinus reg. 99. Pinelus in. l. 1. 3. p. num. 11. C. de bonis mater. et congesti
ab alphano collect. 999. Tusco. 2. tom. litt. d. sclus. 609. n. 4. quae assertio, ut omittam
vulgare exemplum domini, cui directum, et emphyteutae, cui dominium utile
tribuunt Accursiani apud Hillig. ad Donel. lib. 9. c. 14. litt. q. certe et ellecte
magis probatur exemplo quiritarij dominij, et bonitarij, de quibus Theophilus
in §. ult. inst. de libert. aequaliter in stipendarijs pradijs quiritarium penes prin-
cipem populum vesit, bonitarium autem penes provinciales. diximus plene
supra. c. 1. n. 3. et 4. sed et in dote dominium eius bonitarium mariti est. Itra-
quia servus dotalis a marito manumissus fit civis Romanus, ideoque et haeredem
habet. l. dotalem. 61. ff. solutatim. l. 3. §. si dotalem. ff. de suis et legit. quod tamen
non ita esset, si necessarius esset dominus bonitarius, quia civem Romanum non
faceret, sed latinum, et sine haerede. Ulpianus in frag. tit. 1. §. qui tantum. 16.
et pro solutione eiusdem tt. 3. quiritarium uxoris. l. quamvis. 75. ff.

ff. de iure dotium. l. Lucius. 21. §. idem 4. ff. ad mancipalem, vel si aliter consideres est mariti subtilitate legum, quibus ipse in datis fruitione, et administratione pro domino habetur. l. doce. 9. C. de rei vindic. l. dotale. 13. §. dotale. ff. de fundo dotali principio. Instit. quibus alienare licet. l. si prædium. 23. C. de iure dotium. l. quoties. 41. §. ult. ff. de peculio. §. per traditionem in fine. Instit. de rerum divisi. l. servius. 97. l. dotalem. 61. ff. solut. matrim. l. 1. ff. pro dote. uxoris autem inspecta naturali veritate, et origine, atque exitu dotis, quia ante nuptias eius fuit, et quandiu nupta est ex ea alitur, ac denique post nuptias ei restituitur tanquam proprium patrimonium. l. 3. §. ergo. 5. ff. de minor. l. ineum. 16. ff. de religios. l. 4. ff. de collat. l. uniq. §. et hoc. C. de rei uxor. act. l. pater. 71. ff. de evict. l. 2. §. 2. l. 7. alias. 8. §. si fundum. ff. solut. matr. secundum quæ explicandus Iustinianus in l. in rebus 30. C. de iure dotium. Vel certe, ut brevius verius quod dicam, tam mariti, quam uxoris diversis respectibus, ut sentit Harmenop. lib. 4. tit. 8. ad finem cum laudatis sup.a c. 1. n. 6.

Num. 14. Deinde etiam in causa damni infecti, si actor ex secundo decreto possidere a prætore iubeatur, dominus Bonitarius constituitur statim. l. si finita. 19. §. si ante. 17. et §. postea quam. 33. ff. de damno infect. l. 1. ff. de fundo dotali l. usu fructu. 7. §. 1. ff. de usufruct. l. 3. §. 1. ff. de rebus eorum. cui iungendus Curac. lib. 7. observat. c. 23. et lib. 21. c. 36. l. communi. 7. §. plane 9. ff. communi divid. Sturnax autem quiritarius dominus manet, quousque per usucapionem possidenti actori quiritarium adiciatur. l. 5. si res. 5. ff. communi divid. l. 9. l. his qui. 12. l. damni. 18. §. penult. l. cum postulassem. 44. §. ult. l. si finita. 19. §. Iulianus et §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. l. 3. §. ult. ff. hoc. t. iuncta. l. 3. ff. de usucap. explicant post Cuman. fabrum et alios Pichardus in §. summa. n. 194. Instit. de interdic. Schiford lib. 1. ad fab. tract. 7. quæst. 4. et lib. 3. tract. 21. quæst. 1. et sequent. Præterea hæredem fieri quiritarium dominum per additionem ego iam olim dixi, et docui ex Cicer. in oratione pro domo sua ad Pontif. Max., Varrone lib. 2. de re rustic. c. 10. Ulpiano in fragm. tit. 19. §. hæreditas cum seq. et §. lege. Iustiniano in §. ult. Instit. de hæred. qualitate cum similibus, non autem per bonorum possessionem nisi bonitarium. §. quos autem. Instit. de bonorum possess. l. 1. ff. eadem. tit. de quo post fabrum Schiford. dicto lib. 3. tract. 21. quæst. 3., iuxta quæ interpretandus ellegans textus in l. si quis mihi bona. 25. §. sed quid si mandavit vers.o aut quid si petitam. ubi Cuman. n. 19. ff. de adquir. hæred. proinde hæres qui adiit, quamvis postea ex fidei commisso restituat, quiritarius dominus manet §. restituta, Instit. de fidei com. hæred. l. si hæres. 70. ff. ad S. C. Trebellianum et fidei commissario Bonitarium, adquiritur, non quiritarium. l. facta. 63. ff. ad S. C. Treb. l. 3. ff. si usus fructus pet. l. hærennius 42. ff. de usur. l.

Pompo.

Pomponius 13. §. si et legatario. ff. h. tt. explicat Goueanus lib. 1. variarum. c. 9. et post Fabr. contra plures Schifor. lib. 3. tract. 24. q. 1. et sequent. et consentit fere Pinnelus in l. 1. 3. p. te n. 1. C. de bon. mater. videat etiam cui vacat simille superioribus exemplum apud Ulpianum in fragm. tt. 1. §. in bonis. et tt. 19. §. si servus de quo praeter laudatos ad l. 17. Revardus c. 16. Brison. lib. 4. select. c. 22. et quaesiti ab Hillger. ad Donel. lib. 9. c. 14. litt. g. in fine. Plane his argumentis posse duos in solidum, diverso tamen modo aut respectu possidere docent Acursius glossa magna ad fin. in nostro §. ex contrario. Barthol. ibi n. 8. et 10. Alex. 28. et 30. Iaso. gret. 60. Duare. et Gifanius n. 99. Alciat. in rubr. l. 1. n. 64. glossa vbo eodem modo. et Pontificij interpretes in d. c. licet. 9. vs. ex praemissis deprobatio. Gomez in l. 49. Tauri n. 100. Thuscus thom. 6. litt. P. conclus. 429. n. 9. Fachin lib. 8. controver. c. 16. in fine, Vigel in methodo civili. 3. p. te lib. 7. c. 19. sect. 3.

Verior tamen est, et probanda omnino contraria sententia, quam contra Trebatium, et Sabinianos Labeo et Proculeiani, et ex eorum schola Celsus in d. l. si ut certo. 5. §. si duobus, iuncta l. 2. §. ult. de orig. iuris, et cum eisdem Paulus proponit in nostro §. ex contrario vs. quem Labeo, cuius textus utcumque cavillationem Duareni et aliorum, quorum nuper meminimus, admittat, iuris tamen ratio mascula et solida, qua Labeo utitur, rem evincit, quoniam, ut inquit, in summa, seu substantia possess. non multum interest, iuste quis, an iniuste possideat. l. 2. ff. uti possidet. l. qui fundum. 12. ff. quemadmodum servit. amitt. ideoque cum sive iusta sive iniusta, sive civilis sive naturalis unicam in essentia possessionis speciem constituat, ut docuimus sup. n. 9. sequens est non posse duos in solidum vere possidere, nec unum civiliter aut iuste, et alium iniuste aut naturaliter, quia nec diversae species possessionis sunt, sed una eademque possessio, quae ut comparatione utar ld. §. ex contrario, sive a pedibus sive a sedibus derivantur, de quo sup. c. 1. n. 9. et segg. in solidum rem complectitur, et non magis apud duos esse potest, quam in eodem loco duos stare, aut sedere; nisi ut Martialis alibi locatur lib. 9. epigr. 39. uno credis equo posse sedere duos. quae sententia tentata a Curtiano in d. §. ex contrario n. 13. et 19. obtinuit apud noviores. Cuiacius lib. 9. lib. 9. obser. c. 32. et lib. 17. c. 2. et lib. 9. c. 22. Faber in rationali ad d. l. si ut certo. 5. §. si duobus. Pacium. cent. 4. quaest. 39. cum pluribus Hillig. ad Donel. lib. 19. c. 32. litt. X. Peregrin. lib. 3. variar. de posses. ex num. 23. et ex nostris non satis sequenter deducens. lib. 1. tract. 2. c. 3. n. 14. Velasco in concertationibus Proculi et Casij. c. 19. Num 25.

Nec obstant opinionis contrariae fundamenta. Et primum ex d. l. 3. ff. uti possid. quamquam dici possit extare in d. l. 3. vestigium sententiae Trebatij et Sabini, ex quarum mente Num. 26. l. si duo 3. ff. Uti possidet.

Supponens potius, quam proponens, aut probans Ulpianus loquitur ut fatentur post Cuiacium et alios proxime laudatos Fachin. lib. 10. contr. c. 16. Ex mente tamen Justiniani, qui nihil contrarium in pandectis reliquit. l. 2. §. contrarium. 15. C. de vetere iure enucl. omissisque antiquorum opinionibus, quas peperit haec difficultas, ut videre est apud Mennochium remedio 3. retinendae ex num. 714. Gomez in l. 45. tauri n. 172. Thesau. decis. 206. subtilius et utilius dicetur posse quoad interdictum uti possidetis apud duos concurrere possessionem, non quia utraque vere talis sit natura aut iure, id enim impossibile, ut diximus, sed quia necesse est utramque a praetore pro possessione haberi ex affectu et opinione litigantium, ~~necesse est utramque a praetore pro possessione~~ quorum uterque se possidere ostendit, et probat, et post Coinar. Baronius lib. 2. Martial. tit. 17. notat Valen. d. c. 3. n. 26. don. in l. unica. n. 2 C. uti possid. et lib. 9. comment. c. 9. n. 10. Otoman in §. retinendae. n. 12. instit. de interdict. Pacius cent. 4. quaest. 39. quae tamen explicanda sic sunt, ut ille, quem vi, aut clam, aut precario ab aduersario suo possidere constiterit, condemnetur, et alter superior sit in interdicto, ut scriptum est in d. l. 3. l. 1. §. ult. ff. uti possid. l. qui precario 17. ff. de precar. l. qui possessionem 17: cum l. seq. ff. de vi et vi arm. Si vero neuter ab altero possideat et uterque possidere se probet, quamvis alter iuste, alter vi aut clam, neuter vincet, neuter vincetur. d. l. 3. sed utrumque praetor tuebitur hoc interdicto, in quo, ut Paulus ait, iusta aut iniusta adversus caeteros possessio sit, nihil refert. l. 2. ff. uti possid. l. ult. ff. h. tit. l. si de vi. 14. ff. de vi et vi armat. §. retinendae. instit. de interdict. quamvis aliis iuris remediis iuste possidenti consulatur. l. unic. C. uti possid. l. 1. C. si per vim, vel alio modo Gilken de praescript. 3. p. c. 120. n. 20. fieri autem potest, quod diximus, si ponamus tres, quorum primus, idemque absens iuste, et animo possidet. Secundus clam ingressus est possessionem. Tertius autem ab hoc secundo vi aut clam possidere coepit. Tunc enim si inter primum.

d. l. si rem. 47. h. t. in qua omnino supponendum est ~~depositarium~~ ita sibi possidere, nec reddere constituisset, ut etiam contrectaverit. Sicut et supponendum in l. si quis uxori. 52. §. eum creditorem. 7. ff. de furtis. quo pro constanti habito recte affirmatur eum qui deposuit amittere possessionem confestim, vel ignorantem hoc est statim post contrectationem, etiam antequam sciat, quia si sola omissione custodiae rerum mobilium, quamvis a nemine occupatae sint amittitur possessio, utique et multo magis si contrectentur a depositario. d. l. si rem. 47. iunct. d. §. nerva cum adnotatis supra n. 9. in fine alioquin sola infitiatione sine contrectatione nec dominus ignorans amitteret, nec depositarius adqui~~reret~~

primus et tertius

inter primum et tertium et tertium controversia sit, neuter vincetur, quia neuter ab altero possidet, sed uterque quoad interdictum, ut explicat donel. et Gilken. ubi s.[a] n. 18. et quodammodo sentit Cuman. in l. etsi violet. 7. in fine. h. tt.

Non levius sane urget secundum argumentum ex Precarij exemplo, de quo supra num. 12. verum dissimulata pro interpretandi instituto dissensione Sabini et eius Schola, quam revelavimus d. num. 12, et supposita distinctione inter precarium possessionis ipsius, vel usus, aut rei simpliciter, quam aperuimus supra. c. 2. n. 9. et opponunt ante Valenciam nostrum d. c. 3. n. 19. Cuman in l. siquis ante. 10. n. 1. h. tt. ubi et Orfan. n. 9. fachin. d. lib. 8. c. 16. Duarenus in d. §. ex contrario. et ad tit. de precario. c. 3. Cuiac. lib. 9. obs. c. 33. P. greg. lib. 23. Syntagm. c. 2. n. 24. faber de error. decad. 77. error. 7. quibus in effectu consentit Menoch. d. remed. 3. ret. n. 38. Mantica de tacitis lib. 9. tt. 7. num. 4 quamvis aliter post multos Gilken de praescrip. 2. parte memb. 3. c. 8. et d. 3. p. c. 12 n. 24. Pacius. d. q. 39. Connan. lib. 3. comment. c. 10. n. 6. Concenat. lib. 4. q. 21. n. 8 Couarr. in regula possessor. 2. parte in princ. n. 4. Molina de iust. disp. 29. 8. n. 9. Noster Amaya. lib. 3. obser. c. 1. §. 2. n. 33. respondendum est, si precarium fuerit possessionis, eum, qui precario acceperit, vere et naturaliter possidere, ut probavimus d. c. 2. n. 9. et 29, concedentem autem non civiliter, ut putarunt post Bart. communiter antiquiores relati a Gilkenio d. c. 2. n. 2. Tusco litt. P. conclus. 372. n. 18. Azor. 3. thom. instit. moral. lib. 7. c. 2. q. 4. sed omnino non possidere, si veritatem amamus, ut evincit fortiter textus in l. Pomponius. 13. §. si is qui precario. ubi Orfan. n. 19. l. interdum. 21. §. ult. h. tt., et ex l. ult. ff. de precario, favet magis, quam firmat noster Valencia n. 19, intelligitur tamen concedens possidere d. §. ex contrario, seu non discedere animo a possessione. d. l. et habet. 15. §. cum qui. ff. de precario propter interdictum de precario, et facultatem revocandi, quam retinet. l. 2. l. cum precario. 12. l. qui precario. 17. ff. de precar. Unde exponenda potius, quam opponenda sup. n. 12. Iuliani mens in l. non solum. 33. §. ult. vs. facilius ff. de usucap. ubi, cum scriptum fuisset, si rem pignori datam creditoris, aut debitoris servus subrripuerit, non interrumpi usucapionem debitoris, subiungitur facilius hoc obtinendum nempe, ut usucapio non interrumpatur, si precario possidente debitore servus debitoris subrripiat. ut Iulianus idem significat. lib. 13. digesto rum in l. qui pignoris. 36. ff. h. tt. scilicet quia hoc casu precarium est possessionis, quam debitor a creditore accipit, solusque habet. l. certe. 6. §. ult. l. ult. ff. de precarijs. eamque servus domino non intervertit. l. rem quae nobis. 19. l. si de eo. 40. h. tt. quod quidem non ita est, si debitor a creditore pignus conducat, quia per conductionem creditor possidet. l. cum et sortis. 39. §. ult. l. si pignus 37. ff. de pignorat. act. l. res pignoris. 37. h. tt. quamvis nec illo casu usucapio interrumpatur. d. l. non solum. 33. §. ult.

Num. 28.

Plane ut speciem finitimam mihique volim, hodieque difficillimam coniungamus, si debitor servi haereditarij ex mutuo dederit

Marginal notes: l. 3. §. ex contrario. 5. tt. l. 15. §. eius 4 D. de precario — l. non solum 33. D. de usucap.

l. qui a seruo 16. D. de pig. act. ei pignori fundum, vel hominem, et precario rogauerit, precario possidet, ut quasi emphatice in l. qui a seruo. 16. ff. de oblig. et act., hoc est ita precario solum ut non possideat quoad usu capionem, ut in simili specie Julianus significat in l. si rem. 29. ff. de pignor. act. iuncta l. qui cum. 6. ff. pro emptore. l. Pompon. l. 3. §. 1. h. tt. l. qui cumque 13. §. 1. ff. de publicana, nam sicut seruus hæreditarius per traditionem accipiendo proprietatem, hæreditati adquirit, ut ex Juliano proponitur in l. meo. 33. §. ult. ff. de adquir. rer. dom. Et consequenter precario dando efficit, ne usucapi possit d. l. qui a seruo. 16. nempe nec a debitore propter malam fidem, si pignus fundi sit, nec ab aliquo propter furtum, si rei mobilis, veluti hominis esset. l. si liberam. 10. C. quod cum eo. iuncta l. 9. C. de usucap. pro empt. l. ult. ff. de usucap. aliàs pro soluto. quippe seruus alienare non potuit possessionem in specie d. l. qui a seruo. 16. de quo postea ita eamdem quasi tam nec per liberam administrationem donare sine furti vitio, si pignus rei mobilis veluti hominis esset, vel saltem mala fide accipientis, si pignus fundi sit. d. l. si liberam. 10. l. interdum. 96. §. cum autem. ff. de furt. l. rem qua. 19. h. tt. seu precario dare permittitur, seu precario dare permittitur. l. etra. 28. §. ult. ff. de pactis. l. filius. 7. ff. de donat. l. 1. §. 1. ff. quæ res pignori. l. 3. §. si seruus. 8. ff. de donat. int. l. duo. 19. §. 1. iuncta l. 1. §. 1. et l. interdictum. 14. ff. de precariis. l. si quis uxori 52. §. si seruus. 26. iuncta l. eum qui. 14. §. 1. si qui precario ff. de furtis; namque et si commodasset vel deposuisset rem peculiarem commodati, vel depositi actionem hæreditati adquireret. d. l. qui a seruo. 16. iuncta l. 1. §. item si seruus. 29. de depos. l. cum hæreditas. 9. C. eod. tt. eodemque exemplo scilicet pignoris petitionem, et possessionem, cuiusque respectu postea per precarium hæreditati furtum fieri potest, et usucapio impeditur, ut in simili specie Julianus sentit. l. hæreditarias. 68. iuncta l. his enim. 70. l. eum qui. 14. §. si res. ff. de furt. id hæc ita si mutuus pignus quod fuerit ex causa peculii, ut in l. si seruus. 32. quæ ex eodem lib. 13. Juliani est. ff. de solut. tunc enim etiam pignoris possessio hæreditati adquisita intelligitur. l. penult. ff. de captiu. l. iusto. 14. §. nondum. ff. de usucap. quæ precario dari non potuit. d. l. qui a seruo. 16. Cuius hæc noua forsitan veraque interpretatio est, quam paucorum hominum esse scribit, nec sæpius repetitam reperit Cuiac. in recit. ibi. et in d. l. qui pignoris. 36. h. tt. et lib. 13. digest. Jul. utrobique et lib. 44. in d. l. si rem. 29. de pign. act. et post aluericum Cabocius lib. 1. var. c. 29. quamque difficultatem dissimulans in d. l. qui a seruo. 26.

Num. 19.
l. si duo 19. D. de precario.

Breuioris et leuioris operæ est explicatio argumentorum quæ supersunt, et proposuimus supra n. 12. quippe ad tertium. ex d. l. duo. 19. ff. de precario. d. c. licet. 9. vs. expressis de probationibus facile respondetur ideo in his locis veluti consulto affirmari duas eiusdem generis veluti utramque iustam, siue utramque iniustam possessiones non concurrere quia id ad quæstionem ibi propositam de duobus precario, aut iuste possidere se contendentibus satis erat, et extra controuersiam, nec fuit cur sine causa et extra propositum ad possessionem diuersi generis, de qua, ut agnouimus iuris authores et

et interpretes dissentiebant, decisio extenderetur. deinde quoad quartum argumentum attinet, affirmandum est absentem solum vere et animo possidere, quandiu non deijcitur [ad l. clam 6. § vlt. l. 25. § fin cum alijs relatis s. n. 12.] quamvis alius clam fundum ingressus sit. l. 3. § in amittenda in fine. l. clam possidere. 6. § qui ad nundinas. h. tt. l. 1. § sive autem. 24. ff. de vi et vi arm. ingredientem autem, quamvis possessionem occupare dicatur, quatenus corporaliter tenet, quia eam, quod ad se attinet, cum affectu dominandi ingreditur, et adquireret, nisi absens retineret. d. § qui ad nundinas. l. si id quod. 25. v. § vlt. h. tt. et quamvis quoad interdicta si cum eo, a quo non clam possidet, otendat intelligatur, seu per inde habeatur, ac si possideret. l. 1. § vlt. cum l. sequenti. ff. vti possid. l. sed si vi. 14. ff. de vi et vi arm. iunctis traditis sup. n. 16. vere tamen non possidere, quandiu absentem non privat possessione, ut contra duar. et antiquiores docet Cuiac. et Giffan. in d. § qui ad nundinas. donel. lib. 5. cment. c. 12. Gilken de praescript. d. 3. p. te c. 12. n. 24. Connan. lib. 3. cment. c. 91. n. 4. Peregrin. d. l. 3. ex num. 24. et ex nostris Valencia d. c. 3. n. 17. Pichard. in princip. Instit. n. 49. de interdictis. idemque similliter evenit in d. l. sciendum. 15. § si fundus in dotem. ff. qui sat. dar. cog. vbi cum maritus solus vere possideat, intelligitur etiam vxor possidere quoad effectum satisdationis ex ratione de qua sa. c. 1. n. 6. et 7. quemadmodum eodem modo, ut quinto quoque [ad l. 1. § per serv. corp. l. qui pignoris 36. h. tt. cum alijs relatis s. n. 12.] argumento faciamus satis, debitor quidem pignus creditori traditum non vere possidet, sed intelligitur, seu videtur possidere quoad civilem effectum vsucapionis. l. 1. § per servum corporaliter. l. qui pignoris. 36. h. tt. l. servi. 16. ff. de vsucap. creditor autem solus vere possidet, ut docuimus s. c. 2. n. 25. et pter innumeros congestos a Valencia d. tract. 2. c. 11. n. 17. ybant Gomez in l. 45. tauri. n. 21. ad fin. Gratian. discept. lib. 1. c. 174. num. 16. Rursus quoad 6.um argumentum ex d. l. vlt. ff. vti possid. [ad l. in summa. d. Vti possidet.] dicendum est fructuarium et vsuarium non possidere fundum ipsum, ut probavimus sa. c. 2. n. 7. sed quasi possidere ius vsusfructus, vel vsus, quae cum diversa iura sint, nichil impedit, quominus vterque iuris sui quasi possessionem in solidum sibi defendat, et interdicto vtatur. d. l. vlt. de qua latius Donel. lib. 15. cment. c. 33. vbi Hillig. litt. d. denique septimum argumentum ex dominij exemplo bonitarij et quiritarij, de quibus sa. n. 13. et 14. ad rem non pertinet, quia illa diversa intellectu, effectibusque iuris, ex quo dominij essentia consistit, species sunt, ideoque possunt apud duos esse, possessionis autem substantia et species unica, ut probatum supra n. 15.

De amittenda possessione
Cap. = 4.

Ad l. 3. § in amittenda. 6. cum seq. vsque ad. 10. et § nerva. 13. et § Labeo. 17. cum seq. l. quemadmodum. 8. l. Pomponius. 13. l. rem quae. 15. l. si quis. 17. per totam. l. quod meo. 18. § 1. cum l. seq. l. si id quod. 25. per totam. l. qui universas. 30. vsque ad finem cum l. seq. l. sed eo. 40. § 1. l. peregre 44. § quibus. l. si rem. 47. cum alijs. h. tt.

Num. 1. Intellectas magis, et academicis antecessoribus prætermissas tituli nostri partes postrema hæc est usu et obscuritate primaria, quam nos post adquirendæ possessionis elementa, quæ superioribus capitibus ad nostram legem 1. exposuimus; nunc ex professo agredimur tempestive iam de amittenda possessione, breviterque et perspicue pro tempore, et instituto dicturi. Inprimis autem proponenda et explicanda est nobilissima in hac parte regula, quæ extat in nostra l. quemadmodum. 8. h. t. iuncta l. fere. 153. ff. de reg. iuris, ubi sic scriptum est, quemadmodum nulla possessio adquiri nisi animo et corpore potest, ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum est. Cui tamen regulæ obstat aperte textus in nostra l. 3. §. in amittenda. l. si quis. 17. §. 1. l. peregre. 44. §. quibus h. t. in queis probatur eum, qui possidere nolit, amittere statim solo animo possessionem, quamvis adhuc in fundo sit, sicut e contrario solo etiam corpore amittitur, quamvis animus possidentis repugnet, veluti amissa naturali facultate tenendi ut in d. l. 3. §. Nerva. 13. et §. Labeo. 17. l. Pomponius. 13. l. qui universas 30. §. 1. et segg. h. t. in quibus conciliandis post classicos in d. l. 3. §. in amittenda et in d. l. quemadmodum. 8. et præter laudatos ab Hillig. ad Don. lib. 5. c. 12 litt. L. et c. 13. litt. C. Pichardo in §. ult. ex num. 60. Inst. de hæred. qualit. varie sentiunt Ongiacus lib. 1. academic. quæst. 1. Petrus Faber in l. nihil. 35. ad finem. ff. de reg. iuris, Revardus et alii in l. fere in l. 153. eodem titulo Pacius cent. 6. q. 96. Giffanius in d. §. in amittenda. n. 4 Hotman illustr. quæst. 41. versiculo secundum exemplum in fine.

Num. 2. Sed explosa emendatione Matthæi Gribaldi lib. 1. de rat. studii. c. 16. qui voculam, non, adiicit in principio d. l. quemadmodum 8. notatus merito a Duareno, et Giffanio in d. §. in amittenda, Gilberto Regio lib. 2. enantioph. c. 19. Cuiacio lib. 23. quæst. Papin. in d. l. peregre 44. §. quibus h. t. placet magis, placuit quod semper communis antiquorum traditio, quam post Johannem veterem glossographum apud Accursium. verbo animo in d. §. in amittenda. sequuntur Accursiani fere omnes ibi, et ex novioribus Duarenus et Giffan. ibid. Cuiac. c. ubi et in d. l. quemadmodum. 8. et lib. 69. Pauli ad edict. in d. l. fere. 153. ff. Petr. Fab. et Pacius ubi proxime, et relati ab Hillig. d. c. 13. litt. C. docentes, cum de amittenda possessione tractatur, distinguendum esse utrum amissio ab animo incipiat, an a corpore; nam si a corpore, veluti in eo qui e fundo, quem possidebat, egressus est, nisi utrumque in contrarium agatur, et accedat corpori animus seu voluntas non possidendi, non amittitur possessio quemadmodum nec adquisita fuit nisi animo et corpore. d. l. quemadmodum. 8. d. l. fere. 153. quarum comparatione, et regula scite ad hunc casum utitur Papinianus hinc explicandus in d. l. peregre. 44. §. quibus. vers. nam eius. l. quamvis. 46. ubi Cuiac. lib. 23. quæst. ff. h. t. Sed si ab animo incipias veluti in eo, qui cum adhuc in fundo sit, non vult possidere, verum est solo animo possessionem amitti, quamvis adquiri non possit. d. §. in amittenda. d. l. si quis. 17. §. 1.

d. l. siquis. 17. §. 1. ut proinde appareat regula d. l. quemadmodum &. non esse per-
petuam, sed temperandam adiecta vocula fere, quae posita initio d. l. fere. 139. repe-
tita etiam in fine intelligi debet, ut ante alios laudatos sentit Harmenopul. lib.
2. promptuarij. tit. 1. scholio 1° in fine. plane quod supra diximus solo etiam corpore
possessionem amitti, ~~quamvis [illegible]~~, ut in d. l. 3. §. Nerva. 13. cum
similibus. non obstat regula d. l. quemadmodum &. sive is, cui deficit naturalis
facultas tenendi, intelligitur necessario obiecisse animum possidendi, et consequen-
ter animo et corpore possessionem amittit. l. si id quod. 25. §. ult. h. tit. l. 1. §. sive
autem. 29. ff. de vi et vi arm. sive potius quia quemadmodum in adquirenda
animo et corpore possessione supponimus naturalem facultatem tenendi facto ipso,
ita, et ne amittatur, supponi debet ex separatione d. l. quemadmodum. &. quam ita
exaudit Donel. d. l. 9. comment. c. 12. ubi et. c. 13. aliter explicat et conciliat cum d. §.
in amittenda, dure tamen, ut sentio, quamvis probatus academiae antecessoribus, michi
quod brevitatis causa nec referendus, nec refutandus.

Num. 3.

Est igitur, ut progrediamur, proxima superioribus, insi-
gnitaque inter dominium et possessionem differentia, nam cum possessio, ut diximus,
solo animo amittatur ab eo, qui non vult possidere. d. §. in amittenda, dominium tamen
nihilominus eius manet, qui dominus esse non vult. d. l. siquis. 17. §. 1. h. tit. quippe do-
minium, quia iuris est, quemadmodum nec nuda voluntate, nec etiam traditione adqui-
ritur nisi ex causa iure probata. l. nunquam. 31. ff. de adquir. rer. dom. l. 3. §. scien-
dum. ff. de donat. inter. ita nec amittitur. l. omnia. 100. ff. de reg. iur. l. ius agnationis
34. ubi Cuiac. ff. de pact. l. traditionibus. 20. C. eod. tit. non ita in possessione, quae quoniam
tota facti non iuris est, facto etiam amittitur, et sola voluntate non possidendi. l. 1. §.
si vir uxori. h. tit. explicat sic Giffan. in d. l. siquis 17. §. 1. n. 9. ubi praesentiunt Cuman,
Alciat, Cuiac. Connan. lib. 3. comment. c. 9. n. 2. quamvis aliter post Alvericum, Alex.
et alios in d. §. 1. Gomez in l. 99. tauri. n. 110. Zasius lib. lib. 2. intell. sing. c. 20.
Corras. lib. 6. miscel. c. 20. quibus consequens est eum qui sic vendat, ut statim reci-
piat, non amittere dominium. l. qui sic. 99. ff. de solut. l. nuda. 99. ff. de contra. empt. l.
si haeres. 11. ff. de statu lib. l. 5. §. siquis certam. ff. de iure dot. l. aristo. 18. ff. de
donat. nisi scilicet momentanea haec datio effectum aliquem iuris respiciat reman-
suram penes accipientem. l. qui id quod. 33. §. 1. ff. de donat. l. siquis duos.
67. ff. de solut. l. servus 98. ff. sol. matr. l. si tibi. 20. ff. de reb. cred. ubi Donel. et Fab.
in ration. et Cuiac. lib. 18. digestorum Iuliani. Giffanius in d. l. qui id quod. 33. §. 1. post
multos Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 39. n. 14. Barbosa. in l. dotalem. 62. n. 13.
sol. matr. Pacius cent. 3. quaest. 69. e contrario vero possessionem amittit, qui sic
eam transfert, ut iterum recipiat, et repossideat, ut ex Pandectis florentinis, et Basi-
licis recte legitur in l. sicut. 8. §. supervacuum. ff. quibus modis pignus vel hypoth.
sol. iuncta d. l. siquis. 17. §. 1. ubi recte Cuiac. nec propositis circa dominium obstat,
quod cum Sabinianis obtinuit rei pro derelicto habitae dominium statim amitti etiam
antequam ab alio occupetur, et consequenter sola voluntate. l. 1. et. 2. §. 1. et toto tit. ff.
pro derelic. l. falsus 43. §. qui alienum cum seq. et §. si iactum. 11. ff. de furt. l. quem

l. si res. l. pro derelicto 2. D. pro derelicto.

quemadmodum. 38. §. 1. ff. de noxal. quia quamvis dissensioni Proculi verborum extare in d. l. si quis. 17. §. 1. contendat Hotman. in §. penul. inst. de rerum divis. verius est tamen in habitis pro derelicto non amitti dominium sola voluntate, si cum accedat abiectio, seu factum derelinquendi traditioni, et occupationi contrarium. d. l. 1. id pro derel. d. §. pen. inst. de rer. divis; per quod primo occupanti res veluti donatur, et legitimo modo alienatur. l. quod servus. 36. ff. de stipul. ser. l. 9. ff. quae in fraud. cred. docet Cuiac. lib. 21. obs. c. 8. et lib. 54. Pauli ad edictum in d. l. 2. ff. pro derel. Faber in rat. d. l. quemadm. 38. §. 1. Connan. lib. 3. Comment. c. 3. n. 3. post Giffan. Hillig. ad Donel. lib. 4. c. 13. litt. a. et consentiunt post Accursium Castrensis Cuman. et alii in d. l. si quis. 17. §. 1.

Num. 4. Pendet ex iam propositis electa magis, elegans(que) differentia, quippe dominium adeo non amittitur nuda voluntate, ut etiam post rei traditionem, si accipienti non adquiratur, remaneat penes eum, qui amittere et transferre voluit, in quam sententiam vulgo abutuntur textu in. l. nec utilem. 20. in fine. ubi Africanus. ff. ex quibus causis. mai. cuius tamen alia, et aliena omnino mens est exposita rectissime Baroni. et Fabro. ibidem, nec percepta satis Cuiac. lib. 13. quaest. Pap. in d. l. nec utilem. et lib. 3. quaest. pap. in l. deniq(ue). 19. ff. ex quib. caus. mai. Forcatulo in Necyom. dial. 78. probatur tamen recte, quod diximus in l. vir uxori. 39. v.o sed si promissor. ubi Fulgos. ff. de donat. inter. l. cum quis. 38. §. si debitorem. v.o alioquin ff. solut. De cuius conciliatione cum. l. 3. §. ult. ff. de donat. inter. videndus Cuiac. tract. 7. ad African. in d. l. 38. Fab. lib. 3. coniect. c. 19. Schiford. lib. 2. ad Fabr. tract. 16. quaest. 9. Ex diverso autem possessio amittitur ab eo, qui tradendo transferre voluit, quamvis accipienti non adquiratur. d. l. 1. §. si vir uxori, et §. per procuratorem. nostra l. quod meo nomine. 18. §. 1. h. t. ubi diff. explicant Bartholus et antiquiores, quos sequuntur Giffanius ibi n. 7. Gomez in l. 45. Tauri. n. 24. et Ivo. Barbosa in l. si alienam. 12. n. 100. et seqq. ff. solut. matrim. Id haec ita si pure et absolute animus sit amittendi possessionem, quamvis accipienti non adquiratur, alioquin certum est possessiones tradi, omitti q(ue) posse sub conditione velut ista si adquirantur accipienti. nostra. l. qui absenti. 38. §. 1. h. t. l. dotis. 7. §. ult. de iure dot.

Num. 5.
l. si me in vacuam 34. D. h. tt. Unde explicandus est difficillimus Ulpiani locus valde(que) et valide prima specie repugnans propositis in l. si me in vacuam 34. v.sic ergo. h. t. cuius haec sit paraphrasis, emptor fundi Semproniani missus est per errorem a venditore in possessionem fundi Corneliani, in eam(que) ivit, cum tamen per errorem putaret se missum in fundum Sempronianum, quem emerat. ait Ulpianus emptorem non adquirere possessionem Corneliani, nisi in nomine tantum error fuerit, veluti si et venditor mittendo, et emptor eundo in corpore fundi Corneliani, et possessione eius adquirenda consenserint, quamvis emptor Sempronianum vocaret, et venditor Cornelianum. l. in venditionibus. 9. §. 1. ff. de contr. empt. l. si in nomine. 32. ff. de. v. o. l. 4. ff. de leg. 1. quando autem sive in specie prius proposita in corpore non consenserimus, quomodo cum

Cum vulgatis veteribus, potius quam florentinis codicibus legendum est. in d. l. sime. 34. vs. quoniam. ubi Cuiac. videndum est, an saltem a venditore recedat possessio Corneliani; quoniam scilicet emptore in illam misso voluit in eum transferre, et amittere. et animo deponere, et mutare non possessionem posse, et Celsus et Marcellus scribunt in d. l. quod meo nomine 18. §. 1. cum l. seq. h. tt. et si animo adquiri possessio potest solo scilicet iuxta eundem Celsum, Marcellum Neruam, aliosque proculeianos sic existimantes post Labeonem quorum sententia quamvis reprobata nota aut notata paucis vestigia extant. in l. 3. §. neratiq. dicta. l. quod meo nomine. 18. §. in princip. et si venditorem. l. quarumdam. 91. l. si rem. 47. h. tt. l. thesaurus 15. ff. ad exhib. l. certi. 9. §. ult. ff. de reb. cred. iuncto Hotman. Illustr. quaest. 91. vs. secundum exemplum in fine. dubitari etiam potest, nunquid adquisita sit emptori possessio Corneliani vel Semproniani; in quem se missum putauit, vel in quem missus est, et ingressus. Verum ut Ulpianus his dubitandi causis neglectis rursus decludit in d. l. sime. 34. non adquirit emptor possessionem Semproniani, quia errans voluit, nec apprehendit, et Corneliani, quia nec voluit, cum per errorem putauerit esse Sempronianum. argumento ex l. in venditionibus. 9. ff. de contr. emption. cum simil. Ibus, consequenter nec venditor amittit possessionem Corneliani; non tamen ex eadem causa erroris. s. quod non sufficeret, d. l. quod meo nomine. 18. §. 1. l. 2. §. cum Stichum. 6. ff. pro emptore. l. penult. ff. pro donato. atque quia cum placeat possessionem amitti, tradique posse sub dictio ne. d. l. qui absenti. 32. §. 1. h. tt. tum maxime id stingit, quoties traditio est possessionis rei absentis, in quam quis mittitur, ut eam occupet; sicut emptor in d. l. sime. 34. Neque enim ante omissa tunc possessio videtur, quam si tradita sit emptori, quia nemo eo animo esset, ut possessionem amitteret propter emptorem, quoniam emptor adeptus non fuisset ut Papinianus loquitur sic intelligendus in l. cum fundum. 18. ff. de vi et vi arm. Cui iungendus praeter Cuiac. lib. 28. quaest. Papin. ibidem donelus. lib. 15. comment. c. 31. Manoch. recuper. remed. 1. n. 62. et 66. ideoque et venditor quodammodo recedit de possessione sub conditione, si scilicet si emptori adquiratur. d. l. sime. 34. l. qui absenti. 32. h. tt. diversum est in traditione rei absentis, cuius possessionem absolute tradens amittit, etiam si non transferat, quia existimat se transferre. d. l. quod meo nomine. 18. §. 1. d. l. 1. §. per procuratorem. h. tt. docent sic et distinguunt post Romanum Barbosa in d. l. si alienam 12. n. 109. ff. solut. matr. Conan lib. 3. comment. c. 8. n. 6. et quodammodo sentit Giffanus in d. l. sime. 34. et in d. l. quod meo nomine. 18. §. 1. n. 8. quamvis aliter cum antiquioribus Aret. in d. §. 1. n. 15. Cuiac. in d. §. si vir uxori. donel. lib. 5. comm. c. 13. et congesti ab Alphano collecta 392.

Plane quod diximus possessionem tradendo amitti etiam, si non transferatur, verum est quoties, qui tradidit amittere et transferre voluit. Caeteroquin si non ea mente, sed usus, aut custodiae causa tradiderit, retinetur possessio, ut euenit Num. 6.

in commodato, locatione, aut deposito et simillibus l. 3. §. cæterum. 12. l. generaliter. 9. l. qui universas. 30. §. ult. l. respignoris. 37. h. tt. l. servi. 19. ff. de peric. et comm. rei. vend. l. nunquam. 31. §. si servus. ff. de usucap. l. rei. 2. ff. comm. §. possidere. inst. de interd. idq. in sequestro probat signanter textus in l. interesse 39. h. tt. iuncta l. propric. ff. depositi. l. sequester. 110. ff. de. v. s. c. examinata 19. de iudic. docent ita affirmantes non amitti, aut transire in sequestrum regulariter possessionem, nisi exprese iudex, aut partes velint. Corras. lib. 3. miscel. c. 2. n. 14. Connan. lib. 3. comment. c. 10. n. 1. Zasi. 2. p.te antinom. n. 9. donel. lib. 9. comment. c. 13. ubi Hill. litt. e. Cuiac. lib. 9. obser. c. 33. et lib. 2. Iuliani ex Minicio in d. l. interesse. 39. & et expresius idem in recit. et Giffan. n. 6. Pacius de depos. sect. 19. n. 11. Hotman. ad tit. ff. de depos. in epitom. n. 16. et ante eos Aretinus in d. l. interesse. 39. quibus contrarium non est quod legitur in l. licet. 17. §. 1. ff. depositi quia omissa distinctione omni inter voluntarium sequestrum, et necessarium. quam post ordinarios sequuntur Carroc. de sequestro. 1. p.te q. 4. n. 2. gamma deciss. 277. n. 3. et deciss. 331. n. 3. Azeuedo. tt. 12. in principio. n. 7. cum segq. lib. 4. Compil. Seraphin. decis. 796. n. 3. et congesti a' Pichardo in §. præterea. n. 22. et segq. Inst. quibus mod. re contr.

L. licet 17 §. 1. D. depositi. Hillig. d. c. 13. litt. f. reyechis etiam opinationibus fabri in d. l. licet. 17. §. 1. et ex nostratibus Sahagun. in c. 1. n. 8. et segq. de sequestrat. pos. cui consentiunt præter Pichardum ubis.a multi, et post multos Castillo lib. 3.º contr. c. 16. n. 22. Molina de iust. 2. tom. disp. 92. n. 4. Caldas lib. 1. foren. c. 21. n. 4. Thuscus. tom. 7. litt. 6. conclus. 206. n. 3. Ximenez in Concordantia utriusq. iuris in d. l. licet. 17. §. 1. respondendum est ideo ibi in sequestrum possessionem transire, quoniam possessio ipsa apud sequestrum deposita est, ut in d. c. 1. de sequestr. possess. quo casu aperte id agitur, ut sequester possideat, sicut in precario possessionis. l. et habet. 19. §. eum qui. ff. de precarijs. ita post Duaren. lib. 3. de sacram. eccl. ministr. c. 10. Corras. Cuiac. Giffan. Pacius, Donel. et Hillig. ubis.a

Num. 7. Deinde ut supra expositis differentijs inter amissionem dominij vel possessionis sciendum est dominium, quia iuris est, non amitti regulariter domino ignorante. l. si procurator. 39. ff. de aquir. rer. dom. neq. eo inuito aut sine facto eius, ͡et alterius iniuriam ex regula l. id quod nram. 11. l. non debet. 74. ff. de reg. iur. iuncta l. si ego. 9. §. si res. ff. de iure dot. cui addendus pro multis noster Amaya. lib. 2. obseruat. c. 4. possessio autem non tantum possessore volente, de quo actenus, sed etiam ignorante, aut sæpe amittitur extraneo facto, vel casu, ut obseruant Giffan. in d. l. si quis. 17. §. 1. n. 10. h. tt. noster Valencia illustrium lib. 1. tract. 2. c. 2. n. 36. ad quam secundæ amittendæ possessionis speciem pertinent ex laudatis in huius capitis inscriptione textus in l. 3. §. si quis nunciet cum duobus segq. et §. Nerua usq. ad §. si rem. l. Pomponius. 13. l. rem quæ. l. seq. l. si deleo 45. §. 1. l. peregre. 44. §. quibus. l. si rem. 47. h. tt. quibus breuiter et perspicue explicandis prmittendum est cum Papiniano in d. l. peregre 44. §. quibus cum de amittenda possessione quæritur, multum interesse per nos met ipsos, an per alios possideremus; nam cum constet, si per nos possideamus, amitti possessionem solo

animo

solo animo non possidendi, quamvis corpore in fundo simus. d. l. §. in amittenda. h. tt. si tamen per colonum aut servum possideamus, non aliter possessio amittitur, quam si eam alius ingrediatur, etiamsi nos nolimus possidere. quomodo diff. hanc explicant. in d. §. quibus post accur. Alberic. Cuman. alex. et Jassan. ibi. Jason in d. l. 3. §. in amittenda. n. 12. Alciat. in l. quod meo nomine. 18. n. 8. h. tt. gomez in l. 45. Tauri. n. 109. vs. item etiam, et congesti ab alphano collectan. 762. et differentia ratio haec redditur, quia quando colonus possessioni corpori insistit, nec alius eam ingreditur, retinet possessionem naturalem, et consequenter dominus civilem, quae naturali tunc iuncta est, nec sine illa amitti potest, quamvis dominus vellit amittere, ut considerat Tacito accursij aliorum qz nomine Vaconius. lib. 2. declarat. 92. n. 7.

falsa tamen omnino est et diff.a, et differentiae ratio: Num. 8.
tum quia si moriatur dominus, quamvis colonus corpore in possessione maneat, certum est eam amitti. l. qui universas. 30. §. quod per colonum. h. tt. et consequenter multo magis si nolit dominus possidere, cum minor sit, aut certe non maior ad amittendam possessionem effectus mortis domini, per quam eius voluntas cesat duntaxat. l. 1. l. qui ad certum. 14. ff. locati. l. certe 6. ff. de precar. quam contraria voluntas domini nolentis possidere. l. si de eo 40. §. 1. h. tt. tum etiam quia si dominus ipse corpore in fundo sit, et nolit possidere, amittit statim possessio. d. l. 3. §. in amittenda. d. §. quibus, ergo et amittit, quando colonus in fundo est. cum non debeat plus posse insistentia coloni, quam ppria domini. ita contrario sensu indicat Papinianus in l. cum fundum. 18. vs. neque enim. ff. de vi et vi armat. denique quia possessio, sive nos, sive per colonum retineamus, una eademque est in substantia, neque in colono naturalis, et in domino civilis proprie considerantur, aut distinguuntur, ut docuimus supra. c. 3. n. 3. 5. et 7. nec contrarium Papinianus sentit, qui accur- l. peregre 44. §. quibus. D. de acq. poss.
sium, caeterosque fefellit in d. §. quibus, cuius haec potius sententia est, ut quamvis possessionem, quam per nos retinemus amittamus, vel solo animo, ut in d. §. in amittenda, vel etiam corpore et animo, nempe si animo non possidendi discedamus ex fundo, diversum tamen sit in possessione, quam per servum aut colonum retinemus, quae non amittitur, nisi eam alius occupet, quamvis servus colonus ve animo non possidendi recedant. l. 3. §. siquis nunciet in fine. h. tt. l. qui fundum. 7. ff. pro emptore. l. cum quis. 31. ff. de dolo. l. ult. C. si aliena res pignori. sentiunt, quamvis pleraque ex his, quae diximus, parum observent Cuiac. lib. 23. quaest. Papin. in d. §. quibus. Connan. lib. 3. comment. c. 9. n. 5. Merilus in 7. qu. decissiones ad. l. ult. n. 7. C. h. tt.

Verum Papiniani sententia sic exposita fortiter refragatur africanus in d. l. si de eo. 40. §. 1. h. tt. ubi ex sententia Juliani, qui Num. 9. l. si de eo 40. §. 1. h. tt.
Sabinianus fuit. l. 2. §. ult. ff. de origine iuris, et eiusdem quasi addictus discipulus africanus. l. 3. §. et quid. ff. de agro sc. liber. l. cum servus. 39. ff. de legat. c. 1. ideoque

28

ideoq. et Juliani tanquam magistri sui sententias solet proponere sub hac authoritatis formula, respondit, existimauit, ait, notat. et alys simillibus. l. tutor. 16. §. ult. ff. ad S.C. velleianum l. et hac. 39. §. ult. ff. locati. l. si seruus. 61. ff. de furtis ut probabiliter post Acursium in l. Stichus. 16. verbo. respondit. ff. de pecul. leg. declaratur Cuiacius in principio tractatus ad africanum. et lib. 7. obseruat. c. 2. scriptum est, si colonus de possessione discesserit sponte nempe animo deserendæ possessionis amitti eam

L. si colonus 31. D. de acq. poss. et interpellari. consentit Africano Pomponius in l. si colonus. 31. h. tt. ibi. lib. 32. ad Sabinum, et ex eiusdem disciplina scribit, si colonus non deserendæ possessionis causa exysset de fundo, et eo redysset, locatorem, eumdemq. dominum possidere, proinde à contrario sensu significat amittere dominum possessionem, si eius deserendæ animo colonus discessit. hæc cum tam manifeste repugnent præcedentibus constetq. ex Justiniano in l. ult. C. h. tt. controuersam fuisse hanc quæstionem inter Sabinianos et Proculeianos probabiliter affirmatur extare in d. l. si colonus. 31. et in d. l. si de eo. 40. §. 1. h. tt. vestigia seu reliquias opinionis Sabinianorum. quibus et aluericus subscribit in d. l. si colonus. 31. Cumanus in d. l. si de eo. 40. §. 1. n. 2. quemadmodum et contraria sententia, quam cum Justiniano sequimur in d. l. ult. nempe ut possessio non amittatur, etiam si eam colonus derelinquat, proponitur ex Proculo in d. l. Cum quis. 31. ff. de dolo, ad quam etiam fortase respicit Papinianus vulgo in hac parte non animaduersus in l. si rem mobilem 47. h. tt. ubi dum ex Nerua filio, qui proculeianus fuit. l. 2. §. ult. ff. de orig. iuris. proponit custodiam omissam sine neglectam rerum mobilium, quamuis alius eas non inuaserit, afferre damnum veteris possessionis, eamq. amitti. l. 3. §. Nerua. cum seqq. h. tt. è contrario significat rerum immobilium non amitti possessionem, etiam si negligatur custodia veluti à colono discedente animo possessionis omittendæ, docent et dissensionem agnoscunt Cuiac. ubi s.a et lib. 26. q. Papin. in d. l. si rem. 47. et tract. 7. ad africanum in d. l. si de eo 40. §. 1. giffan. ubi n. 10. et in d. l. 3. §. si quis nunciet. n. 69. h. tt. faber in ration. ad d. l. Cum quis. 31. ff. de dolo. et de errorib. decad. 4. error. 2. et dec. 9. err. 2. Merill. ubi supra. et lib. 1. obser. c. 7. Velasco in Concert. Proculi et Casij ad d. l. si de eo. 40. §. 1.

Num. 10. Si cui tamen hæc ratio interpretandi minus placebit, quia veluti antinomiam agnosci uetat. l. 2. §. contrarium. 15. C. de veteri iure

L. si de eo 40. §. 1. h. tt. enucl. quod attinet ad d. l. si de eo. 40. §. 1. reiectis interpretationibus Acursij, Bartholi, Castrensis, et aliorum ubi affirmandum legendum esse in d. §. 1. idem, pro aliud quos sequitur Giffanius in d. l. ult. n. 14. C. h. tt. et conuincit Cuman. in d. §. 1. reiecta et alia distinctione Connani lib. 3. com. c. 9. n. 9. quæstio ab africano proposita sic explicanda forsitam est, colonus per quem dominus possidebat, decessit, et quæritur an coloni morte amittat dominus possessionem. Africanus, ut respondeat, supponit receptum esse propter utilitatem, ut per colonum possessio et retineretur, et continuaretur. si enim cum Haloandro et Vulgatis rectius legitur, quam cum florentinis contineretur. ut animaduertunt Cuiac. et faber. ubi s.a, utilitas autem in eo ne dominus cogatur per se ad ac perpetuo

possessioni insistere. l. peregre. 44. versic. alioquin. h. tt. nec enim possidemus per alios iuxta naturam simplicem possessionis, sed accedente iuris ratione per naturalem facultatem. l. ea quae. ff. de adquir. rer. domin. l. rem quae. 19. l. 3. §. nerua h. tt. exposuimus supra. c. 2. num. 19. et in proposito notat Giffan in d. l. si id eo 40. §. 1. nu. 3. quo supposito respondet quaestioni Africanus colono mortuo non statim possessionem interpellari, sed retineri potius animo domini propter eandem utilitatis rationem. d. l. 3. §. si quis nunciet. l. si id quod. 29. §. 1. iuncta d. l. peregre. 44. h. tt. l. nunquam. 31. §. si seruus. ff. de usucap. ut proinde appareat vitiosas et otiosas esse circa 3 textum Africani emendationes Fabri. d. dec. 4. err. 2. in fine. non statim itaque possessio interpellatur, sed tunc demum cum dominus eam per se adipisci neglexerit, quia cum mortuo colono, qui nec tenere iam, nec tenere velle potest, detentio vacua manserit, et tanquam res nullius exposita occupanti l. denique. 13. §. quaesitum. ff. quod vi aut clam. l. quod seruus. 36. ff. de stipul. seru. iuncta. l. 1. §. Scaeuola. ff. si is qui testam. negligere et quodammodo pro derelicto habere possessionem dominus videtur, si sciens eam non occupet. l. furtum. 37. §. 1. ff. de usucap. l. licet. 4. Cod. h. tt. idque intra tempus modicum arbitrio iudicis definiendum, ut censet Connan. Fab. et Giffan ubi supra Gomez in l. 45. tauri. n. 102. aliud existimandum ait Africanus, si colonus sponte possessione discesserit. nempe quia tunc eo usque non interpellatur possessio, ut nec illam negligere dominus videatur etiam si non occupet, illa forsan ratione quia colonus quamuis sponte discedens potest proposito redeundi possessionem domino conseruare, ut apposite ad rem Papinianus in. d. l. si rem. 47. vs. videlicet. h. tt. idque quia fieri non potest, neque deserta ab illo, neque neglecta a domino intelligitur, sed haec, nempe utrumque tam de morte coloni quam de discessu, ita sunt vera si nemo interim possessionem occupauerit. de quo postea.

nec inter colonus et seruus ... per quos poss. retinemus ... | l. qd meo ... h. tt. ... §. 1. vs. nec ... D. ... h. tt. ... ex aliena malignit.

Rursus quod attinet ad Pomponium in. l. si colonus. 31. h. tt, quam expendimus supra. n. 9. vel respondendum est non posse ex ea deduci argumentum a contrario sensu, quia sequitur absurdum argumento ex. l. 2. C. de condit. insert. c. a nobis 12. in fine de regularibus ut in proposito contra expressum in d. l. ult. C. h. tt. ubi notat Giffan. n. 19. vel tentari etiam poterit accipiendam esse d. l. si colonus. 31. iuxta speciem quam exstiores ad Sabinum procedit in. l. qui uniuersas 30. §. ult. et continuari quasi videtur ab eodem Pomponio. lib. 32. ad Sabinum in. d. l. si colonus. 31. et in. l. Pomponius 29 versic. quanquam. ff. quibus mod. usus fr. amitt. l. si id quod. 29. §. 1. h. tt. nempe quando colonus fundum alij locauit, atque ita ex eo discessit non deserendae possessionis causa, et postea redijt, quo casu certum est eundem locatorem, hoc est primum eumque dominum, quem significanter ita, ut a secundo distinguat, Pomponius exprimit retinere possessionem, quia cum ex conductione non transferatur possessio in secundum, sed usus et detentio sola iuxta notata supra n. 6. et secundus conductor teneat nomine primi, cuius putat rem esse, possidet, et per eum primus locator. d. l. Pomponius. 29. vs. quamquam. l. cum in plures 60. §. 1. ff. locati. d. l. si id quod. 29. §. 1. et. d. l. qui uniuersas. 30. §. ult. ubi post classicos Cuiac. Giffan. in d. l. ult. n. 16. et in d. l. 3. §. si quis

Num. 11
l. si colonus 31. h. tt.

nunciet. n. 70. et seqq. h. tt. Gomez in l. 45. tauri. n. 109. Connan lib. 3 Comm. c. 9. n. 6. diversum autem esset; idque a contrario sensu Pomponius insinuat, si colonus discedens intervertenda domino possessionis causa fundum vendidisset, et tradidisset, ideoque nec redysset, quo casu possessionem locator amittit. d. l. peregre. 44. § quibus. 1. 1. C. de usucap. pro emptore. l. non solum. 33. § qui pignori. ff. de usucap. l. 3. § si quis nunciet vers. et si aly tradiderint. h. tt. iuxta vulgatam lectionem, quam post Accursianos et laudatos supra probant Donel. lib. 5. comment. c. 12. ubi Hillig. litt. K. Meril. lib. 1. observat. c. 7. Cuiac. lib. 26. quaest. Papin. in l. cum fundum. 12. ff. de vi et vi arm. Gomez in l. 45. tauri. n. 109. versic. item etiam. Velasco de iure emphyth. q. 12. n. 13 et seqq.

Num. 12 Sed iam postremo huic casui, quem post tres illos decedentis coloni, vel discedentis, aut locantis nuper attigimus, diximusque amitti possessionem, si colonus eam aly vendiderit, et tradiderit, non pauca acriter obnituntur. in primis textus in l. quamvis. 32. § 1. h. tt. ubi si conductor rem vendidit, et eandem ab emptore conduxit, ratque utrique mercedes solvit, scriptum est priorem locatorem possessionem per conductorem retinere, et tamen per conductionem possessio emptori tradita et translata intelligitur. l. quaedam. 77. ff. de rei vindic. l. qui bona fide. 19. h. tt. deinde obstant Caesarum constitutiones vulgo non trita in l. ult. C. si aliena res pignori. l. per colonum. 17. C. de agricol. et censit. lib. 11. l. ult. C. Theod. de pignor. quibus exprimitur per colonum etiam si pignori det, et consequenter possessionem tradat iuxta notata supra. n. 29. nullum praeiudicium possessioni domini imponi. Tandem etiam obyciunt lex cum nemo. 5. et lex ult. C. h. tt. ubi si colonus aly vendiderit, vel prodiderit possessionem, nequaquam domino praeiudicatur. Quibus difficultatibus coacti Duar. in d. l. 3. § si quis nunciet. Giffan. in d. l. ult. n. 17. C. h. tt. contendunt traditione, et venditione coloni non amittere dominum possessionem, certior tamen est, et receptior contraria

L. quamvis 32. § 1. D. h. tt. sententia, quare tenenta quod attinet ad d. l. quamvis. 32. § 1. explosa conijectura Merily lib. 1. observ. c. 7. dissensionem etiam in hac parte agnoscentis inter Sabinianos et Proculeianos facille fiet satis, si observes ideo ibi possessionem non amitti colono vendente, quia non tradidit, et quamvis ab emptore conduxerit, cum tamen et mercedes priori locatori praestiterit, non intelligitur voluisse per conductionem, aliumque ut aiunt fictum tradere, transferre ve possessionem, quam non habuit, quamvis diversum esset si haberet. l. Pomponius. 29. ff. quibus modis ususfr. amitt. docent ita Connan. d. l. 3. c. 9. n. 6. Cuiac. et Giffan. sibi contrarius in d. l. quamvis. 32. § 1. Donelus d. l. 5. comm. c. 12. a quibus in effectu non discrepat communis interpretatio tradita ab Accurs. Barth. et alys in d. § 1. quos sequuntur. Velasco d. q. 12. n. 15. Roder. Suarez in l. post rem iudicatam in declarat. leg. regni limit. 2. n. 4.

Num. 13. Difficiliores explicatus habet, certe rariores, quod opponitur

L. nexus ult. C. si aliena res pignori. in d. l. ult. C. si aliena res pignor. cui tamen interpretandae animadvertendum est cum Cuiac. in recit. ad illum textum extare in d. l. ult. partem unius, eiusdemque constitutionis, Honory, et Theodosy ad Iohannem prefectum praetorio, cuius portiones etiam extant varie dispersae in l. ne liceat potentior. l. ult. C. quod cum eo. l. per colonum. 17. C. de agricol. et cens. lib. 11. d. l. ult. C. Theod. de pignor. l. 5. 6. de execut. lib. 12. quibus coniunctis recte colligitur, aut intelligitur negari

Nonnegari in d. l. ult. quin dominus possessionem amittat pignoratione, et tradi-
tione coloni, amittit enim quia ex causa pignoris possessio tradita adquiritur, quan-
vis pignus sit rei alienae. d. l. non solum. 33. §. qui pignori. l. servi. 16. ff. de usuc.
l. 1. §. per servum corporaliter. l. qui pignoris. 36. h. tt. ideoque nec pignus consistat
l. quae praedium. 6. et passim. C. si aliena res pignori. proinde ea duntaxat mens est
d. l. ult. ut per colonum, simillesve invito, aut inscio domino pignori dantes nullum
praeiudicium imponatur domino possessionis, ita scilicet, ut ea obligata maneat pi-
gnoris nexu quem facere colonus non potuit, idcircoque nec obstat Hotman. in d. l. ult.
C. si aliena res pignor. quominus eam amissam dominus recuperet iuris remedijs,
cum non oporteat pro coloni debitis domini vel inviti, vel ignorantis possessionem
teneri. d. l. ult. et l. si servus. 7. C. quod cum eo. d. l. 4. C. de executorib. lib. 12. d. l. per co-
lonum. 17. ubi Cuiac. Num. 14

Minus obstat sane, quod superest ex d. l. cum L. cum nemo §. C. h. tt.
nemo. §. d. l. ult. C. h. tt. nam in d. l. cum nemo. §. omissa expositione Cuiacij et Giffa-
nij ibidem sic fingenda species est cum Accursio gloss. 1. in fin. Barth. Castr. Fulgos. et
alijs ibidem. Colonus mala fide possessionem, dominiumque fundi sibi habere confi-
nxit, eaque mente emit ab extraneo, quem dominum non esse sciebat. atque ita prolapsus est
ad vitium illicitae emptionis, quae venditio appellatur in d. l. cum nemo. §. iuxta reg.
l. veteres. 16. ff. de act. empt. in qua specie rescribitur non potuisse colonum causam
possessionis, quam mala fide habuit mutare sibi per emptionem. l. 2. §. quod vulgo.
ff. pro haerede. l. adprobationem. 23. C. de locato, nulla nempe, ut in d. l. cum nemo
§. scriptum est, extrinsecus accedente causa, veluti ignoratione iusta coloni ementis ab
eo, quem domini haeredem esse existimabat, ut in l. non solum. 33. §. quod vulgo in fine
ff. de usuc. l. 3. §. illud. 19. in fine. h. tt. ideoque cum colonus propter malam fidem quam
habuit, usucapere non potuerit ex reo. l. un. C. de usuc. transform. certum est domini
seu dominij ius non avelli, ut respondetur in d. l. cum nemo. §. denique quod dicitur in l. ult. C. h. tt.
d. l. ult. C. h. tt. nihil penitus domino praeiudicari, quamvis colonus possessionem
alij prodiderit, non omnino idem est, ac si tradiderit, ut perperam vulgares interpretes ac-
ceperunt. quos sequuntur Giffan. et Merel. in d. l. ult. prodere enim non est trans-
ferre aut tradere, quamvis et olim traditores vocarentur Christiani, qui gentibus in
persecutione Scripturas Sacras prodiderant, ut memorat. S. Optatus Milevitanus lib.
1. adversus Parmenian. ubi Albaspin. Balduin. et alij in notis. Cerda in adversar.
Sacr. c. 39. n. 39. et hodie in de nostro idiomate, Traydores, et italico traditores, ut
notat Morales in Chronic. Hispan. lib. 10. c. 8. in fine. sed possessionem vacuam et deser-
tam relinquere dolo malo, ut locus aperiatur alij, eandem possessionem detinere. ideoque
in d. l. ult. iungitur, qui prodidit dolo, et qui dereliquit desidia, et utroque casu affir-
matur non amitti possessionem sola discessione coloni, ut notavimus supra n. 8.
in fine cum sequentibus, et exponunt rectissime Don. lib. 9. comment. c. 13. Fab. de error.
pragm. decad. 4. err. 2. n. 6. Cuiac. in d. l. ult. Connan. lib. 3. comment. c. 9. n. 7. et 8.

n. 15. Adhuc in exponendis differentijs quoad amissionem inter possessionem, quam per nos, aut per alios habemus, iam progrediamur cum Papiniano in d. l. peregre. 44. §. quibus, cuius et 2.a differentia occasione pleraque de amissione possessionis per colonum tractauimus. n. 2. et segg. obseruanda nunc est altera diff.a seu separatio amittendæ possessionis, illa enim quam per alios veluti colonum habemus, siue colonus alij tradiderit, de quo supra n. 11. in fine, siue inuito deiecto quoque colono, vel etiam ignorante, et absente, alius eam cum affectu possidendi ingrediatur, amittitur nobis quoque ignorantibus. d. §. quibus in fine. l. 1. §. quod seruus. 22. l. vlt. ff. de vi et vi arm. Sabinus iuris consultus apud Agellium. lib. 11. noct. Atti. c. vlt. quia tunc coloni corpore, et detentione nititur nostra possessio. d. l. 3. §. si quis nunciet, et §. cæterum. h. tt. l. nunquam. 31. §. si seruus ff. de vsucap. l. 1. §. non alij. 49. ff. de vi et vi arm. Paulus lib. 5. sent. tt. 2. et per colonum conseruare videmur naturalem facultatem tenendi iuxta tradita s.a n. 10. et c. 2. n. 14. ideoque quamuis si colonus discedat, nec alius occupet, retineamus possessionem animo, et ratione illa iuris ne coloni sola malicia, vel negligentia nobis præiudicet. d. l. vlt. C. h. tt. alio tamen occupante nulla iuris ratio facere potest, ut vel ignorantes non amittamus, quia neque retinemus naturalem facultatem tenendi per colonum, neque possumus animo solo per rationem iuris, quia factum occupantis eam excludit, sicut et detentionem coloni, cuius corpore nitebatur retentionis nostræ principium, quod inspicitur. l. clam possidere. 6. iuncta. l. 3. §. nerua. l. cum heredes. 23. §. 1. h. tt. l. in bello. 12. §. facti. ff. de captiu. diuersum est in possessione, quam per nos solo animo retinemus, hæc etenim, cum nec n.ra, nec aliena corporali detentione nitatur, n. amittitur ~~retentionis n.ræ principium, quod~~ nobis ignorantibus, vel absentibus ab alio occupata sit. d. l. clam possid. 6. §. vlt. ff. quod meo nomine §. penult. l. si id quod. 25. §. vlt. d. l. peregre. 44. §. vlt. l. quamuis. 46. h. tt. quia quemadmodum obligationes eo contrario modo tolluntur, quo contrahuntur l. prout. 80. ff. de solut. l. nihil. 35. l. fere. 153. ff. de reg. iur. ita possessio quæ solo animo retineri cœpit, non debet amitti sine animo veluti ab ignorante occupationem alterius, sicut e contrario si alieno corpore nitebatur, consequens est amitti corporali occupatione ingredientis, ut ratiocinatur sic explicandus Papinianus in d. l. quamuis 46. quem quia n. capiunt, carpunt Orfan. et Cuman. et nec satis explicant post classicos Cuiac. lib. 23. quæst. Papin. ibidem Connan. d. l. 3. c. 9. n. 9.

n. 16. Plane ut posterior hæc differentia plenius intelligatur quoad vtramque eius partem, distinguendæ sunt res mobiles ab immobilibus, nam quæ in rebus mobilibus propria ac perpetua fere regula est, quod ponitur in d. l. 3. §. nerua, siue per nos siue per alios possideamus, amitti possessionem earum nobis quoque ignorantibus, quoties sub custodia nostra esse desinunt. vel quia effugerunt nostram potestatem, et naturalis facultas apprehendendi, quamuis a nemine occupatæ sint. d. §. nerua cum segg. l. Pompon. 13. l. si id quod. 25. l. si rem. 47. vers. cuius rei

cuius rei ff. h. tt. vel quia occupatæ sunt ab extraneo, nempe furto aut rapina. l. rem quæ. 19. h. tt. l. naturaliter. 9. ff. de usuc. vel etiam ab eo, per quem possidemus, veluti depositario, si tamen rem contrectauerit, et loco mouerit. l. infitiando. 67. ff. de furtis. l. 3. §. si rem. l. si quis rem. 20. l. si rem. 47. h. tt. in l. si rem 47. h. tt. et l. si quis uxori
qua omnino supponendum est depositarium ita sibi possidere, nec reddere constituisse, 52. §. eum creditorem ff. de furtis
ut etiam contrectauerit, sicut et supponendum in l. si quis uxori. 52. §. eum creditorem 7. ff. de furt. quo pro constanti habito recte affirmatur eum, qui deposuit, amittere possessionem confestim, vel ignorantem, hoc est statim post contrectationem, etiam antequam sciat, quia si sola omissione custodiæ rerum mobilium, quamuis à nemine occupatæ sint, amittitur possessio, utique et multo magis si contrectentur à depositario. d. l. si rem. 47. iuncto d. §. nerua cum adnotatis s. n. 9. in fine. alioquin sola infitiatione sine contrectatione nec dominus ignorans amitteret, nec depositarius adquireret possessionem. d. l. 3. §. si rem, quamuis diuersum sit, si à domino volente permitatur depositario possidere. quo casu per detentionem, quæ ex deposito præcessit, iunctam præsenti animo possidendi adquirit possessionem sine noua apprehensione. l. 1. l. 9. §. ult. cum l. seq. ff. de rebus creditis et l. 9. §. interdum ff. ad. certi. 9. §. ult. cum l. seq. de reb. credit. l. quaratione. 9. §. interdum. ff. de adquir. rer. domin. docent singula hæc plenius explicantes Donel. lib. 9. comment. c. 12. Faber de errorib. decade. 79. error. 5. et. 7. Menchaca illustr. quæst. c. 69. n. 9. post alios noster Valencia illustrium lib. 1. tract. 2. c. 2. n. 19. et seqq.

~~Hæc tamen~~ omnia in rebus immobilibus aliter observantur. l. ya. ~~observantur~~ (n. 17.

Nisil dext

[illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

adquireret possessionem d. l. 3. §. si rem, quamvis diversum sit si a domino volente permittatur depositario possidere. quo casu per detentionem quae ex deposito praecessit iunctam praesenti animo possidendi adquirit possessionem sine nova aprehensione l. certi 9. §. ult. cum l. seq. de rebus credit. l. qua ratione 9. §. interdum ff. de adq. rer. dom. docent singula haec plenius explicantes Donelus lib. 5. comment. c. 12. Faber de erroribus decade 75. errore 5. et 7. Menchaca illustr. quaest. c. 69. n. 9. post alios. Noster Valencia illustrium lib. 1. tract. 2. c. 2. n. 19. et seqq.

Haec tamen omnia in rebus immobilibus Num. 17.
aliter observantur, ad quas proprie supperior diffa pertinet, ideoque Papinianus eam proponens de possessione, quam alius ingressus est veluti fundi aut saltus loquitur in d. §. quibus, cum seq. et in d. l. quamvis 46, quemadmodum eodem respectu de re movili, ut immobiles excludat in d. l. si rem. 47. ubi post ordinarios, etiam laudatos notat Gifan. et Cuiac. lib. 26. quaest. Papin. ergo res immobiles cum solo cohaereant, ideoque perdi, neque moveri, aut atrectari possint l. 2. vs. sed ubi quarta. C. quando et quibus quarta pars deb. lib. 10. non perinde sub custodia nostra esse desinunt sola omissione. d. l. si rem. 47. sed nec furto vel rapina, quae in res immobiles proprie non cadunt. l. rem quam. 38. ff. de usucap. l. verum. 25. ff. de furtis. l. item. 14. §. qui vim. ff. quod met. cau. § quod autem. 7. instit. de usucap. Agell. lib. 11. noct. attic. c. ult. eademque ratione quamvis colonus, vel depositarius, aut alii, per quos possidemus, rem immobilem sibi possidere constituant, cum tamen neque moveant, neque proprie contrectent, neque ipsi adquirunt, neque nos ignorantes amittimus possessionem, quasi nec sub custodia nostra esse desinat, donec vel deiiciamur, vel animo omittamus possessionem. ut insinuatur in l. colonus. 12. l. cum fundum. 18. ff. de vi et vi arm. d. l. 3. §. si rem. d. §. quibus. d. l. si rem. 47. et praesumit potius, quam putat Cuiacius lib. 26. quaest. Papin. ibidem, quamvis diversum sit si colono deiecto, vel absente, vel tradente alius ocupaverit, quia tunc custodia corporalis coloni, per quem possidebamus, excluditur alterius occupatione, ut notavimus supra n. 15. denique rem immobilem, quam per nos possidemus, etiamsi alius occupaverit, non tamen ignorantes desinimus possidere. d. §. quibus. d. l. si rem. 47. quod tamen aliter ut diximus in re mobili, cuius respectu adiicitur in d. l. quamvis. 46. illa clausula, quam diu possessionem ab alio occupatam ignoraret, quippe rei immobilis, etiam postea quam scimus ab alio occupatam, non tamen aliter amittimus, nisi revertentes excludamur, seu deiiciamur. d. l. clam possidere. 6. §. ult. l. quod meo nomine. 18. §. penult. l. si id quod. 25. §. ult. hoc tt. l. 1. §. si vero autem. l. 3. §. uti frui. ff. de vi et vi arm. vel nos ipsi vim maiorem verentes, vel ex fundo discesserimus, vel in eum reverti nolimus, atque ita animo desinamus possidere. d. l. 3. §. si quis nunciet

l. etsinollit. 7. d. l. si id quod. 29. §. ul. h. tt. l. nonsolum. 33. §. sidominus ff. de usucap. l. 1. §. idem Labeo. 29. l. 3. §. siquis autem. 6. cum segg. ff. de vi et vi arm. Non autem si metu quidem damni alicuius nobis imminentis, non tamen deyectionis, vel repulsa, quin potius affectus non derelinquendi possessionem sit deserta prædy cultura l. licet. 4. quam ita post Accursium explicant Casici. C. h. tt. Cuman in d. l. 3. §. siquis nunciet, notant præter e. ostij duarenus, Cuiac. et Giffan. in d. l. 6. §. qui ad nundinas. Gomez in l. 45 Tauri. n. 102. donel. lib. 9. oment. c. 12. Barbosa in l. si de vi. 37. n. 23. et segg. ff. de iudic.

= metu damni imminentis, n. deiect. dnus poss. n. priuat. l. licet 4. C. h. tt.

Num. 28. Subsistamus tamen parumper, obsistunt enim quominus pergamus circa nuper proposita de amissione possessionis ab eo, qui metu deyectionis et fundo fugit, aut reuerti noluit, ut in d. §. siquis nunciet. d. l. etsinollit. 7. d. l. si id quod. 29. §. ult. d. l. nonsolum. 33. §. sidominus. d. l. 1. §. idem Labeo. 29. et d. l. 3. §. siquis autem. 6. quodammodo cum his pugnantes textus in l. metum. 9. versic. deniq. ff. quod metus causa. l. 4. §. item si occupauerit 28. ff. de usucap. quibus sponendis, et exponendis quia expendere sigillatim non vacat, omissis traditis ab Accursianis, et inter eos Jason. in d. §. qui ad nundinas num. 32. et segg. explosis etiam emendationibus, et interpretationibus Cuiacij in d. l. nonsolum. 33. §. sidominus et in d. l. metum. 9. fabri in rationali ubide. Pacij cent. 2. q. 70. breuiter obseruandum est cum Accursio Castrensi et alys in d. l. nonsolum. 33. §. si dominus, Hillig. ad don. lib. 19. cap. 31. litt. L. Pichardo in §. recuperandæ n. 6. instit. de interd. distingui debere iuris effectus, quorum respectu quæritur, an qui metu fugit, aut reuersus non est, videatur vi deyectus. imprimis enim quoad effectum possessionis amittendæ certum eum amittere tanquam deyectum, siue reuerti nolit, cum sciat ab alio occupatam. d. §. siquis nunciet. d. l. etsinolit. 7. d. l. si id quod. 29. §. ul. siue timens profugerit, cum venientes armatos viderit, aut audierit, quamuis illi non occupauerint possessionem d. §. si dominus. Cæterum quoad effectum interdicti, unde vi, quod deyecto competit contra deyicientem in d. l. cum a te. 7. ff. de vi, et vi arm. non habetur pro vi deyecto, qui armatorum metu fugit, aut reuerti noluit, nisi illi occupauerint possessionem. d. l. 1. §. idem Labeo 29. et l. 3. §. siquis autem 6. Paulus lib. 5. sentent. tit. 6. §. deyicitur Cicero in orat. pro Cæcinna. quippe si non occupauerunt, non est contra quem agatur interdicto, unde vi tanquam deyicientem, et potius suo metu, et fuga, quam aliena vi deyectus possessionem amisisse, ideoque nec quod metus causa competit actio d. l. metum. 9. v. deniq. qui explicandus sic est iuxta dictum §. idem Labeo 29. in quo sane diuersi iuris est, qui præsenti vi deyicitur, habet enim interdictum contra deyicientem, quamuis ille non aprehenderit possessionem l. 4. §. si tu me vi ff. de usucap. et tamen non impeditur usucapio fundi tanquam vi possessi, si alius

l. metus 9. v. deniq. D. qd metus causa.
l. 4. §. item si occupauerit 28. D. de Usucap.

si alius vacuam possessionem eiusdem occupauerit, quæ quamuis verum est possessorem vi deyectum, non tamen et vi possessum. d. § ergo ultime vi. et d. § si dominus. Donel. lib. 5. comment. c. 27. noster Pichar. in § furtiua. n. 11. instit. de usucap. et consequenter isto casu, quo possessio vacua est, sicut in alio quolibet, in quo ea per negligentiam, mortemve possessoris vacauerit. l. furtum. 37. § 1. ff. de usucap. non videtur qui occupat, quamuis venientem dominum prohibeat, vi possidere. l. 4. § item si occupaueris 28. ff. de usucap. Nec quoad effectum usucapionis impediendæ, tanquam rei vi possessæ, ut diximus. Neque quoad interdictum, quod ei soli datur, qui cum possideret, deijcitur, non autem domino qui incipere possidere vetabatur. l. 1. § eum qui. 26. l. 3. § ult. ff. uti. l. colonus. 12. l. cum fundum. 18. ff. de vi et vi arm. Notant pro explicatione dicti § item si occupaueris, post ordinarios ibi, Cuiacius, Duar. et Giffan. in d. § qui ad nundinas. n. 18. Donelus. d. lib. 5. c. 27.

Præterea, ut progrediamur, generali illa regula, cuius meminimus supra n. 16. de amissione possessionis rerum mobilium, si sub custodia nostra esse desinant, cessat in servo fugitiuo, cuius possessionem retineri, et continuari usucapionem, receptum est utilitatis causa. l. 1. § per seruum qui in fuga. h. t. l. si a bonæ fidei. 22. ff. de rei vindicat. l. arboribus 12. § de illo in fine. ff. de usufr. l. in accessione. 8. ff. de diuer. et temp. præscr. l. celsus. 9. § ult. ff. ad exhibendum ex ratione illa æquitatis, ne fuga serui noceat domino. l. 1. C. de seruis fugit. l. ult. § serui ff. de publican. l. ult. C. h. t. l. qui fundum. 7. ff. pro emptore, et per rationem illam in ff. ... ris, quia cum per seruos naturalem facultatem possidendi alias res habere videamur, ideoque nec quæsitam possessionem rerum mobilium nobis interuertant, quandiu apud eos sunt, etiam si contrectauerint, quod in extraneis per quos possidemus diuersum est, ut exposuimus. c. 2. n. 14. et supra n. 16. non debent etiam interuertere possessionem sui ipsius. l. Pomponius. 13. l. rem quæ. 15. l. si de eo. 40. h. t. l. non solum. 33. § ult. ff. de usucap. Notat Benedictus Pinellus lib. 2. select. c. 9. n. 2. Num. 19.

Excipiuntur tamen duo casus, in quibus fugitiui possessio non retinetur, nempe si post fugam ab alio possideri cæperit. d. l. 1. § per seruum qui in fuga. d. l. arboribus. 12. § idem tractat. ff. de usufru. vel si ipse sine dolo malo in quasi possessione libertatis diu moratus sit, ita ut iudicium liberale pati paratus sit. l. 3. § si seruus. h. t. l. si is qui pro emptore. 15. § si seruus. ff. de usucap. l. quod autem. 10. cum l. seq. ff. de liber. causa. Textus hic explicandus in l. homo. 94. § ult. in fine ff. de adquirend. rer. dom. post alios et præ alijs noster Valencia lib. 1. illustrium tract. 2. c. 10. per totum, et notauimus supra. c. 2. n. 13. scilicet, quia fugitiuum ab alio possessum, vel qui diu pro libero se adeo gessit, ut cum domino de libertate contendat, non potest retinere dominus naturalem facultatem aprehendendi, ideoque nec per iuris rationem intelligitur possidere.

Num. 20.

Idque quamuis extra hos casus retentio possessionis fugitiui recepta sit utilitatis causa. d. § per seruum, qui in fuga, et ad usucapionem

tantum, ut exprimitur, nisi cavillamur in. l. 4. servi. 27 §. ult. ff. de furtis, ideo
nec ad alios effectus extendi debeat ex regula. l. quod vero. 14. ff. de legibus, optime
tamen magis posse, et per servum fugitivum, quandiu ab alio non possidetur, possessionem adquiri. d. §. per servum qui in fuga. l. 2. §. si fugitivus. ff. vi bonorum
l. si servus 15. ff. de publiciana. rapt. et quidem etiam si per eum dominus nactus non sit corporalem rei detentionem, quæ possessio vocatur in. l. si servus. 15. ff. de publicana. et quod est amplius etiam, si se pro libero adeo gerat, ut cum domino de libertate contendat, si
tamen servus sit. l. sicut. 25. §. ult. ff. de liber. causá, neque se liberum esse existimet. l. per eum. 50. §. 1. h. tt. diversa ut suspicor, neque vulgo satis intellecta ratione:
quia adquisitio possessionis per servum continet semper supposita voluntate ipsius domino adquirendi. l. 1. §. hæc quæ de servis. h. tt. ille autem, qui servum se esse scit, vel
existimat fieri posse, ut præsumitur animo in potestatem domini redeundi possessionem sui domino conservare, et consequenter suo quoque corpore aliarum rerum possessionem adquirere velle. d. l. arboribus 12. §. idem tractat. l. nunquam. 31. §. servus
ff. de usucap. l. sime. 34. §. ult. l. si rem. 47. vs. aliam. h. t. ubi Papinianus hac ratione tanquam iuris communis, et propria magis utitur, ut probet retineri possessionem servi
qui a commodatario fugit, ut ad dominum rediret, ut nobis cum sentit, quamvis
in alius aliter Valencia. d. c. 10. n. 6. Cæterum si aperte noluit redire, aut adquirere non adquiret. d. §. hæc quæ de servis, quamvis adhuc eo casu cesante præsumptione iuris communis
possideri intelligitur iure singulari, quoad usucapionem. d. §. per servum qui in fuga.
Num. 22. Absolvamus iam hunc de possessione tractatum
præcipuo eiusdem amittendæ casu scilicet possessoris morte, quæ sicut alia omnia
solvit, ut ex regula textus in novella 22. de nuptiis. §. deinceps. collat. 4. probat in necessario cum pluribus Medices in tract. mors. omnia solvit. 2. parte Conilus 20. ita etiam facit,
ut possessio expiret, cum desierit defunctus tenere, et posse tenere, et quia possessio facti
est, nec hæreditati continuatur nisi quoad usucapionem. de quo supra. c. 1. n. 8. latenoster
Valencia d. lib. 1. tract. 3. c. 4. et novissime lib. 3. tract. 1. c. 2. n. 19. et segg. nec hæredi post
quamdiu adquiritur, nisi corporaliter aprehendat. l. 1. §. Scævola. ff. si is qui testam. liber. l. Pomponius. 13. §. quæsitum. l. cum hæredes. 23. l. qui universas. 30.
§. quod per colonum. h. tt. l. si ager. 40. ff. de rei vindicat. l. si sorori. 14. C. de iure deliber. plenies post classicos Tiraquellus in tract. le mort. parte 1. declarat. 3. num. 2. et segg.
Bernardus Diaz, et ibi Salcedo reg. 962. Gomez in l. 45 Tauri. n. 103. oreo. [illegible]
in l. 1. glosa. 3. tt. 19. part. 6. Medices sibi proxime, et in l. ult. ff. de legibus, glosa. 1.
parte 2. n. 3. Gilken de præscript. 2. parte membro 3. c. 3. n. 236. Menoch. remed. 3.
retinendæ n. 97. et remed. 13. recuper. n. 49. et congesti ab Hillio ad Donel. lib. 7. c. 10.
litt. C. Alphano collectan. 137. Tusco thom. 6. litt. P. concluss. 426. largeque regulam etiam in suis hæredibus veram esse docet cum multis, et contra alios Castillo
lib. 3. controver. c. 22. n. 19. et segg. et c. 24. n. 3. Gonçalez in reg. 8. cancellariæ. glos. 34.
n. 204. Caldas de renovat. emphiteu. q. 10. n. 10. quibus consequens est, et ad forensem
usum

Usum notandum, ut quamvis post canonicam institutionem seu collationem tituli et quasi dominium beneficij statim adquiratur. c. si tibi absenti de preb. lib. 6. non tamen possessio sine aprehensione beneficij, ut post ordinarios in c. cum super de causa poss. docet Couarr. lib. 3. var. c. 16. n. 6. Flamin. de resignat. lib. 10. q. 6. n. 3. et q. 3. et ad simillis extendunt prater laudatos Peregrin. de iure fisci lib. 9. tt. 1. n. 52. gratian. discept. c. 309. n. 7.

Nec refragatur regularitati textus in d. l. qui universas. 30. §. quod per colonum in fine. h. tt. cuius argumento possessionem, quam defunctus per colonum habuit, hæredi quoque continuari sine aprehensione contendit post Castrensem Aragnelum, et gomezium garcia, reg. 222. n. 10. sed immerito, perperamque. Quoniam in d. §. per colonum potius probatur iuxta supra proposita eam etiam possessionem, quam per colonum defunctus habuit, in hæredem non transire; quia colonus suo corpore ministerium dumtaxat præbuit possessioni, quæ defuncti propria fuit ex reg. l. quod meo nomine. 18. ff. h. tt. Consequenter cum defunctus possidere desierit, extincta possessio est, nec de illa retinenda, aut continuanda, sed acquirenda hæres tractare debet, ideoque possidere non potest, nisi ipse nactus sit possessionem. retinere enim animo possessionem possumus, adipisci non possumus. d. §. quod per colonum. iuncta l. 3. in principio. h. tt. explicant ita post Accursium, et Bartholum Castrensis in d. §. quod per colonum. Arag. de constituto. 2. parte ampliat. 12. n. 9. gomez in l. 45. tauri. n. 67. quos et alios in contrarium adductos secutus Greg. lopez in d. l. 1. glossa. 3. vº. item procedit. tt. 14. part. 6. Afflictis deciss. 167. n. 6. Seraphinus. oliuar. deciss. Romana 466. per totam. Nec contrarium est quod subiunxit in d. §. quod per colonum in fine. ex quo id solum evincitur posse hæredem per colonum usucapere rem, quam defunctus emit, et per colonum possidebat, nimirum, quia quoad usucapionem possessio defuncti et hæredi continuari intelligitur. l. nunquam. 31. §. vacuum. l. captam. 40. l. Jalto. 44. §. nondum. ff. de usucap. l. 2. §. etiam hæredi. l. qui cum. 6. §. ult. ff. pro emptore l. cum miles. 30. ff. ex quibus cau: mai. notant ad rem Castren. Curiac. et Giffan. in d. §. quod per colonum. Eadem fere forma, et ratione apud nos constitutum est possessionem bonorum maioratus mortuo ultimo possessore in sequentem successorem transire posse ipso iure, sine aliqua corporali aprehensione. eoque iure utimur ex l. 45. Tauri. l. 8. tt. 7. lib. 9. Compilat. quod tamen sic accipiendum non est de vera propria que possessione, quæ potestate sola legis non adquiritur, quia facti est. l. in bello. 12. §. facti. ff. de captiu. cum simillibus, sed de possessione quoad effectus iuris docet Baldus in rubr. n. 13. de causa possess. post multos Medices in d. l. ult. ff. de legib. glos. 1. parte 2. n. 32. gilken de præscriptionibus parte 2. memb. 3. c. 11. n. 9. Auendaño in d. l. 45. tauri glos. 6. n. 4. Molina de iust. disp. 636 noster valencia d. lib. 3. tract. 1. c. 7. n. 18. cuius inno- mine fausto michi semper, fœlicique, et in extrema vita rerum omnium linea suam etiam hoc caput reperiet.

l. qui universas 30. §. quod per colonum. D. de acq. poss. Num. 22

[illegible]

[illegible]

AD TITULUM D. DE INSTITORIA ACTIONE.

Omnia fere iuris authorum in hoc tractatu fragmenta duobus quasi praecipuis con
tinenti capitibus, Primum est, de institoris definitione, ut haec actio exerceri possit.
Secundum est, quatenus institoris officium morte vel revocatione praeponentis ex
piret. Extra haec siquid quam est, quod huc referri non possit, non nimium dig
num est, referri; ut doctis liquebit.

CAPUT. I. Quis sit institor.

1. Ut institoria actio contra praeponentem detur, necesse est praepositum institorem esse.
institorem ex eo appellamus, quod negocio gerendo instet l. 3. d. h. t. seu quod
mercaturaeque instat ut loquitur vetus poeta, Novius in Atellana instat mercatu
ramque, credo, rem faciat, frugi est homo. notat Scalig. in comm. ad catal. veter.
poët. pag. 224. Haec nominis notatio deducta ab instantia, ut Plinii vocabu
lo utar, hoc est assiduitate, et continuatione, qua seduli mercatores mercaturae
et negotiationi solent insistere; allusit eleganter Prudent. institorem pro mer
catore accipiens hymno 2. ad matutinum ibi. haec hora cunctis utilis, qua quisque
quod studet, gerat, miles, togatus, navita, opifex, arator, institor, illum fo
rensis gloria, hunc triste raptat classicum, mercator hinc ac rusticus avara su
spirant lucra. Hinc institoris vox apud Latinos pro cuiusuis mercis man
gone et venditore. unde institorem loquentem apud Fab. lib. 11. c. 1. et insti
trix ancilla apud Plautum. sed de vocis etymo satis rem propius videamus.

2. Institor est qui tabernae locoue ad emendum vendendumve prae
ponitur, quique sine loco ad eundem actum praeponitur. l. institor 18. d. h. t. belle
magis et vere definiri in §. eadem instit. quod cum eo ibi ideo autem institoria
appellatur, quia qui negotiationibus praeponuntur, institores vocantur. Graeci ex
gasteriastas nuncupant, et glossae veteres verborum iuris quae in Basilicis sic
efferunt. ΙΝΣΙΤΩΡΕΣ. οἱ ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων et alium glossarium. institor ὁ προϊσάμενος
ἐργαστηρίου idest praepositus tabernae siue officinae. illustrat Brisson. de V.S. lib. 6.
pag. 607. unde Vlpianus lib. 28. ad edictum institoris appellationem exponens
in l. 3. d. h. t. tabernae etiam nomen simul explicuit l. tabernae 183. hanc
taberna 185. d. de V.S. sicut et Paulus in l. 4. et graeci ergasteriarchen vocant
institorem seu tabernarium; tabernae enim nomine, quamuis omne utile ad ha
bitandum aedificium contineatur d. l. tabernae 183. propriè tamen et strictè
magis tabernae humiles domus sunt a validioribus trabibus dictae, quibus
superiora sua pendunt ut ait donatus in Adelphis, unde et tabernariae
secunda species togatarum ab humilitate personarum, et similitudine
argumentorum nomen sortitae, ut ex diomede lib. 3. probat Gutier. de iure

man. lib. 1. cp. 21. crebrius tamen taberna pro domu hominibus et rel ad negotiationem instructa accipitur l. instructa 185. d. de V.S. unde ta berna ~~pro domu hominibus et rebus~~ cellaria in l. sicut §. Aristo d. si servit vind. taberna ferraria in l. penult. §. quisquis d. de l. a. ta berna negotiatoria v.e Brisson. de V.S. verbo taberna.

illud ex difinit.e d. l. institor 18. d. h.t. imprimis colli git, nempe ut institor quis sit, non requiri, ut taberne certo ue loco emendi vendendive praeponatur sed sufficere si negotiationi quae stuarie praepositus sit, quamvis sine certo loco, ut exprimitur in l. 5. d. h.t. quumque enim sunt aduene mercatores, qui cum delicatarii merciu ista per provincias commeant et ad honestos viros ad ferunt ubique vendunt l. 4. d. h.t. l. heres. 19. §. proinde d. de ædil. ubi nam ubi re venit, ut confestim discedat, quasi a viatore emptis vel eo qui trans ve hebat, vel eo qui παραπλεῖ id est prete navigat. etc.a et quemadmodum Dionysius aiebat rempublicam non esse in parietibus ita negotiatio non in crebilibus muris taberne ut ait Faber in d. l. 4. nec enim mutat cau sa locus emendi vendendive, ut ait Paulus in d. l. 4. quamvis quod hoc ut in certo loco venire posset, multum interest mercatorem, qui ta bernae aut perquale veneus exponendis mercibus conduxit, disponere vel conveniri ibi potest, quamvis non iure domicilii, is vero, qui in transitu vendidit, non ita l. heres 19. §. proinde d. de ædil. docent post alios Salycet. in l. un. C. de nundin. Barbos. in d. §. proinde in princip. interpret. n.o 100. Straccha de mercat. tit. quomodo in causa mercat. n.o 2. elegant. Curac. lib. 11. obser. cp. 18. nec obstat distinctioni lex un. C. de nundin. de qua Barb. ubi n.o 100.

Pergula est pars do mus exporrecta et ex terius pendens sub qua res venales ex poni solent Plin. lib. 35. natur. hist. c. ... perfecta opera pro pone bat in pergula.

Unde explicandum est, quod legimus in l. cui cumque. 5. §. ideoque eos d. h.t. ubi docemur eos, quibus vestiarii vel lintearii dant vestem cir cum ferendam et vendendam institores proprie vocari, et ideo eorum nomine institoriam competere ideo scilicet quia quamvis sine taberna negotiationi praeponuntur, nec enim mutat causam etc.a d. l. 4. juncta illatione nostra ad pragmatica taxationum n.o 7. Cum potius, apud priores linguae scrip tores vestium et delicatarum rerum venditores, qui eas peregre advectas circum ferunt, nec in taberna venum exponunt institores vocari solent. Ovid. lib. 1 de arte amandi. institor ad dominam veniet discinctus emace, expediet mer ces teque sedente suas. Horat. lib. 3. od. 6. sed iussa coram non sine scio surgit marito

seu venit institor, seu navis Hispanę magister dedecorum preciosus emptor. Pro-
pert. lib. 4 eleg. 2. Suppetat hoc pisces calamo prędabor, et ibo mundus de-
missis institor in tunicis. Rectissime itaque generali negotiatorum nomine
institores vocantur nempe ut institoria actio locum habere possit, cuius
usum dilatari publice expedit ut ait Faber in d. §. sed etiam eos, quamvis
proprie magis et specialiter dicantur circuitores, quia vestem circumferunt
quemadmodum circitores in re militari, qui vigilias circumibant et renun-
tiabant, si qua culpa emersisset, Veget. lib. 3. de re milit. cap. 8. notat Godes-
chalc. Stewech. in comment. ibidem

Deinde ex hac definitione convincitur, quod scribit Accurs. in l.
Liberto 21. d. de nego. gest. et in l. Julianus 13. §. si procurator d. de action.
empti et aliis docet Jaso in l. si institorem 29 d. de reb. credit. Alexander cons.
44 n.o 4. lib. 1. Wesemb. in paratitla h.t. n.o 1. et J. Richard. in §. eadem
n.o 17. instit. quod cum eo nempe institorem proprie qui dici universali ques-
tuarię negotiationi preponitur ut assequuntur eum, qui vel certo generi negotia-
tionis vel certę tabernę proponitur, institorem minus proprie vocari utrumque,
quod in fecto falsum est et ab antiquioribus non expressum, sed a neotericis Wesemb.
et Richardo perperam positum ut agnoscit ex mente Bart. et aliorum decisum in
l. d. si institorem 29 Bart. enim consil. 79 lib. 1. et ceteri olim negant eum qui
ad unum actum proponitur institorem esse fatentur tamen esse, si certo generi negotia-
tionis proponatur Thusc. pract. litt. I. conclus. 224. quis enim inficiabitur eum
qui certo loco nempe tabernę preponitur, ut ibi questuariam negotiationem exerceat
institorem proprie esse? l. 5. cum seq. l. 5. §. 10. et cum fullo l. habebat 13.
§. ult. l. institor 18. l. meus 19. §. tabernę d. h.t. l. tabernę 13. l. si ita 15. d.
de instructo et instrum. leg. §. eadem instit. quod cum eo l. servus 20. d. de usu
et habit. l. predijs 91. §. patri d. de legat. 3. l. 1. C. de exercitor. ubi officij
verbo officinę intelligit sive tabernę quam exercitat. C. h.t. aut quid certius
quam institorem etiam esse qui certe mercis vel negotiationis questuarię generi propo-
nitur d. l. 5. ibi nec multum facit, (id est nihil refert ut explicat Salgos.
ibi:) tabernę sit prepositus an cuilibet alii negotiationi l. cui cumque
§. ibi cui cumque igitur negotio propositus sit, institor recte appellabitur d.
h.t. et plerumque certe mercis institores nominari video veluti mercis
olearię in l. habebat 13. juncta l. si quis mancipijs 17. d. h.t. l. 1. §. cau-
pones d. nautę caupones l. predijs 91. §. patri d. de l. 3. cum alijs et apud
Juven. satyr. 7. institor hybernę tegetis niveique caduci, Seneca lib. 6. de
benef. c. 38. institores delicatarum mercium iuventus corrupta locupletat

6. Obstat. l. si cum villico 16. d. h.t. ubi scriptum est, ex contractu — l. si cum villico 16. D. h.t. 4.o

cum villico non dari in domini institoriam nisi diis trahendis quoque merci-
bus prepositus sit quo casu ad exemplum institoriae agitur, et consequenter utilis
non directa institoria, ergo qui venditioni mercium preponitur, ne(cessario) pro-
prie institor. Et primum quidem explicatu facile id est, eo enim ex villici
contractu institoria non est, quia villicus non propter quaestum, qui ex negotiatione
percipi solet l. coiri. §. cum duabus seqq. d. pro socio l. venditor 22. d. de he-
red. vel act. vend. et ut Basilica efferunt
agris fructus percipiendos preponitur, ut ratiocinatur Paulus in d. l. si cum
villico. 16. et ita villicum a negotiatore distinguit Auson. elegantissima epist.
ad paulinum, quae est 22. pro Philone villico suo, ibi Hic ipse falsus mensi-
bus vegrandibus, nomen [illegible] villici semente rara, sive multum precoqui
et si de rali inscitia, non cultor instans, non arator quaerit [illegible] nummus qui-
que odus magis, terrae infideles nec feraces criminans negotiari maluit
mercaturit, ita legit uterque scalig lib. 2. lect. Ausonium ep. 9.) quoque
foro venalium mutuatur ad praecipuos fides. est enim villicus, qui universo rustico
operi praeponitur et ut ait Hieronym. epist. ad Aglasiam, villae gubernationi l. in
instrumento 8. d. de instruct. et instrum. l. filio 91. d. de adim. leg. ele-
gantes sidon. lib. 4. epist. 11. habes in eo procuratorem in negotiis, villicum
in predijs tabularium in tributis unde inter deos villicorum appellatio ad praefectos
quoslibet transfertur, ut apud Juvenal. satyr. 4. ubi de Pegaso viris [illegible]
Pegasus attonitae positus modo villicus urbi anne aliud tunc praefecti? et in
vetere Patavino epigrammatio, quod tibullo adscribitur et extat inter Priapea
villicus aerarij quondam, nunc cultor agelli. Notat Cuiac. lib. 10. obs. cap. 31.
Joseph. scalig. comment. in veter. poet. catal. pag. 205. et duaren. in parat. phi.
ad hunc tit. cap. 1. et ex eo faber in d. l. si cum villico 16. ubi et Cuiac. lib. 2.
Pauli ad edictum haec sic explicant illud non itaque, cur cum, et merci bus distrahen-
dis villicus preponitur institoria non directa petat dicendum tamen est, omisso l. sp.
et alber. ibi, qui verba ad exemplum non percipiunt. interdum villicum non tantum
operum sed etiam rationibus rusticis praeponi d. l. filio 91. d. de adimend. leg.
l. urbana familia 166. d. de V. S. quo sensu villici distinguuntur a colo-
nis in l. seiae 20. §. praedia d. de instruct. et instrum. et apud Martial. lib.
2. epigr. 11. nihil colonus villicusque decoxit uxoris egit causa quae
est, domi cenat, quia quamvis villicus etiam colonus sit proprie tamen
magis coloni vocantur, qui non fide dominica, sed mercede ut extranei co-
loni fundum colunt l. quaesitum 12. §. quaesitum 4. l. cum de lanionis 18.
§. cum de villico l. seiae 20. §. liberto d. de instructo et instrum. de qua-
rum expositione videndi Conn. lib. 2. comm. c. 10. n. 1. Cuiac. lib. 26. obs. [illegible]

obs. c. 28. Petr. Gregor. lib. 18. Syntagm. c. 29. nº 11. solet itaque villicus rationibus rusticis p'poni et vendendis, sive ut Livia c. vult, coemendis vendendisque frugibus, ut paulus ait lib. 2. sentent. tit. 8. §. siquis quod cum fit, quaestuariis negotiationes ab eo exerceri dubium n'est, nec tamen institoria directa datur, quoniam hoc mandatum distrahendorum fructuum, accessio quaedam est prioris praepositionis et consequentia villicationis, argum. ex l. 4. in fine d. nautae caupones l. 2. d. de rivis, et quia in eandem personam villici et institoris officia occurrant, eius officio cedit, in quo principaliter versatur l. legatis 65. §. si unus d. de legat. 3. exornat Straccha de mercatura t. p.te nº 49. et seq. ac inde potius villicus quam institor censetur et ideo utilis dumtaxat institoria d.a dominus datur, ut in aliis plerisque casibus ita Faber in d. l. si cum villico 16. Don. ad tit. C. de exercitor. nº 16.

7. Unde explicanda est l. cuicumque 5. §. Labeo ... h. t. ubi scribitur eum qui pecuniis fenerandis, agris colendis mercaturis redemturisque faciendis p'positus sit in solidum obligare p'ponentem cum tamen colere agrum villici sit n' institoris. Sed tamen id accipiendum aliter Fulg. in l. 5. h. t. qui disiuntim haec accipienda ait, ut cum quis mercaturae simul et aliis omnibus negociis generaliter sit praepositus, et institor proprie sit, et directa institoria competat quoniam ceteri agrum etiam colat. aliter Bart. in d. l. 5. qui de alienis agris quaestus causa cultis intelligit eo casu quo praeter agri culturam, frugum etiam distractio velut in consequentiam permissa est, tunc enim utili institoria dominus tenebitur in solidum, quemadmodum cum pecuniis fenerandis servum praeposuit l. in eum 19. d. h. t. id quod consequens est, ei quod ex servio l. urbana 166. l. in lege 203. d. de v.s. Petron. in Satyr. interim doctores insularii quae inculcant exclusum; ut Pian. docuerat teneri dominum in solidum, siquid gestum sit cum eo, quem aedificio praeposuerat vel cum insulario, cui scilicet insulae (sive quod idem est, ut festus deffinit domus n' communibus parietibus cum vicinis iunctae, sed circuitu publico aut privato iunctae) custodia committitur et tuitio l. si ita 16. §. 1. d. de usu et habit. l. ult. d. de offic. p'fect. vigil. Josef Scalig. in catal. vet. poet. pag. 278. quamvis in insulariis p deportato in insula accipiat perperam Alex. ab Alex. lib. 5. dier. gem. cp. 25. in fine cum his enim, siquid ad causam p'positionis pertinens contractum sit, veluti ad refectionem insulae, vel si eis locatio insulae p partes commissa sit, ut inde quaestum facerent et eo nomine contraxerit conveniri dominus in solidum potest, n' tamen directa, sed utili institoria actione, quemadmodum villicus. notat Ant. Fab. in ration. d. l. cuicumque 5.

8. Huc etiam pertinet, elegans et obscura quaestio d. l. cuicumque 5. §. idem ait d. h. t. si libitinarius, inquit quem graeci νεκροθάπτας vocant, servum polline

Pollinctorem habuerit. Libitinarius omissis Accursij nugis hic est funerum curator, sic dictus à Libitina Dea apud Romanos iam inde a Numæ temporibus Romæ consecrata cuius in templo ut Acron vetus Oratij interpres testatur versabantur, qui efferenda corpora conducebant, et funeribus necessaria præbenda, de quo et plutarch. in Numa et problem. 22. Hos græca glossaria vocant, ut Florentiæ legitur in d. §. idem ait et tuetur Steuuech. in question. ad Apulei. lib. 1. florid. pag. mihi 391. hoc est à cadaberibus sepeliendis sed apud Vlpianum in d. §. idem ait, alij codices habent quod postremum frequentius glossæ veteres agnoscunt et hæc singula recta esse, ex hesychio et Iulio Polluce probat Ioannes Brodeus annot. prior in Pand. in d. §. idem ait. Lambin. ad illud Horat lib. 3. od. ult. non omnis moriar, multaque pars mei vitabit libitinam. de libitinâ coronata Turneb. lib. 1. var. c. 19. Pithæus lib. 2. ad vers. c. 15. Lips ad senec lib. 6. de benef. c. 38. Beroald. in comment. ad propert. lib. 4. eleg. 2. ad illud mundus demissis institor in tunicis Brechæus in l. cum in testamento 202. n.º 6. d. de v. s. Tiraq. in 15. leg. connub. glos. 1. p.te 15. n.º 29. Ant. August. lib. 4. emend. c. Marcel. Donat. di Lucidat. in sueton. in Neron c. 39. Ioan. Sauaro in sidon lib. 2 epist. 8. pag. 191. Kirkman. de funeribus lib. 1. c. 9. non illud, quod res postulat adnotamus Libitinarios scilicet, in venditandis funeri necessarijs et cadauerum elatione curanda conducendâ ferale quamuis et ominosum proprium tamen genus exercuisse negotiationis et quæstus ut vel indicat illud Horatij lib. 2. sat. 6. autumnusque grauis libitinæ quæstus acerbæ. Seneca lib. 6. de benef. c. 38. antu Arruntium et Haterium, ceterosque qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas eadem habere, quæ designatores et libitinarios vota Valer. Maxim. lib. 5. c. 2. Marco prætore Hirtij et pansæ funus locante, qui tunc libitinam exercebant, cum rerum suarum, tum ministerij gratuitum polliciti sunt, quæsturaque contempserunt. Sed de libitinarijs ista satis. de libitinensi porta male Caluin. de verb. iur. verbo libitinaria et Gothofr. in d. §. idem ait, quos notat Donat di Lucid. in sueton. in Neron c. 39.

Pollinctores fuerunt inter alios libitinariorum sub adiuuæ etc. ministri, et ex eorum plerumque familia quorum munus cadauera lauare vngere curare unde funerarij seu funerum curatores dicuntur Iul. firmic. lib. 2. c. 5. in tertio loco Mercurius cum saturno ab horoscopo pariliter constitutus pollinctores faciet ac funerarios mortuorum cadauerum custodes etc.ª Fulgent. de prisco sermone. Pollinctores, qui funera morientium occurrant Plautus de nullo, quia mihi Pollinctor dixit qui eum pollinxerat, dicti pollinctores quasi pollutorum vnctores Iul. Firm. lib. 4. c. 6. et polinctores qui sepeliendorum hominum curam cunctorum iudicio consensuque suscipiunt. Hos græci perinde ac libitinarios

vocant, et Latini eq vespillonibus confundunt, et pollinctores vocant vel a pollincere quod est ungere, ut vult Fulgent. vel quia os mortui polline obtinebant ex servio. 9. Aeneid. multa de his Budeus annot. prior. in pand. in d. §. id est ait Pig Brechaeus in l. cum in testamento 202. n. 6. d. de V. S. Ant. Bartolin. in annotat. auctario c. 5. Marcel. donat. di lucid. in Sueton. in Neron c. 39. Savaro in Sidon. lib. 3. epist. 13. pag. 212. Alex. ab Alex. lib. 3. dierum gen. c. 7. pag. 316. ubi Tiraq. in notis Frideric. Lindembruch. in notis ad cata lect. vet. poet. pag. 318. Iacob. Guther. de iure man. lib. 1. c. 15. exquisit illud notandum perperam in vulgatis codicibus in d. §. id est ait, legi pollicitatorem, cum legendum sit, pollinctorem, ut in Florentinis, et adnotat nominatim Pig Bartol. in auctar. c. 5. Costa in mem. verbo pollinctor. Rebard. ad leg. 12. tab. c. 15. Calderin. et Merula in Martial. lib. 10. epigr. 97. Beroald. ad propert. lib. 4 eleg. 2. Ezechielis c. 39 donec sepeliant illud pollinctores in valle multitudinis gog. Alciatus in l. maximarum 12. C de excusat. muner. lib. 10. qui tamen perperam pollinctores exaudit, de his, qui cenas in funere probant V. Salmasius in vopisco in Aureliano pag. 348. quamvis et pollicitatoris verbum ad eos, qui corpora defunctorum ordinant ad sepulturam, referat Albert. in d. §. id est ait sanè de pollinctoribus plures Plauti in Asinaria et in Penulo et in Sticho, electi et elegantes loci sunt Apuleij lib. 4. florid. iam miseri illius membra omnia aromatis perspersa, iam os ipsius unguine odore delibutum, iam cum pollinctum Martial. lib. 10. epigram. 97. iam scrobe iam lecto iam pollinctore parato heredem scripsit me Numa, convaluit. Sidon. lib. 3. epist. 13. enimvero illa sordidior est ad quem de formior cadavere rogali, quod facibus admotis semiobustum moxque sidente strue torris devolutum, redere pyre iam fastidiosum pollinctor et horret Tertull. ad vers gnosticos c. 7. si nostri quoque deus, proprie hostie nomine martyria sibi deposcisset, quis illi exprobrasset funestam religionem et lugubres ritus et rogum et pollinctorem sacerdotem non beatis amplius reputasset, quem deus comedisset. Hec quia non capiunt, corrigunt novatores. Friderich. Lindembruch. ubi supra in versa verba sic restituit, et rogum sacerdotis et rogum pollinctoris quasi in contrarium rogo et pollinctorem sacerdoti iungere Iacob. Guther. d. lib. 1. c. 15. sacerdotes pollinctores vocari ait a Tertulliano, deridente paganorum sacerdotes qui tamquam pollinctores villesque servi mortuos curabant, quos pro diis colebant, quorumque imagines minio et polline perfricabant, sed deridenda hec rudiiden tibus et sibilo excipienda non plausu clara enim mens Tertulliani, qui scire ait, si deus tamquam hostia, martyrio gauderet, et probari illi potuisse, quod

quasi funesta et feralí religione gauderet ut pote cui providissima morte et funus poceret et lugubres ritus, et arae, ubi hostia immolatur, in rogum verteret, et sacerdote, qui sacris prae esse solet, mutaret pollinctore qui funeri, quae singula exprobrat idem Tertullianus dijs gentis in apologet c. 13. ubi gemella verba sunt rei explicandae. quid omnino ad honorandos eos facitis, quod non etiam mortuis vestris conferatis? aedes proinde, aras proinde idem habitus et insignia in statuis, ut aetas, ut ars, ut negotius mortui fuit, ita deus est. quo differt ab epulo Iouis silicernius? a simpulo obba? ab aruspice pollinctor, nam et aruspex mortuis apparet. Arnob. lib. 1. advers. gentes, ubi Christus deus et homines fuisse probat inter alia his verbis unus fuit e nobis qui redire in corpora iam dudum animas praecipiebat efflatas prodire ab aggeribus conditos et post diem funeris tertium pollinctoris voluminibus expediri? alludit nempe ad resurrectionem Lazari quem fasciis sepulchralibus involutum dominus suscitabit Ioan. c. 11. et has fascias volumina polinctoris vocat, quomodo apud Arnob. legendum ex vetustis membranis docet desider. Herald. ibi Ludou. Corrio lib. 2. emend. c. 13.

Sed ut ad quaestionem d. §. idem ait regrediamur, quae sit, si libitinarius servum pollinctorem habuerit et his mortuos spoliaverit an institoria contra libitinarios competat fuit enim genus hoc hominis furtis maxime obnoxius et expoliatione cadaveris infame; unde in vespillonibus qui mortuos efferebant ad sepulturam pote, copiatae dicti, decani, collegiati, de quo Cuiac. nov. 43. et 59. Bulleng. de imperio lib. 6. c. 78. Brisson. de V. S. in copiatae et decani, dicti vel lecticarii ab usu mortuos efferendi lectica de quo Lips. 1. elect. c. 19. in princ. Vide et Kirman. de funer lib. 2. c. 9. et plerumque cum pollinctoribus confundi, ut luti apud Sidon d. lib. 3. epist. 13. notat Lindembrudh. ubi supra frequens et ut talis fuit stipulatio, furem non esse vespillonem non esse l. si ita quis 31. d. de evict. ubi l. sed sciendum 7. d. ad S. C. Trebell. l. qui decem 72. §. qui hominem d. de solut post multos Amay. lib. 3. obs. c. 13. n.º 24. Guther de iure man. lib. 1. c. 15. sed dubitandi ratio ex eo, quia quamvis libitinarios negotiatores quodammodo fuisse satis constet vel ex his, quae notavimus supra n.º 8. et huc commode trans ferri possunt pollinctores tamen nihil cum institore commune habere perspicuum est, eius enim munus cadavera lavare ungere pollincere, non emere aut vendere deinde quoniam in pollinctores et extra ordinem animadverti potest tamquam in violatores cadaveris l. 3. § adversus d. de sepulchro viol. et furti atque iniuriae actio competit, quae civiles et ordinariae actiones sunt ergo non est danda in

institoria que praeterea est l. 1. d. de Publiciana. sed nihilominus Ulpianus ait institoriae contra libitinarium competere. est enim institor cum non solum artis operas quas suam precio locet, sed etiam unguenta quae quamvis leg. 12. tab. prohibita admissa tamen postea malo more l. funeris 37. d. de religios. l. et ideo 7. §. illud plane d. de in rem verso aromata et reliqua, id genus, ad curam cadaveris necessaria venditet et vili hoc artificio quaestum faciat. quo sensu Seneca lib. 6. de benef. c. 17. institores opifices vocat his verbis Marcial. lib. 7. epigr. 60. ubi sanctos tonsores eo quod prius institoris generali nomine significat abstulerat totam temerarius institor urbem. idem. sordidissimorum quoque artificiorum institoribus supra constitutum aliquid diximus si nobis opera illorum enixior visa est et gubernatori et opifici villissimi mercis, et indies se locanti corollarium adspersimus. et tamen quia pollinctor proprie institor non est, cum eius praecipuum munus sit pollingere non venditare, sicuti villici fructus percipere non distrahere quo vel uno deffelit ratis faber, qui in d. §. idem ait directum institoriae competiturum, si nihil aliud obstaret, perperam ponit quasi pollinctor proprie institor sit et negotiator, quod omnino falsum, nec enim artifices, mercatores sunt, quamvis operas suas vendant c. eijciens 88. distinct. l. Legatis 65. §. si et officio d. de leg. 3. Stracha de mercat. 1. p. te nº 25. dixi in comment. pragmat tax. nº 6. uterque directa institoria praeponentem non obligat, d. l. si cum villico 16. d. §. idem ait, ubi scite Ulpianus ait dandam in eum quasi institoriam actionem, ut illud, quasi non expressivum sit veritatis, sed improprietatis et similitudinis, quod probare magis videtur Alber. in d. §. idem ait scribens utilem institoriam dandam esse quod infirmatur eleganti exemplo l. idem que 10. §. idem papinianus d. mand. ubi ex Papiniano proponitur, in eum qui procuratorem mutuo accipiendo praeposuit, utilem actionem quasi institoriam dandam, quam alibi ab eodem Papiniano in eadem questione vocatur utilis actio ad exemplum institoriae l. liberto 31. d. de negot. gest. l. in eum 19. d. h. t. l. Julian. 13. §. si procurator d. de action. empti.

1. illud adhuc difficile est, qua ratione actione furti et iniuriarum competentibus, quae civiles sunt utilis actio et honoraria quasi institoria detur contra l. 1. d. de publiciana — Deinde quo iure institoria actio ex furto servi pollinctoris contra libitinarium detur, cum haec ex contractu institorum non etiam ex delicto praestari soleat l. 1. d. h. t. l. 1. §. magistrum. l. et 2. d. de exercitor. Postremo nec in iniuriarum quidem aut furti actio competere posse videtur, primum quoniam cadaverum spoliatores aut capite plectuntur, aut in metallum dantur l. 3. §. adversus d. de sepulchro viol. Secundo quoniam qui vestes aut ornamenta cum cadavere condi voluit, et in funus impendi

quodammodo pro derelicto habuit, et quamvis officii genus sit ineptum, et inpro[bi]tus iure Romano l. et si quis 14. §. impensa d. de religios. l. ult. §. ult. d. de a[...] et arg. leg. l. filius familias 119. §. ult. d. de leg. 1. l. filius familias 19. d. de in rem verso possessionem tamen amissit, eius quod inpendit arg. l. 1. §. si vir uxori l. si quis vi. 17. §. 1. d. de adquir. poss. l. 1. d. pro derelicto, cum autem mortui nec cum nec dominio nec possessione proprie res esse possint, consequens est furtum non fieri ab eo qui mortuum spoliavit l. 1. §. sequota d. si is qui testam. liber esse iuss. fuer. nec invito domino fieri dici potest cum mortui nulla voluntas sit l. 4. d. locati nec ad rem pertinet, quod hereditas domina sit, ei enim furtum non fit l. 1. d. expil. hered. l. hereditariae 69 d. de furtis. His obiectionibus ut ordine occurras ad primum dices, actione furti et iniuriarum competente ad hunc institoriam dari, quoniam illae noxales sunt, penales, nec enim ex delicto servi pollinctoris conditione teneri potest libitinarius cum nec fur ipse sit, nec furis heres l. 5. d. de condict. furt. et quamvis vindicatio et ad exhibendum competat, necesse tamen erit, probare libitinarium spolia possidere aut dolo fecisse quominus possideret. Proinde utilior et expeditior est institoria, quare obtinebitur ab eo qui pollinctorem preposuit, ut considerat Faber in d. §. idem ait = Ad secundum respondebis institoriam in hac specie optimo iure dari, quamvis ex delicto quoniam id omissum coheret causae, seu negotio cui pollinctor prepositus est et ocasione cadaveris mundandi abluendi poliendi vestimenta subtracta sunt, quo casu dolus institoris nocet ei, qui talem preposuit, ut institoria teneatur l. id si 11. §. proscribere in fine d. h. t. notat Bart. consil. 79. n.º 2. lib. 1. quamvis paulo aliter Faber in d. §. idem ait = Ad [...] dici poterit supponendum esse, adiisse heredem, antequam defunctus funeretur, nec habuisse pro derelicto vestimenta donec conderentur, aut cremarentur cum corpore, et ideo interim ei furtum fieri, quod voluisse videtur Fulgos. in d. §. idem ait Plenius tamen et planius respondebis, contra, cadaverum spoliatores, et extra ordinem penam capitis aut metalli proponi si maxime in titinere, dum corpus effertur, aut in sepulchro spoliaverint l. 3. §. adversus d. de sepulchro viol. quam ita intelligit Gutber. de iure man. lib. 2. c. 32. et lib. 3. c. 22. et civiliter ac pecuniariter agi posse iniuriarum ab herede cui quodammodo iniuria fit, quae cadaveri irrogatur l. 1. §. et si forte et §. quoties d. de iniur. vel furti, quia quamvis possessio vestimentorum vere et proprie nullius sit, neque hereditatis, quae non possidet, neque heredis, qui pro derelicto habuit ad defunctum tamen naturaliter quodammodo videtur pertinere cui in memoriam humanae conditionis vel id ex bonis suis relinqui ratio suadet quod corpori condendo, et funeri parando sufficiat quaratione locum etiam sepulchri

naturaliter ad defunctum pertinere scriptum est in l. scriptus 4. d. de re sigios.

2 Proximum est, quod sequitur in d. l. cui cumque 5. §. idem Labeo d. h.t. pistore, cuius servus pani vendendo propositus, accepta praesenti pecunia ab eis, quibus panes dare solebat, ut in dies singulos daret conturbauit, teneri institoria, si ita servo dari pecuniam permiserit; dubitandi ratio ex eo quia qui conturbat, non contrahit sed dissipat, & digit inter vertit id enim est conturbare decoquare, ex cum rationibus pariam facere soluendo esse desinere et nomina expedire aut exsoluere non posse l. quidam 16. d. de reb. cred. ver. caso. Petron. in Satyr. qui postquam conturbabit et libidinis suae solum vertit notat ex Hadriano Cardinali Budeo in annot. prior. in d. l. 5. §. idem Labeo d. de institor. Brisson. de V.S. verbo conturbare. Joan Vouuer. in notis ad Petron pag. com. 408. proinde institoria danda non videbatur quae ex contractu institoris competit non ex delicto. sed decidendi ratio est, quia ad missum servi ad causam praepositionis pertinuit, cum ei pistor panes vendere et praesentem pecuniam accipere ut in dies singulos panes daret, permisit, et ideo fraus servi, qui conturbauit et decoxit, praeponenti nocere debet d. l. 5. § idem ait l. sed si pupillus 11. §. proscribere in fine d. h.t. permisisse autem pistor videtur si sciebat praesentem pecuniam dari nec prohibuit ut notat Bart. et Fulgos. in d. §. idem Labeo argum. ex l. ult. d. quod cum eo l. sed si pupillus. 11. §. 1. d. h.t.

1 §. Ex superioribus etiam pendet, quod proditum est in d. l. cui cumque. 5. §. sed et muliones cum seq. d. h.t. nempe mulionem, et fullonibus aut sarcinatoribus, aut caupone, vel stabulo propositos loco institorum habendos esse, nempe ut institorum ex eorum contractu praepones teneatur quia opificum omnes, cum et operam suam precio locent, et simul merces opificio necessarias emant vendant quodammodo institores sunt ut notauimus supra n.º 10. idem in propositis caupone aut stabulo expeditum est, cum eorum munus sit obsonia vendere viatoribus l. 1. §. caupones ibi institores ue eorum d. nautae caupones. sed in mulionibus valde nouum. sunt enim muliones, qui mulis agendis, operam suam adhibent l. 1. §. itaque 4. d. si quadrupes pauper. fec. dic. l. idem §. 1. item Vulneratus §. in cliuo d. ad leg. Aquil. l. cum in pluxes 60 §. servum d. locati l. servis. 99. §. muliones d. de leg. 3. eorum officium eleganter describit Virgil. epigramate in Ventidium Bassum, qui ex mulione post multa stipendia praetor et consul factus est, ut haec in illum famosa ostendunt. concurrite omnes augures aruspices portentum inusitatum conflatum est recens nam mulo qui fricabat, consul factus est. extat inter catalecta Virgilij epigramma hoc de Sabino

38

pag. 89 ibi Sabinus ille quem videtis hospites ait fuisse mulio celerrimus et paulo post. tua stetisse dicit in vorag[ine] tua in palude deposuisse sarcinas et inde tot per orbitosa milia iugum tulisse, tua sive dextera stringeret loras sive utramque etc. nulla itaque ratio est ob quam muliones negotiatores dicantur adeo quidem ut ceteri qui equos locant, mercatores non esse contendat Abbas Sicul. in c. 1. in fine de iudic. Sed nihilominus, quod ad institoriam attinet, mulis agendis prepositi (sic enim muliones accipio) negotiationes quaestuarias exercere dici possunt, argumento ex l. legatis 65. ibi candum ff. de legat. 3. cuius argumento ita docet in equorum locatoribus Bart. ibi, alijs Stracha de mercat. 4. p.te n.o 98.

Ceterum circa prepositos stabulo aut caupone duo obstant quominus institores dici possint. Primum est, quod legato tabernae cauponiae institores non continentur l. tabernae 13. ff. de instructo et instrum. leg. Secundum est, quod obsonatores, qui obsonijs emendis vendendisque, ut caupones, preponuntur, non continentur appellatione negotiatorum l. legatis 65 ff. de leg. 3. Ad primum responde in d. l. tabernae 13. differentiam proponi quae alio pertinet nam si tabernae cauponiae instrumentum legetur, scriptum est institores, qui tabernam exercent, non deberi, quia negotiationis instrumenta sunt, non tabernae, cuius proprie propria sunt dolia, vasa, etc. homines autem, veluti institores, loci id est tabernae instrumentum dici non debent argum. ex l. cum de lanionis 18. §. 1. ff. de instructo nisi nominatim legentur l. praedijs 91. §. patri ff. de leg. 3. Ceterum si cauponae instrumentum legetur cum caupona negotiatio sit cui proponuntur institores, eos etiam legato contineri certum est d. l. tabernae 13. l. si ita. 15. ff. de instructo et instrum. Ad secundum responde obsonatores vocari omissis Accursij deliriis, servos quos dominus obsonijs ad usum familiae emendis proponit, ut probat ex multis Brisson. de V. S. verbo obsonator. Stracha de mercat. 4. p.te n.o 47. Beroaldi annot. c. 108. Martial. in lemmate de obsonatore. dic. quotus est, quanti cupias cenare nec ullum, addideris verbum, cena parata tibi est. hos itaque negotiatores non esse rectissime ait d. lex. 65. neque enim qui ad usum suum emunt, negotiantur quamvis postea mutato consilio vendat l. universi. 5. C. de vectigal. l. ceterum 41. §. ult. ff. de leg. 1. l. 1. §. unde quaerit ff. de exercit. act. dixi in pragmat. taxat. n.o 10.

His etiam coheret, quod Ulpianus ait in d. l. cuicumque. 5. §. sed et cum fullo ff. h. t. cum qui a fullone peregre proficiscente rogatus est, ut discipulis tabernae imperaret, si postea vestimentis acceptis fugerit, obligari fullonem institoria, si quasi institor fuit relictus, non item si quasi procurator

cuius

Cuius ex delicto Dominus non tenetur, ut annotat Costal in d. §. Sed et cum fullo ad l. de fullonica. Plani res est in pente con. c. 2. videri posset, eum qui taberne preepositus est, et ut discipulis imperaret, non nisi institorem esse posse, que dubitandi ratio est. sed contra dicendi ratio fortior, quoniam perinde procuratoris atque institoris munus est vice domini discipulis imperare in dubio autem procuratorem fuisse dicimus, quod et favorabilius est, ne preponens obligetur l. Arrianus 42. d. de oblig. et act. l. semper in dubio 56. d. de reg. iur. et accomodatius rei ipsi eius imputari contrahenti possit, cur non inquisierit, utrum institor esset, cum id ei probare, necesse sit l. 1. d. de probat. obscurius est, quod sequitur in d. §. sed et cum fullo nempe ex locato, non institoria teneri eum, qui ad firmavit, recte me credere operarijs suis. quod sane accipiendum est de domino fullone non de eo, quem relinquit fullo ut discipulis imperaret, ut in eo conspecte Faber exaudit. in eo enim dubitari non posset, an institoria ipse teneretur, cum institoria, non contra propositum sed contra proponentem detur nec rursus in proponente dici potest ex locato eum teneri propter affirmationem eius, que relinquit, quoniam si tamquam institor fuit relictus institoria potius competeret, si tamquam procurator, nec institoria nec ex locato quia personalis utraque est, et personam procuratoris, qui affirmavit, non egreditur l. procurator 67. d. de procurat. fatendum itaque est contra Fabrum, et ponendum cum Accursio verbo affirmaverit. in spetie d. §. sed et cum fullo vers. plane. fullonem affirmasse mihi recte me credere operarijs suis quo casu ait Ulpian. institoriam non competere, nec enim qui hoc adfirmat aliquem ex discipulis questuarie negotiationi in universum preponit, nec mandat; nec de dolo agetur quamvis interdum in simili specie actiones he compe tant l. et elegant. 7. §. ult. cum l. seq. d. de dolo l. si vero 12. §. si quis mandaverit d. mandati l. in causa 18. §. in summa d. de minorib. quoniam hic nullus dolus fullonis detegitur et adfirmatio hec consilij et commendationis est non mandati l. si vero 12. §. cum quidam d. mandati. nec qui hoc adfirmat eis credi mandat, ut in d. §. si quis mandaverit et ideo Ulpian. ait agendum potius esse ex locato, quod tamen singulare valde est cum in hac affirmatione ut signanter annotant Albericus et Fulgos. in d. §. sed et cum fullo certa merces non interveneri et proinde nec locatio ulla sit, princip. instit. de locat. et conduct. sed res facilis expeditu si ad vertamus actionem hanc ex locato non quidem nasci ex affirmatione aut negotio gesto inter fullonem et eum qui affirmavit sed potius ex contractu locationis, que intercessit, cum post adfirmationem fullonis eius discipulis vestimenta polienda data sunt, tunc enim si aliquis ex eis vestimenta subripuerit, placet actionem

ex Locato contra fullone dari, que cum bone fidei sit, hunc etiā casū complectitur, ne qui fulloni ad firmanti fidē habuit, circum seri batur.

. Sed obstat Pauli locus lib. 2. sentent. tit. 8. §. ult. ubi ait ex contractu cum discipulis eorum, qui taberne vel officine preest, in magistros vel institores in solidum dari actionē scilicet institoriā de qua Paulus illo titulo tractat. Quod si verū est fatendū est cum Accurs. in d. §. sed. et cum fullo verba illa non institoria sed ex Locato, sic exaudienda esse, ut non solum ut in l. invitum institoria, sed etiā ex Locato teneatur institores enim quodammodo sunt discipuli sive operarij quos taberne fullonice dominus p̄ponit plerumque autē in libris nostris accipitur n̄ p̄posolū ut in l. invitus 4. d. de seruit. urban. pred l. nenim 88. d. ad S.C. Trebell. exemplis rem confirmant preter laudatos ab Hellig. ad Don. lib. 9. com. c. 16. litt. B. Accurs. in l. obeg. d. de prescr. verb. Ant. August. lib. 2. emend. c. 2. Brisson. de V.S. verbo non et exempla adhuc invulgata in l. si procurator. 14. d. de cond. caus. data ubi notant fulgos. n.° 14. Castr. laudatus ab Alex. ibi n.° 12. alia in l. cum pupillus 21. d. de tutel. et ration. d. L. ult. §. ult. d. de edil. ed. ubi Cuiac. 8. obs. c. 9. potest tamē Paulus accipi in casu, quo officine, seu navi, aut taberne, seu negotiationi liber homo prepositus est, tamquā magister navis aut institor negotiationis, hic enim si et alijs discipulis sive operarijs utatur, et cum alijs contrahi permittat, tenetur ex eorum contractu in solidum ipse quasi eos p̄posuerit n̄ tamē tenebitur dominus mercis, aut navis l. 1. §. magistrū. 1. et 2. d. de exercitor.

. Adtexamus, quasi Lacinie huic vesti exempla, que superesunt non pauca in quibus, quoniā qui contrahit alieno nomine institor proprie dici n̄ potest, utilis institoria dari, n̄ directa Primum sit in eo qui mutuis accipiendis pecunijs p̄positus est. hic institor proprie et paritē dici n̄ potest quia n̄ p̄ponitur negotiationi questuarie nec enim qui mutuum accipit, negotiatur, et magis propter necessitatē dominici negotij quam si procurator p̄poniter in questu faciendo negotio non negotiationi, ut ait Donel. in rubr. C. h.t. n.° 16. quamvis contra Fulg. in d. l. in eum 19. ut post Accurs. docent Angel. Castrens. et Cuiac. lib. 9. resp. pons. Papin. in l. in eum 19. d. h.t. Baldus in l. 1. C. h.t. quemadmodū ut qui mutuum dant simpliciter, nec institores, nec negotiatores dici possunt l. principalibus 33. d. de reb. cred. l. in eum 19. d. h.t. ita Bart. in l. legatis. 65. d. de leg. 3. Benvenut. Stracha de mercat. 1. parte n.° 40. et seq. et tamen quia qui p̄posito mutuis pecunijs accipiendis credit, perinde domini preponentis fidē sequitur, atque qui cum institore contrahit, placuit, utile actionē ad exemplū institorie dari oportere in eum qui p̄posuit d. l. in eum 19. d. h.t.

l. liberto 31. ff. de negot. gest. l. si mutuus 6. C. de instit. et exercit. l. idq que 10. §. idq Papinianus ff. mandati ubi ratio huius sententie hec traditur, quia actu quasi preposuisse eus mutue pecunie accipiende videatur. notat Donell. ad hunc tit. in C. n.º 16. competet sane directa institoria, si institori certe negotiationi vel taberne preposito, ad causam prepositionis mutua pecunia data sit, veluti ad merces emendas quia quamvis aliud sit, taberne, aliud mutuo accipiendo preponi l. habebat. 15. ff. h.t. mutui tamen acceptio ad merces emendas, est sequela quedam et apendix prepositionis, et qui taberne preponitur mutuum etiam accipere ad causam negotiationis potest, et directa institoria dominus obligat l. cui cumque 5. §. si pecunie 13. ubi Castrens. n.º 8. Costal n.º 6. cum seq. ff. h.t. l. 4. C. h.t. ubi quod scriptum est, non aliter dominum institoria obligari, ex mutuo, ab institore accepto, quam si nominatim, ei permiserit mutuum accipere, cum eum officio sive officine preposuit vel negotiationi intelligendum est de mutuo accepto ad aliam causam, que ad negotiationem non pertineat in quo necesse est nominatim permitti, ut institoria competat, quamvis hec non percipiat Labbeus in Synopsym lib. 18. pag. 48. Ceterum si ad causam taberne mutuum acceptum sit, semper directa institoria competit quia id tacite, et in consequentiam prepositionis permissum videtur l. 5. §. non tamen cum seq. ff. h.t. l. 1. §. non autem ff. de exercitor. l. item si filius familias 7. §. quamquam vero in textum ff. de S.C. Macedon.

8. Nec obstat tunc textus in l. si ineys 19. §. taberne ff. h.t. ubi mutuo accepto á filio institore, et mercium causa, et patre fide iubente institoriam competere Papinianus ait propter patris fideiussionem, cum accepte pecunie speciem pater fide iubendo negotio taberne miscuerit. ergo accipere ad causam mercium non sufficit, ut institoria competat. Respondendum, omissa, expositione Fabri ibidem post iacob. de Arecio laudatus a Fulgos. ibid. et aprobatus ab Albérico cuius interpunctio verba hec iungens taberne prepositus á patre filius mercium causa ~~pre poni~~ indignum Papiniano repetitionem admittit, quid enim est aliud taberne preponi, quam mercium causa preponi? l. institor. 18. l. 7. ff. h.t. omissis etiam alliis Alberici cogitationibus verba illa cum accepte, sic exaudientis, quamvis accepte, ut quodammodo rationem dubitandi contineant dicendum potius est si ponamus, ut cum Accurs. Castr. et Fulgos. et Cuiac. ponunt, et exponunt mercium causa mutuam pecuniam acceptam, dubitari ahuc potuisse, an institoria pater teneretur etiam hoc est, an et institoria et ex fide iussione teneatur dubitandi ratio

duplex tum quia fide iubendo quasi nouasse principalem obligationem institoriam videbatur l. habebat 13. §. meminisse d. h. t. tum quia cum principali institoria obligatione accessoria ex fideiussione non concurrit sed extinguitur, quia pro se nemo fide iubet l. heres a debitore 21. §. seruo d. de fideiussor. utrique autem dubitandi rationi Papinianus occurrit, affirmans patrem etiam institoria teneri hoc est, et ex fideiussione et ex praepositione, quoniam acceptae pecuniae speciem id est creditum fideiubendo miscuit negotio tabernae, id est non extinxit obligationem ex mutuo, quae principaliter tenebatur propter praepositionem, sed miscuit eam negotio tabernae fideiubendo, hoc est non transtulit obligationem nouando, sed adiecit fideiubendo ut alibi loquitur l. si eum 5. §. item si seruus d. de exercitor. act. recte Cuiac. lib. 3. respons. Papin. in d. §. tabernae nec rursus concursus obligationis institoriae in persona patris facit, ut inanis sit fideiussio, non enim fide iubet pater pro se, quamuis directo ipse eam teneatur sed pro filio qui principalis debitor est l. si domina 25. d. ad S. C. Vellean. l. 1. §. quid ergo d. quod iussu l. 27. si filius 7. §. inter dum verss. quamquam d. de S. C. Macedon. notat Fulgos. Alber. et ceteri et Costal. in d. §. tabernae ac proinde pater fide iubendo miscet, siue adijcit obligationem negotio tabernae non tollit, = Subtilius tamen et, opinor, verius si quis cum Fulgosio sentiat etiam in pecunia mutua accepta mercium causa dubitari potuisse an institoria pater teneretur, quia non satis est creditori ostendere mercium causa se credidisse nisi et necessariam mutui dationem fuisse probauerit, ut in l. ult. d. de exercitor. act. sed cum pater pro filio fideiussisset, elleganter Papinianus ait etiam institoriam competituram, quoniam pater fideiubendo mutui dationem miscuit negotio tabernae, hoc est, tacite ostendit, necessariam pecuniam fuisse ad negotiationem argum. l. exceptione 11. C. de euiction. Nec mouemur ex l. 1. §. quid ergo d. quod iussu ubi dominus qui pro seruo fideiussit, nec quod iussu tenetur, quasi nihil ratum habeat fideiubendo explosa enim interpretatione Castr. qui ideo non teneri quod iussu, quia quamuis fide iubendo iubeat non tamen quasi dominus sed quasi extraneus interueniens ac proinde, ait Consultus, non ideo dicimus honoraria actione quod iussu, non teneri, quia ciuiliter ex fideiussione teneretur, ut per pergratiocinabatur Castr. in d. §. tabernae sed potius ideo quoniam aliud est iubere tamquam dominus aliud fide iubeat tamquam extraneum. et ideo siue teneatur et fideiussione, ut regulariter tenetur d. l. si domina 25. d. ad S. C. Vellei. d. §. tabernae l. si mandator 8. C. quod cum eo siue non teneatur, quia inutiliter interceesit, numquam tenebitur quod iussu d. l. 1. §. quid ergo ubi Faber in ration. aliud in specie d. §. tabernae ubi quia iussus patris, cum filium tabernae praeposuit, praecesserat, sufficit postea fideiussio ut ostendat

Vt ostendat, eius mutui dationem negotio tabernæ acceptam ferre, ut explicant post Accurs. Alberic. et Fulg. in d. §. tabernæ.

19. Ex eodem filo pendet, quod monemur in l. habebat 13. d. h.t. cum qui servo merci oleariæ præposito mutuam pecuniam dedit si institoriam directam intenderit, nec probare potuerit mercis gratia mutuum acceptum esse, posse adhuc utili institoria experiri, locus est, si quis alius in hoc tractatu impeditus, et etiam in interpretationibus quas lecturas vocant, varietate difficilis Ioannes vetus glossographus ait creditorem prius egisse certa illa causa in libello expressa, quod scilicet, mercis gratia crediderat et ideo cum non probasset, absolutum fuisse dominum quia quod quis intentione sua complexus est specialiter, nisi probat, succumbit l. 4. §. docere d. vi bonor. raptor. l. denuntiasse §. quod tamen d. ad Leg. Iul. de adult. c. examinata ext. de iudiciis ubi clarici l. 1. §. 1. d. si mensor falsum modum dixerit cap. abbate sane de sent. et re iudic. lib. 6. ubi diserte definitur, succumbere eum qui petiit speciali expressa causa, si eam non probet, quamuis aliam superuenientem ostendat, de quo et quatenus in eodem vel alio iudicio res tractari posit, aut debeat, et an iudex hodie ex causa probata, quamuis a principio alia exprimeretur vel pronuntiare secundum petitorem posit, vel ei ius suum integrum seruare, ut postea legitime intendat, disputant, et dissentiunt Gregor. in l. 16. tit. 22. p. 3. glos. magna Aceuedo in l. 10. ex n. 19. tit. 17. lib. 4. compil. et in rubr. n. 16. tit. 2. lib. 4. comp. Parlador lib. 1. rer. quotid. c. 10. n. 3. Pinel. in l. 2. 3. p. n. 28. C. de rescind. vend. in c. 3. apud quem ex n. 31. plerique circa interpretationem d. l. habebat 13. cui consentit Duaren. ad hunc tit. c. 4. Pacius cent. 4. quest. 54. et Alueric. in d. l. habebat 13. in fine aliter cum Baldo et Padilla in l. error. n. 50. C. de iur. et facti ignor. 3. Menoch. de arbitr. lib. 2. quest. 31. subtilius et uberius nescio an verius, rem expedit Ant. Faber. in ration. d. l. habebat 13.

20. Nos in hac parte ut aliqua non dicta non scripta proferamus ita speciem d. l. habebat 13. fingimus. Dominus seruum oleariæ negotiationi præposuerat Arelate, quæ Galliæ Narbonensis ciuitas est, sita in medi terra et Gallula Roma vocata ab Auson. de claris urbibus cuius mencio in l. an ... et codicillis 34. d. de usufr. leg. multa de ca Brisson. de V.S. verbo Arelate Gothofr. in d. l. habebat 13. Sauaro in Sidon lib. 1. epist. 11. pag. 80. Scaliger. lib. 1. Ausonianar. lect. c. 24. et 25. ubi celebre Romani orbis emporium fuisse

L. habebat 13. d. Soc.

post Strabonem lib. 4. de metropolitano Arelatensi et aliis ad camur bemlu Sig in opusc. epist. ad Cardl. Labbe, pag. 440. et epist. seq. probat ex Ausonii carminibus de claris urbibus, ubi de Arelate intra alia sic inquit. per quam Romani commercia suscipis orbis nec cohibes populos quealios et meniadit Gallia que lis fruitur, gremioque Aquitania lato. et exprimit florideo titutio vetus constantini tyranni, Honorii temporibus, qui septem provintiarum conventus Arelate haberi voluit ubi sedem imperii fixerat, et constantiam urbem vocaberat. tanta est enim, inquit, Loci opportunitas tanta est copia commertiorum, tanta illic frequentia commeantium, ut quicquid usquam nascitur, illic commodius distrahatur; Nec enim ulla provintia fructus sui facultate lętatur, ut non nisi hęc propria Arelatensis soli credatur esse fecunditas. Quidquid enim dives oriens, quidquid odoratus Arabs. quid quid delicatus Assyrius, quod afric fertilis, quod speciosa Hispania, quod fecunda Gallia potest habere preclarum, ita illi exhibetur affatim quasi sibi nascantur omnia que ubique constat esse magnifica. iam vero decursu Rhodani et Turoni recursu, necesse est, ut vicinum faciant et pene conterminum, vel quod iste pretexfluit, vel ille quod circuit. Cum ergo huic serviat civitati quicquid habet terra precipuum, ad hanc velmari vel vehiculo, terrâ, mari, flumine deferatur, quidquid singulis nascitur, quomodo non multum sibi galię prestitum credant, cum in eadem civitate precipiamus esse conventum, in qua divino quodam munere, commoditatum et commertiorum opportunitas tanta prestatur? Arelate itaque merci oleariae propositus serviis erat idem et mutuis pecuniis accipiendis accepit mutuum pecuniam. Creditor existimans ad merces eum accepisse egit proposita actione, hoc est directa institoria, que proposita actio dicitur.

Quoniam eius formula in albo sive edicto pretoris publice proposita extabat, ut et aliae sollemnes formulę l. 1. §. 1. d. de edendo l. 1. C. de iure iurand. l. 1. C. de liber exhib. l. ult. C. de luitione pignor. §. namque si cui in institut de action. de quo multa Brisson. d. V. S. verbo proponere. directa autem institoria in hac specie creditor agebat, quoniam putabat ad merces acceptam pecuniam, quo casu directa competit, ut probavimus supra n.° 17. ex l. cui cum §. 3 non tamen vers. sed si pecuniam cum seq. d. h. t. l. eius si filius fam. 7. §. in tertiis vers. quamquam d. de senat. cons. Macedon. Plane cum non probaverit mercis causa pecuniam acceptam, consueta actio est ait Ulpianus, nec amplius agere poterit, quasi pecuniis quoque mutuis accipiendis esset propositus, quibus verbis utramque actionem complectitur et institoriam directam que ex mutuo mercis causa

(margin:) insinuante fabro in d. l. habebat. 13.

accepto, et utilis, que ex mutuo simpliciter accepto datur iuxta l. in eis 19. eis d. l. §. non tamen vere. Sed si pecunie d. h.t. priora enim illa, Licet consumta est actio aperte deferunt ad directam, que proposita actio dicta fuerat, posteriora vero, nec amplius agere poterit quasi pecuniis quoque mutuis utili dumtaxat accommodari possunt, que ex pecunia mutua accepta quamvis non ad merces competit, directa monitis d. l. in eis 19. utraque itaque consumta est, directa quidem, quoniam eius formula semel impetrata et exercita est inepte, quod sufficit, ut consumatur. l. si stipulatus 155. d. de V.O. et quamvis fateamur directam in hac specie non competiisse, quia pecunia ad oleum emendum accepta non erat et proinde necessario sumi posse videtur, que non competiit argum. ex l. un. §. ult. d. quando dies ususfructus leg. ced. consumta tamen dici potest quoniam semel impetrata exercita est et probationis defectus non facit, ut per eius res in iudicium deducta et finita non videatur l. 4. §. ult. l. si servus 22. §. ult. d. de noxalib. act. sed potius facit, ut non qua lege et causa debuit seu non quemadmodum oportuit, egerit, ac proinde causa cecidisse dicatur §. si quis agens instit. de action. Cicero lib. 2. de invent. ita ius civile habemus constitutum ut causa cedat is qui non quemadmodum oportuit, egerit, Quintil. lib. 7. c. 8. in omnibus fere causis, in quibus cecidisse quis causa dicitur, hae sunt questiones, an huic, an cum hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere. Sed et utilis actio, que ex praepositione ad mutuum accipiendum competeret consumpta, quoniam impetrata et instituta actione directa tota res in iudicium deducta et finita est actione, inepte proposita amittitur eius ex ea causa ex qua competeret, quamvis ex alia causa exerceatur l. 4. §. ult. l. si servus 22. §. ult. d. de noxalib. act.

2. Nec ad rem pertinet, quod omnes in presenti obiiciunt ex l. si mater 11. §. eandem et seq. l. et an eadem 14. l. si cum argentum 21. §. si fundum d. de exception. rei iudic. ubi probatur si ex alia causa agatur quamvis prius perperam actum sit, et reus absolutus exceptionem rei iudicatae non obstare. id enim in actionibus personalibus (ut reales interim omittam) toties certum, quoties causa que nunc proponitur, alii obligationi et actioni distincte ab ea, de qua iudicatum est, initium et originem praestat tunc enim verum est, quod dicitur in actionibus in personam singulas obligationes, singulas causas sequi nec unius petitione, aliquid vitiari, quia saepius eadem res deberi mihi potest, amplius quam semel mea esse non potest l. et an eadem 14. §. actiones d. de except. rei iudic. veluti cum institoria perperam actum est, tributoria superest l. sed si pupillus 11. §. si institoria d. h.t. iuncta l. Bebius 30. in fine d. de pact. dotal. c. examinata de iudic. Hilliger.

ad Donel. lib. 12. c. 5. litt. V. Ad cum eadem actio proponitur quamvis nec ex ea
causa obstat summo iure rei iudicatae exceptio, nec enim interest, qua ratione quis
ea causa actionis competere sibi existimet L. cum de hoc 27. d. de except. rei iudic.
et singulis contra versis singulas actiones unius que iudicati ti finis sufficere pro
babili ratione placuit L. singulis 6. d. de except. rei iudic. id circo recte Ulpian.
ait in d. L. habebat 1 §. actionem consumptam esse absolute nempe ut directam et
utilem comprehendat quoniam utraque institoria est, sive certi condicio ex mu
tuo cum qualitate institoriae ut sentiunt hi quorum meminit Fulgos. in d. L. ha
bebat 1 §. quamvis ipse dissentiat, et vide eius Bart. et Alberic. in fine ibidem
et quamvis alia utilis alia directa, utraque tamen eiusdem potestatis et effectus L.
actio 47. d. de negot. gestis. Concludit tamen Ulpianus ex Iuliani sententia
in d. L. habebat 1 §. adhuc utilem actionem competiturum creditori, quoniam nova ac
se in prius iudicium non deducta originem petitioni praebet praepositio scilicet ad
mutuas pecunias accipiendas, quae parit utilem actionem d. L. in eum 19. d. h. t. et
iniquum esset inepta impetratione formulae directae institoriae, utilem actionem
consumi, quae ex alia causa datur, et in qua formularum conceptio non observa
batur d. L. actio 47. d. de negot. gest. ut proinde appareat nec beneficio in inte
grum restitutionis, ut Bart. putabat, nec ex aequitate utilem subsidiariam actio
nem quae ante non haberet accommodari creditori, ut omnes fere hactenus ex
timarunt, sed potius utilem institoriam, quae ex praepositione ad mutuum accipiendum
nata iam erat, quamvis summo iure, inepta exercitione directae institoriae con
sumpta videretur, conservari tamen creditori in d. L. habebat 1 §. ex ratione quam
insinuavimus.

L. in eum 19. d. h. tt. — Petit iam inchoatam de praeposito ad mutuas accipiendas pecunias
disputationem in d. L. in eum 19. quam expositio d. L. habebat 1 §. abrumpere co
egit iam prosequamur duo observanda sunt. Primum est, pugnare secum Papinia
num videri in hac quaestione, circa genus actionis, quo praeponens conveniendus
est, quoniam in d. L. in eum 19. utilem institoriam tribuit concinit Lex si mutuam
5. C. de institor. et exercit. at in L. Liberto 31. d. de negot. gest. negotiorum
gestorum actionem ad exemplum institoriae largitur. Rursus in d. L. Idemque 10. §. ult.
Papinianus d. mand. quamvis utilem institoriam tribuat, ratio tamen, qua utitur, et spe
cies quam tractat, propositio mandati actionem competere suadet. tractat enim de
fideiussore, qui ideo fideiussit, quia dominus procuratori mandaverat, ut
pecuniam mutuam acciperet, quo casu fideiussori utilem quasi institoriam dari ait, quia
et hic quasi praeposuisse dominus eum videtur mutuis accipiendis pecuniis. Haec autem om

Hec autem omnia probant di Lucidé, et fideiussorem contemplatione mandati quod Dominus procuratori dederat, intercessisse aeprorin de mandati actione dominus teneri non utili institoria aut negotiorum gestorum, ut et probari aperte videtur in l. si literas. 7. C. mandati quid enim aliud est preponere mutuis accipiendis pecuniis, nisi quodammodo mandare ut credant argumento ex l. qui hominis 34. §. si Titius d. de solution denique in l. cuicumque. §. 8. item fideiussori d. h. t. scriptum est fideiussori qui pro institore intervenit, competere institoriam et quidem absolute, ergo directa institoria, non utilis, ad exemplum institorie = Hecque uis non omnia singuli, expendunt tamen partim Fulgos. in d. l. si liberto 31. et in d. §. idem Papinianus, qui utilem institoriam pretorignatam ex contractu gestorum institore, et utilem negotiorum gestorum competere fideiussori, et creditori affirmat, et quidem perperam, nec enim utilis actio datur nisi cum alia deficit l. quia actio num 11. d. de prescript. verb. aliter Ant. Faber, qui negotiorum gestorum actionem abutinum li institoria, sic distinguit, ut illa competat fideiussori in specie d. l. liberto 31. ubi contemplatione negotij dominici fideiussit, hec autem in d. §. idem Papinianus ubi contemplatione mandati sicut et in d. l. in eius 19, ubi papiniani sententia extat relata in d. §. idem Papinianus ibi Litteras domini sequutus hic quia dominus procuratori mandauerat, ut mutuam pecuniam acciperet. certum quidem neutro casu mandati actionem competere, vel creditori, vel fideiussori quia dominus mandauit quidem procuratori ut mutuum acciperet non tamen creditori ut crederet, aut fideiussori ut intercederet l. ex mandato 20 §. 1. d. mandati et aliud est in l. si literas. 7. C. mandati, ubi mandati agit creditor, quia mandauit ei ~~creditor~~ debitor, ut procuratori suo numeraret nec ad rem eius pertinet quod extat in d. l. qui hominis 34. § si Titius d. de solut. ubi mandasse dominus videtur debitoribus, ut procuratori soluant, quoniam cum a procuratore, cogi possent ut soluerent, iniquum esset eos soluendo ei non liberari cui soluere coguntur non autem liberarentur, nisi mandatu domini soluere intelligerentur. cessat autem hec ratio in mutuantibus aut fideiubentibus, quia utriusque voluntatis est, soluere autem necessitatis. explicant hec Castrens. in d. l. liberto 31. ubi Cuiac. lib. 2. respons. Papin. Fulgos. ibidem, quamuis postremum hoc ex d. §. si Titius non satis capiant, et precipue Fulgos. qui in d. §. idem Papinianus utilem institoriam mandati fideiussori tribuit natam scilicet ex contractu procuratoris siue institoris mandantis fideiussori ut intercedat. Id.

hoc omnino falsum, intercessit enim in d. §. idem Papinianus, fideiussor quia dominus procuratori mandauerat ut mutuum acciperet, non quia ipse procurator mandat, ut fideiubeat; quae valde diversa sunt, nam si fidem procuratoris sequeretur fideiussor principaliter dominus institoria non obligaret l. 1. d. de institor. et eadem ratione creditor, si contemplatione ipsius procuratoris mutuam pecuniam daret obligatus eius haberet certi conditionem, contra dominum autem institoria uti non posset l. eius qui C. si certum petat et rursus si domini contemplatione; contra eum utili institoria negotiorum gestorum experiretur, contra procuratorem ex mutuo non ageret, quia nec ei mutuum dedit, cum domini contemplatione dederit; nec domino rursus mutuauit, quoniam ipsi nihil numerauit, ac proinde obligatio re contrahi non potuit, ut considerat Cuiac. in d. l. eius qui, et lib. 2. respons. Papi. in d. l. liberto 31. vnquo peccat multum Fulgos. in d. l. liberto 31.

l. idemque 10 §. idem Pap. d. mand. l. liberto 31. §. idem Papinian.

Quare fatendum est, in hac specie fideiussori quidem semper utilem negotiorum gestorum actionem institoriam dari, de qua intelligenda est d. l. liberto 31. d. §. 1 idem Papinianus, ubi sic post Accurs. Cuiacius et in d. l. liberto 31. utilis datur non directa, quia praepositus mutuis accipiendis pecuniis non est proprie institor, alioquin directa institoria daretur fideiussori d. l. cuicumque §. §. item fideiussori d. tit. sentit Castr. in d. liberto 31. Alberic. in d. §. idem Papinianus negotiorum gestorum agitur, quia qui contemplatione mandati, quod habet procurator a domino, fideiubet, cum ipse nihil mandatum sit in rem et negotium domini intercedere videtur, cuius administratio procuratori mandatur l. 1. §. 1 d. de procurat. et ideo quamuis postea in rem domini non versetur negotiorum gestorum agitur initio inspecto d. l. liberto 31. ubi quod hoc videndus Faber. datur autem haec actio negotiorum gestorum ad exemplum institoriae, quoniam alioquin ex negotio gesto cum procuratore, in solidum absens dominus teneri fas non esset l. 1. d. de institor. cum autem institoria actio propria non sit sed adiectio quaedam et qualitas aliarum actionum veluti institoria ex empto l. Iulianus 13. §. si procurator d. de action. empti. mirum non est negotiorum gestorum actionem ad exemplum institoriae accommodatam utilem institoriam vocari. rursus in creditore qui praeposito ad mutuum accipiendum credidit, distinguendum est, nam si contemplatione domini et negotii credidit veluti ut ea pecunia pignus liberet, negotiorum gestorum utilis institoria ei dabitur l. si pupilli 6. §. 1. d. l. liberto 31. d. de negot. gest. sin autem contemplatione sola ipsius domini, et quasi ei mutuans ut ad eum pecunia perueniat, utilem certi conditionem ex mutuo habebit non directam quo-

Quoniã ei n̄ numerauit, sed ad exemplũ institoriæ, quoniã ipsius fidẽ sequutus procuratori dedit l. ult. d. quod cum eo l. ult. d. quod iussu utraque autẽ actio vocatur utilis institoria in d. l. in eũ 19. et in d. l. si mutuũ §. C. eod. quæ ad utramque referendæ sunt iunge notata infra n.° 30.

5. Secundo obseruandũ est circa d. l. in eũ 19. differentiam nobilẽ extare inter actionẽ, quæ creditori contra dominũ datur, et illã quæ domino datur contra eum qui cum institore contraxit l. 1. d. h. t. l. Iulianus 13. §. si procurator d. de act. empti creditor enim utiliter contra dominum agit institoria, etiã si procurator soluendo sit, et a beo credituũ seruare possit d. l. in eũ 19. l. si pupilli. 6. §. 1. d. de negot. gest. veluti si stipulatus sit a procuratore; hæc enim stipulatio ex abundanti interponitur atque ita prior obligationẽ contra dominũ quæ principalis fuit n̄ nouat d. l. si pupilli 6. §. 1. l. pater. 20. §. ult. d. de in rem verso. e contrario dominus contra creditorẽ qui cum institore contraxit n̄ experitur si institor soluendo sit quoniã hunc principaliter obligatũ habet, ut exprimitur in l. 1. d. h. t. et ideo eidum taxat in subsidiũ contraria institoria actio datur contra eos qui cum institore contraxerunt si rem aliter seruare non possit l. 2. d. h. t. l. in omnibus §. d. de pretorijs stipulat. iuncta l. 1. §. si de contrario d. de exercitor. obserbat Cuiac. lib. 3. respons. Pap. in d. l. in eũ 19. et 2. partẽ lib. 48. Pauli ad edict. in d. l. in omnibus. §. et lib. 2. respons. Papin. in d. l. libertos Pet. Vueremb. ad hunc tit. n.° 7. duaren. ad hunc tit. c. 4. late Faber in d. l. 1. h. t. qui tamẽ in d. l. in eũ 19. cecutit adeo circa interpretationẽ vers. quod si quis ut eius sententiã et referre pudeat, ne dũ refellere.

26. Obstat nuper propositis textus in l. Iulianus 13. §. si procurator d. de action. empti, ubi ex venditione facta a procuratore quasi institore, utilis actio ex empto domino datur et quidẽ absolute, quemadmodũ e contrario aduersus dominũ, in quo et refragatur d. l. 2. h. t. quæ non nisi in subsidiũ domino actionẽ dat aduersus contrahentes, cum institore. et Papinianus in l. possessio. 49. §. ult. d. de adquir. poss. ubi domino ~~actionẽ dat ad~~ ex venditione procuratoris actio non datur, nisi cedatur a procuratore. Respondendũ est, aliud in procuratore simplici, de quo in d. l. possessio 49. §. ult. et in procuratore ad litẽ de quo in l. si procurator meus §. ult. d. de procurator decreui iunge Cuiac. lib. 30. ad edict. Pauli in l. si quis 17. d. h. t. aliud in procuratore quasi institore qualis est, qui ad rẽ vendendas preponitur quiquamuis

l. Iulianus. 13 §. si procurator d. de action. empti.

ppriè institor non sit, quia uni dumtaxat, negotio preponitur, quasi institoria tamen est quia propter questum preponitur, ut carius vendat, et ideò et utili institoria ex empto dominus tenetur, et utili etiam convenire potest emptorem, d in subsidium, ac itidem, si procurator institor solvendo non sit, cum quo temperamento intelligit d. §. si procurator, post primam glossam ibi Odofr. et Raynev. Alber. in l. 1. C. per quas person. et in d. §. si procurator ubi et Cuiac. lib. 8. respons. Papin. et Fulgos. n.º 2. qui ita sibi videri scribit hinc ad mille annos. quamvis dissentiat Castr. ibi n.º 2. contendens cum aliis utilem ibi domino competere etiam si procurator solvendo sit, quoniam ex re domini contraxit l. quod procurator ff. d. de procurator ibi. iuncta l. servus 20. d. de usu et habit. illud cum Cuiacio notandum actionem que domino da(tur), qui vendidit ex empto vocari in d. §. si procurator et in l. un. C. si servus ex tero se emi. imperfecto genere loquendi, cum perfecta oratio sit ex vendito, empto, vel potius quia plerumque actio ex empto vocatur ex vendito et e contra l. veteres 29. d. de contra. empt. sicut actio ex conducto dicitur ex locato l. 1. §. sed e contrario l. 5. in princ. ubi habet d. de exercitor. nisi malis aliter interpretari cum Fabro in d. §. si procurator, qui utramque antiquiorum interpretationem sic componit, ut conciliare amice videantur, et sane probabilior eius expositio est.

l. cuicumque 5. §. Labeo. d. Soc. ff. Sed ut ad exempla, in quibus, quia propriè institor quis non est, utilis institoria competit, ut notavimus supra n.º 17. iam regrediamur. secundum exemplum sit, in eo, qui mutuis pecuniis dandis sub fenore proponitur nam si sine fenore, et gratuito mutuum datur, distat res adeo a genere negotiationis et questus, ut nec improprie quidem institor dici possit, qui sic mutuat l. principalibus ff. d. de rebus cred. ac proinde nec utilis institoria competat, ut resolvit Stracca de mercat. 2. p.te n.º 42. utilis tamen institoria dabitur si eveniat institorem in vicem aliqua ex causa obligari ut in l. ult. d. quod cum eo. ambigua et anceps magis questio est in feneratoribus, qui propriè mercatorum aut negotiatorum appellatione contineri non videntur argumento ex d. l. principalibus ff. l. cuicumque 5. §. Labeo d. h. t. l. quesitum 12. §. idem respondit domo instructa 48. verb. sed et ipse d. de instructo et instrum. l. q. ubi feneratores a mercatoribus et negotiatoribus distinguuntur; et sane mercatores non esse satis certum d. §. idem respondit et d. §. Labeo. nihil enim

mercat

mercantes nihil emunt aut vendunt, quod si facerent, quamvis supra domus
mores que legitimi mercatores dicerentur c. eijciens 88. distinct. sed nec
negotiatores proprie sunt d. l. principalibus §. negotiatio enim est ex qua
ultro citroque obligatio nascitur l. legatis 65. Bart. in d. l. legatis 65. n.°
2. quem sequuntur laudati a stracha de mercat. . n.° 46. d. de leg. . id.
que in hoc tractatu exploratis ut notat Bart. in d. l. legatis 65. Donel. ad
hunc tit. n.° 14. qui autem fenebris pecunias dat accipientes obliget, ipse non obli-
gatur, et ideo nec mercator est, nec negotiator ut docet Castr. Angel. in d. l.
in eis 19. Roma consil. 92. n.° 4. Stracca de mercat. p.te 1. n.° 27. et
90. Nec ad rem pertinet textus in d. l. cuicumque 5. §. Labeo, ex quo colligunt
directam institoriam dari contra eum, qui fenerandis pecunijs praeposuit, et con
sequenter feneratores proprie negotiatores esse Accurs. et Alber. in d. l. in eis
19. Straccha sibi contrarius d. 1. p.te n.° 48. et n.° 90. Iurectus practic. con-
clus. litt. I. conclus. 224. n.° 9 verius est enim tractari in d. §. Labeo de
utili institoria qua in solidum tenetur, qui fenerandis pecunijs praeposuit, quia
quodammodo negotiator est, qui feneratur, cum negotium quaestuarium exercetur, si
cut, in alijs exemplis, que extant in d. §. Labeo, et exposuimus supra n.° 7.

28. Pertinet ad hanc questionem praepositi fenerandis pecu-
nijs elegans papiniani locus in l. in eis 19. §. ult. d. h. t. que recte in
. . p.tantes post Accurs. verbo quod autem Bart. Castr. et Fulgos. ibi expe-
ditius tamen et videndi omnino Alber. Faber. et Cuiac. . . respon. pa-
pin. Sententia legis hec servus praepositus fenerandis pecunijs, si per intercesi
ssionem novandi animo alienum debitum in se suscipiat, aut quasi fide iussor
pro alio obligetur, ut institor, dominum non obligat actione institoria, quia
non praepositus est, ut intercederet, sed ut feneraret l. 5. § . tamen d. h. t.
Sed si cum Titio pecuniam feneraret, et is se accepisse chirographo testatus sit
iussu eius sive eo delegante, creditori prius eandem promiserit, quamvis itaquoque
debitum alienum suscipiat dominum institoria obstrictum relinquit, quoniam
fideiussio hec appendix et sequela est fenerationis l. 5. § . fideiussori
d. h. t. et pecuniam Titius fenerasse hoc est fenori accepisse videtur, dum
eo delegante creditori prius promittitur.

29. Sed obstare videtur decretum quod extat in l. ult. d. quod eo. ubi

servus praepositus mutuis pecunijs dandis et pignoribus accipiendis apud nego-
tiatores hordei qui scilicet hordeum vendebat, pro emptore debitum suscepit, hoc
fide sua adstrinxit. cum servus institor fugisset, quaesitum est, an domini nomine in-
stitoria teneatur, ei cui servus institor pretium ordei pro emptore promisserat et re-
det non teneri, quia praepositus, ut mutuaret non ut inter cederet d. L. 5. §. non
tamen, et cum pro emptore pretium promisit, quasi fideiussor censendus est
cum pro alio soluat debitum non pro alio suscipiat debitum, inquit Paulus, hoc
est, cum per intercessionem pro alio eius debitum et aes alienum quasi a se debitum
soluat, non autem per delegationem eius sui mutuat, debitum suscipiat, ut d. th...
guit Papinianus ind. L. in eum 19. §. ult. quamuis melius sit, si inversum verborum
ordinem dicamus et sic legamus, quasi fideiussionem evidenti eum pro alio susce-
peret debitum, non pro alijs solueret debitum ut emendat Cuiac. lib. 13. obs. c. 35. in
fine ex fideiussione autem in dominum actio dari non solet d. §. ult. L. si servus
19. d. de fideiuss. L. 3. §. si filius familias d. de pecul. Pronuntiauit tamen
tamen annone praefectus dominum teneri, et sententiam confirmauit, seu pro
eius correxauit, ut Florentie legitur, et defendit Cuiac. lib. 17. obser. 20
Imperator. Sed singularis ratio est, ducta et ex consuetudine domini et ser-
ui, qui solebat aes alienum pro emptoribus hordei suscipere, et ex tacita
voluntate domini, quo sciente ita servus negociabatur, unde non tantum
mutuo dando, sed et in omnibus alijs eum suo nomine substituisse dominus
creditur d. L. ult. ubi sic post Bart. Fulgos. Castr. et Alber. et Anton.
Faber. qui optime concludit praepositum certae rei si in alijs plexis quae scien-
te et patiente domino negotiatur pro generali institore habendum esse argum.
ex L. itaque si filius 7. §. quamquam d. de S.C.° Macedon. L. vel univer-
sorum 12. d. de pignor. act. de quo tacito institore Bart. quaest. 79. Jaso in L.
si institorem 29. n.° 2. Tusch. pract. Litt. I. conclus. 224. n.° 5. et seq. Nec
repugnat L. 1. §. magistrum 5. vers. et facilius d. de exercit. referendus enim
est ille versic. ad praecedentia, non ad proxima ita ut sensus sit exerci-
tores teneri ex gestis magistri et eius quem magister sibi substituit, dominus
autem et contractu eius quem institorem praeposuit, quia maior publica utili-
tas versatur in exercitoria quae institoria ut explicat Faber ind. §.
magistrum.

Caeterum circa praepositum mutuis accipiendis pecunijs duo mesteris se...

Video conexa, superioribus non cohærentia, retra ham tamen et retractabo leui manu dixi n.° 24. ad finem utilis institoriæ datæ, quia credidit præpositum mutuis accipiendis pecunijs, ita ut si contemplatione negocij quod dominus institori mandauit, mutuum datum sit, utili institoria negotiorum gestorum agatur, sin autem contemplatione ipsius domini, et quasi ipsi credens, agatur certi condictione utili institoria. Hæc ideo quia præpositus mutuo accipiendo institor propriè non est.

Cæterum si tractetur de vero institore certæ negotiationi præposito et is in eam rem mutuam pecuniam accipiat si contemplatione domini detur cum ipso contrahi videtur l. heres 19. §. apud d. de in dit. cuius sententiam illustrat late Barbosa ibi, et institoria, actione et directa certi condictione experiri creditor potest l. si institorem 29. d. de rebus cred. l. ult. d. quod iussu l. ult. d. pro socio l. si quis mancipijs 17. §. ult. d. h.t. §. ult. institut. quod cum eo de quorum iurium expositione et compositione cum his quæ disc ruimus supra n.° 23. et 24.

Fateor mihi non satis liquere et diludia posco, ut deliberem. interim conferenda scripta a Fulg. in d. l. si institorem 29. et d. l. si quis 17. §. ult. ubi Alceric. Faber. in d. l. 29. et d. §. ult. et d. l. ult. quod iussu et d. l. ult. pro socio donel. in d. l. si institorem 29. Barbos. in l. post dotem 42. n.° 21. d. solut. matr. Cuiac. lib. 30. pauli ad edict. in d. l. 17. §. ult. =

Re alius considerata, sic paucis habendum. ex contractu servi aut filij institoris directa actio ciuilis siue condictio in dominum vel patrem datur l. si quis. 17. §. ult. d. h.t. nempe cum sic contrahitur non quasi negotium præponentis gerat, tunc enim competeret negotiorum gestorum l. 6. §. 1. l. liberto 31. d. de neg. gest. sed quasi cum ipso præponente contrahatur, quia tunc perinde est ac si iussu eius contraxerit, ut scribit ex Iuliani sententia Paulus lib. 4. ad Plaucium in l. si institorem 29. d. de reb. cred. cum autem iussu patris domini ve contrahitur principaliter cum ipso contrahi videtur ut exprimitur in §. ult. inst. quod cum eo. iuncta l. 1. d. quod iussu l. si quis 41. §. 1. d. de rei vindic. l. si servus 14. d. de adquir. poss. ita sentit Fulgos. in d. l. si quis. 17. §. ult. ubi Faber Hotm. in epitom. h.t. n.° 3.

Nec tamen ideo superflua actio institoria, ut Alber. argumentatur in d. l. si quis 17. §. ~~in dicto~~ ult. quippe si liber homo vel alienus servus institor sit non videtur cum ipso præponente contractum l. 1. d. h.t. l. quæcumque 11. d. de oblig. et act. et ideo tunc necessaria est institoria nisi

in mutuo L. certi q. §. ibi nummos d. de reb. cred. L. 2. C. per quas pers. L. si ita 126. §. Chrysogonus de V. O. deinde etiam si servus proprius v. filius sit interest plures actiones habere, et accedit sive adijcitur civiliter titoria vel exercitoria L. 5. §. 1. d. de exercit. notat Hotm. ad tit. de exer. non maxime cum verisimile sit non satis constitisse inter veteres, an d. ro et civiliter preponens teneretur d. L. si institore 29. ibi posse dici. nam ait L. ult. d. quod iussu ubi paulus d. lib. 4. ad Plautium, ex quo exc. est d. L. si institore 29. ait si dominus vel pater mutuum acceperit ... rint filio aut servo numerari, nullam questionem esse, quin condictione te... antur, quasi scilicet in illa specie d. L. si institore dubitabilior questio es... et subiungit immo hoc casu de iussu actio non competit quasi scilicet i... casu d. L. si institore 29. aliud esset, quia iussu preponentis contrahi vi... tur ratio autem d. L. ult. quod iussu. ea est, quia nudo ministerio filij vel se... uti, et ipse pater aut dominus contraxere videtur eadem que ratio est L. ult. ... pro socio.

070 . Extat aliud exemplum utilis institorie in L. sed si pupillus 11. §. ult. cum leg. et ideo 12. d. h. t. cuius speciem involutam et intricatam valde evolvere inter antiquiores conatus est Albericus. ibi, extricarunt ... lle Cuiac. lib. 11. digest. Iuliani in d. L. et ideo 12. et Ant. Fab. ibidem. ... notandum utilem institoriam dari in d. L. et ideo 12. non quia vicarius servi ... alterius domini proprie meus institor esse non possit, potest enim L. sed si quis 7. §. 1. L. idem erit 19. d. L. si quis mancipijs 17. §. 2. d. h. t. sed quia cum institoria adiectio quedam sit actionis ex contractu cum institore co... petentis L. 5. §. 1. d. de exercit. L. 1. d. h. t. emptio autem inter dominum et se... rvum contracta inefficax fuerit iure civili nec actionem ullam pepererit L. si venditor 14. §. sed et si pupillus d. de in diem addict. satis est, si a pretore uti... li institoria ad equitatem accommodata adiuvetur, quo argumento utilem etiam exercitoriam esse adfirmo, que tribuitur in eadem specie in L. 5. d. de exercit.

. Sed ut primum hunc de institoris definitione et descriptione terminemus excursum, duo animadvertenda supersunt. Primum quinam insti... tores preponere aut preponi possint. Secundum an mensa nummularie pre... posita institor sit, priorem disquisitionem tractat ex professo Ulpianus in L. sed et si quis. 7. d. h. t. ubi in §. 1. ait parvi referre, quis sit institor, masculus an femina, liber, an servus proprius vel alienus. et deinceps. Singula ut singilatim lustremus, dicimus tam masculos, quam feminas preponenti...

rega...

negotiationi institores esse posse, et ideo si filia familias vel ancilla preposita sit institoria actione qui preposuit, tenebitur d. l. sed et si quis 7. §. in fine plerique puellas etiam taberniis preponunt ut ait Cuiac. in l. plerique 8. d. h. t. et solent femine vel in taberna aut caupona obsequio famulari servili et potantibus ministerium prebere, ut loquitur Lex que adulterii 29. C. ad Leg. Iul. de adult. l. 1. C. Theod. C. tit. vel artificium aliquod vulgare exercere propriaque velut si sarcinatrices sint aut textrices l. et ancillarum 27. d. de peculio, vel denique in certo mercis genere negotiari l. procuratoris 5. §. sed et si ancilla. d. de tributoria quo casu proprie institrices femine sunt quamuis non eo sensu, quo ~~Plautus~~ Plautus alibi institrices vocat ancillas pro domina negotiantes, qualis chrysis illa apud Petronium, que domine hilaritatis curabat, et tribunatus eius voluptatis gerebat.

3. Sed et liber an seruus sit institor nihil interest nam et si liber homo sit, qui negotiationi aut naui preponitur institoria aut exercitoria preponens tenebitur l. sed et si quis 7. §. 1. d. h. t. l. 1. §. cuius 4. d. de exercitor. act. nam quamuis ex contractu liberi hominis obligatio alteri adquiri, aut in alium transferri non soleat l. 1. Cod. per quas personas l. solutum 11. §. per liberum. d. de pignorat. act. l. eaque ciuiliter 53. d. de adquir. dom. l. quecumque 11. d. de oblig. et act. in institoribus tamen et magistris publica utilitas que in conseruatione commercij et in exercitione nauium versatur persuasit, ut a pretore actio daretur in eos qui liberum hominem preposuissent, cum equum etiam sit, ex eorum contractibus nos obligari ex quorum actu locupletamur l. 1. ubi Faber d. h. t. l. 1. in princ. ubi Faber d. de exercit. eleganter Donel. ad tit. C. de institor. n.o 1. et seq. vnde vt liber homo pater familias sit, siue filius familias, et rursus siue in potestate preponentis sit, siue sub alterius potestate institoriæ et exercitoriæ locus est l. 5. in princ. de exercit. l. et ancilla si filius fam. 7. §. in tertijs d. de S.C. Maced. illud tamen notandum filium familias institorem si a patre suo, cuius in potestate est preponatur et mutuum acceperit exceptione Macedoniani non usurum quia cessat hoc casu. S. C.tum aliter atque si ab extraneo preponatur et mutuum acceperit, quia tunc habebit ipse macedoniani exceptionem quamuis utroque casu perinde preponens institoria teneatur; exprimitur

Haec differentia in d. l. itz si filius fam. 7. § in ti. dy.

Denique sive proprius servus sit sive alienus, deinde institoria competit d. l. et si quis 7. § 1. l. idz 4. l. si quis 17. § 1. d. h. t. idque exercitoria iuris est l. 1. §. cuius 4. d. de exercit. quia quamvis in alijs causis ex alieni servi facto aliter quae ex proprijs teneamur l. ult. in princ. et §. hac actione d. nautae caupones id tamen est in delictis, quorum alia ratio est, quae contractuum l. 1. § sed si [illegible] d. de exercit. in contractibus enim eadem publica utilitas, et fides praepositionis evincit aeque ex contractu servi alieni aut liberi hominis institoris aut magistri praeponentis teneri acsi servus proprius, et alienus aut liberus homines navi aut negotiationi praepositos adhuc superest. nam ex contractu servi proprij domino recto iure actiones adquirunt, ac proinde praetoris auxilio non eget contra eos qui cum servo contraxerunt; at ex contractu servi alieni aut liberi hominis contra eos qui cum eo contraxerunt, actiones praeponens non habet haec enim ei per eos qui in sua potestate non est adquiri non potest l. 1. et 2. l. per quas person. l. ea quae civiliter 53. d. de adquir. dom. l. quaecumque 11. d. de obligat. et act. et ideo, quamvis adversus ipsos liberos homines aut contra dominos servi quae praeposuit mandati aut negotiorum gestorum agere posit si tamen illi solvendo non sint, praetor aequitate rei motus actiones praeponenti politicis contra eos qui cum praeposito contraxerunt l. 1. et 2. d. h. t. l. 1. §. ex contrario d. de exercit. l. in omnibus 5. d. de praetor. stipulat.

Sed et si pupillus institor sit, ex eius contractibus, institoria dominus tenetur nihil enim refert, cuius aetatis sit institor vel exercitor l. 1. §. cuius d. de exercit. d. l. sed et si quis 7. §. ult. d. h. t. et quamvis ipse pupillus non obliget praeponenti, nisi tutore authore praeponatur l. obligari 9. d. de author. tut. praeponens tamen obligabitur his qui cum pupillo contraxerunt, nec nova haec inaequalitas in persona pupilli l. Iulianus 13. §. si quis a pupillo d. de action. empti, imputare enim sibi debet, qui pupillum praeposuit d. l. sed et si quis 7. §. ult. ut qui parum diligenti amico rem custodiendam tradit non ei, sed suae facilitati id imputare debet, §. praeterea instit. quib. mod. re contr. obl. et qui parum diligentes socios sibi assumit, de se queri sibique hoc imputare debet §. ult. instit. de societ. et qui minori viginti quinque annis negotia mandat, imputare sibi debet, quod tali commisit l. cum mandati 23. §. in fine d. de minor. explicant post Gab. in d. l. sed et si quis 7. §. ult. et in d. l. 1. §. cuius 4. Carol. Labbeus in

inobservabat. in synops. Basilicon lib. 18. pag. mihi 41. Cuiac. in l. 3. §. ult. d. de minor. unde fit, ut ex persona minoris institoris vel pro curatoris dominus maior viginti quinque annis in integrum restitui non possit, quoniam voluntate eius gestum videtur et sibi imputare debet, cum minori rem commiserit l. 3. §. ult. l. 4. l. cum mandatu 23. d. de minor. Iul. Paul. lib. 1. sentent. tit. 9. §. 2. Cicero in frumentaria mala inquit ac misera defensio pretoris hoc dicere ego frumentum neque attigi neque inspexi mancipiis potestatem probandi improbandique permisi, et paulo post mala est haec quidem ut dixi ac potius perdita maximorum peccatorum huius autem iniquitatis et inertiae confessio non defensio criminis. Excipitur ille casus cum scilicet, quod procurator minor solverit a domino servari non potest, tunc enim dominus restituitur ex eius persona quoniam ipsius interest restitui d. l. cum mandatu 23. d. de minor. prosequitur Cuiac. lib. 11. Pauli ad edict. ibi et in d. l. 3. §. ult. et tractat. 7. ad Afric. in
6. d. l. 4. d. de minor. Donell. lib. 21. com. c. 7.

Dixi quoniam institores preponi possint, videamus, qui preponere et sane Ulpianus ait in d. l. sed et si quis 7. §. nihil interesse, quis preponat; unde quemadmodum in preposito ita et in preponente adfirmamus, parvi referre masculus sit an femina nam etsi femina preponat, institoria tenebitur exemplo exercitoriae actionis ut Ulpianus ait in d. §. 1. nam et mulier, quae navem exercet, si magistrum ei preposuerit exercitoria tenebitur l. 1. §. parvi 16. d. de exercit. idque e contrario ad similitudinem institoriae fieri scriptum est in l. 4. C. de institor. nimirum quoniam eadem in hac parte utriusque actionis aequitas et ratio est. §. eadem instit. quod cum lib. notat Fab. in d. l. 7. §. 1. et in d. l. 1. §. parvi 16. nec ad rem pertinet, quod ex persona alterius obligari mulier videtur, ac proinde Velleiano locus est l. 2. et passim. d. ad S.C. Velleian. mulier enim preponendo rem suam potius gerit quam alienam et in rem suam obligatur, ideoque non intercedit argum. et l. si mulieri 22. d. ad S.C. Vellei. docet Accurs. in d. l. 4. C. de instit. Duaren. ad hunc tit. c. 2. Cuiac. in recitat. C. h. t. in fine. nec alienam obligationem suscipit sed suo nomine tenetur quoniam traxisse ipsa videtur cum iussu eius contrahatur l. si institori 29. d. de reb. cred. l. ult. d. quod iussu l. heres 19. §. apud d. de iudic. explicat eleganter Synopsis Basilicon lib. 53. c. 39. his verbis. nec enim illi contractus alieni sunt, sed ipsius mulieris, nam quae pro alio intercessit mulier non te-

tenetur. nec enim mulier ex nomine contractuum alienorum obligari oportet. vide Dus Carol. Labbeus ibi pag. mihi 162.

Vindicant sibi hunc locum suo iure recte et elegantes differentiae, inter actionem institoriam et exercitoriam, circa praepositi et praeponentis personam. quas ut stricto sobrioque stylo circumscribamus, prima illa sit, quae circa praepositum cohaeret. Femina nimirum et negotiationi praeponere et praeponi potest, et utroque casu institoria locus est d. l. sed et si quis 7. § 1. l. nam et plerique 8. d. tit. at navis exercitioni praeponere quidem potest magistrum navi praeponit et exercitoria tunc tenebitur d. l. 1. § parvi 16. l. 4. C. de institor. ipsa autem praeponi, ut magisterio fungatur non potest, quia cum magistrum navi praeponit, et per eum exercet nihil contra sexum verecundiam facit eum autem ipsa praeposita et navigantium se negotijs miscet et pudicitiam violat sexus consequenter et utilitatem publicam, quae versatur in navium exercitione l. 1. in princip. et § licet autem d. de exercit. ideo quae iure arcetur ab hoc munere l. 1. d. ad S.C. Velleian. l. 2. d. de regul. iur. idemque in pueribus recte censet Faber. in d. l. 7. § 1. ut quod scriptum est in d. l. 1. § cuius 4. nihil. referre cuius aetatis sit magister intelligatur de minoribus viginti quinque annis puberibus tamen. et ideo consulto consultus si quid ego sapio in d. l. sed et si quis 7. § 1. ait, si mulier praeposuit competere institoriam exemplo exercitoriae actionis, sin autem mulier praeposita sit teneri etiam ipsam, et nec exemplum exercitoriae quo in muliere praeponente usus fuerat, in praeposita refert aut repetit, scilicet, quia mulier negotiationi praeponi potest et solet et institoria competit navi autem nec solet nec potest, et consequenter exercitoriae locum non est. et in ea re aut incompetente graeci librorum iuris interpretes, qui verba d. l. sed et si 7. § 1. vers. nam et si mulier ita vertunt aut exprimunt lib. 18. Basilicon pag. 177. tit. de servis et filijs qui sunt in potest. apud Labbeum in Synops. pag. 40.

quae si verbum verbo redas sic habent. nam et mulier si praeposuerit, aut praeposita fuerit tenetur exemplo exercitoriae actionis, qua convenitur, si quis servum suum magistrum navi praeposuit duo in hac versione vitia, nam verba sic concipiuntur ut mulierem praepositam teneri significent exemplo exercitoriae quod ineptum nec enim unquam exercitoria contra praepositum scilicet magistrum sed contra praeponentem nempe exercitorem competit et quamvis contra praepositum daretur, id in muliere non admitteretur

quia

quia pre poni navi non potest. ac proinde per peram exemplum exercitoriae sic adducitur, ut ad mulierem eius pre positum pertineat.

18. Differentia secunda haec esto; dominus ex contractu institoris ab institore suo pre posito, non tenetur, preposuerat enim eum dominus, ut negotiaretur, non ut alium preponeret, quod si fecit legem pre positionis egressus est, et ideo dominum non obligavit l. 5. §. non tamen l. sed si pupillus 1. §. conditio d. h. t. sed si procurator vel curator minoris aut tutor institorem prepos[u]erint, tenebitur ex eius contractu dominus l. 5. §. ult. d. h. t. quia quod a procuratore fit dominus ipse fecisse videtur l. 1. §. ult. d. quod iussu l. si quis. 7. §. ult. d. de iurisd. idemque in curatore et tutore iuris est, l. 2. d. quod iussu quin et ipse procuratorem in l. sed et. 6. d. h. t. ubi conditio illa si omnium rerum procurator est referenda est ad illud quod veri simile est paulus simul dixisse nempe dominum teneri ex contractu institoris prepositi a procuratore, si scilicet generalis sit, quia hic pene quidem dominus est, et alieni juris vicarius ut loquitur Cicero in orat. pro Cecinna et explicat post Accurs. in d. l. 6. Cuiac. lib. 30. Pauli ad edict. ibi idemque erit, quoties ab eo qui negotia mea gerebat pre positus quis sit et ego ratum habuero, nam teneor institoria l. sed et si quis. 7. d. h. t. quia rati habitio mandato comparatur l. ult. C. ad S. C. Maced. e contrario exercitor ex contractu eius quem magister ab eo pre positus sibi substituit, sive eo sciente sive ignorante, tenetur exercitoria, et quod magis est, etiam si nominatim prohibuisset alium pre ponere l. 1. §. magistrum d. de exercit. id autem (filius) admissum est in magistro, quam in institore ut scriptum est in d. §. magistrum, propter utilitatem, hoc est, quia quamvis utraque actio publicae utilitatis causa agatur, institoria commerciis terrestris l. si quis 17. §. si impubes d. h. t. exercitoria maritimi, maior tamen utilitas et necessitas est exercitoriae, ut probatur in l. 1. d. de exercit. + ~~in prin.~~ Cuiac. in recit. C. h. t. quamvis idem in institore hoc casu servandum per peram contendat Accurs. in d. §. magistrum cui non favet l. 5. §. sed et si ancilla d. de tributor. illa enim exequatio gesti cum servo vel cum institore eius pertinet ad actionem tributoriam ut diximus n.° 40. in fine.

+ ex cornant, de sententia Sanc agnoscentes. Castr. n. 6. et Fab. in §. magistri. duar. ad tit. de exercit. c. 2. insp.

19. Tertia differentia sit, filius familias et servus si naves exerceant voluntate patris domini ve, ei magistrum pre ponere possunt et ex gesto cum magistro dominus pater ve in solidum actione exercitoria tenentur l. 1. §. si hi qui naves cum §. seqq. et §. quamquam 23. d. de exercit. act. vel etiam

de recepto si quid filius servus ve receperit l. 3. §. si filius familias d. nau[tae] et caupon. Paulus lib. 2. sentent. tit. 6. quae tamen actio de recepto locum [habet] etiam si servus voluntate domini cauponam vel stabulum exerceat l. ult. §. ult. d. nautae caup. nisi si scientia sola patris domini ve sine alia voluntate intercesserit haec enim eos in solidum non obligat sed dumtaxat in tributum vocantur. actione tributoria vel de peculio si pater dominus ve ignoraverint, ut docet Ulpianus, ex Pomponij sententia (verè referenda cum Fabro in d. l. 1. §. licet 20. in fine d. l. si servus 6. d. de exercit. act. Ceterum si servus aut filius, in merce peculiari negotiente quamvis eorum voluntate, in solidum non tenentur sed dumtaxat in tributum vocantur d. l. 1. §. licet 20. differentiae ratio ex eo, quia navis exercitio ad summam reipublicae pertinet, ut legendum esse in d. §. licet docet Cuiac. lib. 12. observ. c. 32. et consentiunt [...] docte Florentini, et textus in l. municipes 14 ibi quibus summa respublica commissa est d. ad munic. Agell. lib. 18. noct. c. 4. Populus

V.[de] et Lanegyritaget que ad org. notavi, et invent. mig lib. 15. pag. m. 491. Lacedemonius de summa reipublica sua deliberabat. Cicero lib. 2. de i[...] senatus consuluit de summa republica, Sueton. in Julio c. 28. M. Claudius Marcellus consul edicto praefatus de summa se republica ac turum eaque solemnem consulendi senatus formulam fuisse probat Brisson lib. 2. de formul. pag. mihi 184. vers. de republica. Publica itaque utilitas quae in exercitione navis versatur ut agnoscit Aristot. lib. 7. politic. c. 6. facit, ut pater vel dominus quorum voluntate filius aut servus navem exercuit in solidum teneatur actione institoria, non idem usus est d. §. licet [...] fecit, non eadem publica utilitas, et ideo tributoria dumtaxat dominus tenetur cuius voluntate servus in peculiari merce negociatus est.

Neque in hoc casu ex voluntate patris, quod iussu actio [...] contractus nascitur iuxta regulam l. 1. d. quod iussu, quoniam quod iussu actio non competit nisi cum pater specialiter iussit, cum aliquo contra[here] ut vult Barbos. in l. post. dotem 41. n.o 21. d. solut. matr. vel cum iussu certum contractum interponi, ut vult Bart. Castr. et al. Ber. in d. §. si is qui navem Duaren. ad tit. de exercit. c. 2. quamvis dissentiant Alex. n.o 11. in l. post. dotem 40. d. solut. matr. Fulgos. in d. §. si is qui navem. ubi [...] prene cetera explicant Castr. et Ant. Fab. Duaren. ubi sup. Cuiac. in [...] recit. C. h.t. illud non ita, cur institoria non teneatur is cuius voluntate servus negotiatus est cum sola voluntas tacita seu patientia institoriam producere soleat l. ult. d. quod cum eo l. ult. C. de institor. Respondeo est in propriè, ut sicut et ceteri agnoscunt institores siquo vocari [...]

in d. §. Licet. tum quia nulla solennis pre positio precesserat sine qua sola domini patientia non facit institorem d. l. ult. d. quod cum eo, tum quia merx peculiaris erat, in qua voluntas domini facit ut tributoria teneatur non institoria, ~~non datur sed utilis quia~~ que in merce dominica ut notat Barbos. in d. l. post 40. n.º 21. et ego didici ex l. sed si pupillus 11. §. si institoria d. h. t. eoque respicit lex 1. §. in tribus vers. quamquam d. de S.C. Maced. l. ult. C. eodem tit. ubi directa institoria non datur, sed utilis quia uni contractus negotio prepositus servus fuit non negotiationi l. 3. d. h. t. quamvis aliter Barb. d. n.º 21. ubi recte advertit differentie que proponitur in d. §. Licet, requirere, ut suponatur servus navem exercuisse ex causa peculiari, sicut et merces alioquim termini pares non erunt =. Hec ita nisi quis malit cum Fulgos. in d. §. si is qui navem et in l. 1. n.º 2. d. de tributor. ideo actionem quod iussu non dari contra eum cuius servus aut filius negotiatur eo volente quia non agitur de contractu ipsius servi aut filii, sed de gestis institoris, quem filius servus ve preposuit adque casus iussus non extenditur, quamvis quo ad hoc ut tributoria patur dominus ve teneatur nihil intersit, cum ipso servo contrahatur an cum institore eius, textus sic accipiendus in l. 5. §. sed et si ancilla d. de tributor. ubi tentat etiam Fulgos. nec institoria nec quod iussu agi posse in d. §. si is qui navem quia merx peculiaris erat in qua sola tributoria competit d. l. sed si pupillus 11. §. si institoria.

I. Per re examus de persona preponentis etiam, cuius etiam et sub tegmen superiores differentie obrupserunt. ergo pupillus, qui ius ipse negotiationi pre positus institoria obliget preponentem l. sed et si quis 7. §. ult. cum l. seq. d. h. t. l. 1. §. curiis d. de exercit. l. 3. §. ult. et l. seq. d. de minor. alius tamen pre ponere non potest sine tutoris authoritate quia sine ea non obligatur l. verum 9. d. h. t. idque in exercitoria iuris est l. 1. §. parvi 16. d. de exercitor. iuncta l. obligari 9. d. de auth. tut. l. 2. d. quod iussu nisi locupletior factus sit, aetenus enim institoria dabitur l. eatenus 10. d. h. t. pichard. in §. eadem n.º 29. instit. quod cum eo unde cum ex contractu cum pupillo possideri ex edicto bona eius creditoribus possint si non defendatur non tamen vendi usque ad pubertatem l. 5. §. 1. l. Fulcinius 7. §. adeo 10 et seq. l. si pupillus 10. d. quibus ex caus. in poss. eat. ex contractu vero paterno et possideri et vendi l. 7. §. ult. d. quib. ex caus. in poss. eat. | contractus cum pupillo ~~vide~~ videri dit si cum servo eius contrahatur ita ut de peculio agi possit, vel de in rem verso

† notat Cuiac. lib. 10. obs. c. 31. Donel. lib. 23. cm. c. 11 et 13. elegantem Ulpian. ind. l. 3. §. attractis

vel quod iussu vel institoria, quae duo posteriora actionum exempla siccis applicanda sunt, ut cum tutoris authoritate pupillus iussisse aut praefuisse institorem supponatur in d. l. 11. §. contractus ut Accurs. ibi notat, aut ex aere institoris locupletior esse, alioquin cum eo nec institoria nec quod iussu agi posset. Sed etsi minor viginti quinque annis institorem praeposuerit, auxilio aetatis utetur, hoc est in integrum restitui poterit causa cognitâ, ut scriptum est in l. sed si pupillus 11. §. 2. d. h. t. hoc est, ut graeci vertunt lib. 18. Synops. Basil. ου χωρὶς αἰτίας εὐλόγου non sine iusta causa id enim solum in causae cognitione versabitur. an iusta causa sit restitutionis impetrandae, hoc est, an minor suâ facilitate laesus sit in praeponendo institore l. verum 11. §. sciendum est l. quod si minor 24. §. non semper et §. ult. l. non omnia 44. d. de minor. l. necessariis 57. d. de adquir. hered. notat Duaren. ad hunc tit. c. 2. Anton. Fab. ad d. l. sed si pupillus 11. §. 2. nisi malis verba illa causa cognita, respicere ad id quod traditur in l. cum mandatu 23. d. de minor. ad finem quod mihi hodie probabilius videtur.

Quibus modis institor quis esse dessinat.
Caput. 2.

Peregimus priorem pensi nostri partem de persona institoris revocat nos alia non minus impedita in hoc tractatu quaestio, quatenus institoris officium expiret, in qua non religiose nimis ordine seruato, sed ut quisque se locus obtulerit progrediemur. quid refert? ad versaria haec sunt quibus non aliter brevitatis et verbi ratio constabit, quae si nulla ordinis.

Inprimis revocatione domini praeponentis institoris officium extingui certum est, praepositio enim mandatum est quod regulariter extinguitur revocatione mandantis §. ult. instit. de mandato. Sollemnis autem ac vulgaris removendi institoris ratio ea est, si palam praedicatur ne cum eo contrahatur deinceps enim praepositi loco non habetur l. sed si pupillus 11. §. de quo palam d. h. t. l. et si filius fam. 7. §. quamquam vers. interdum in fine d. de S. C.to Macedon. et si contractus sit institoria cessat, quamvis de peculio agi posset l. si quis servum 29. in fine l. quotiens 47. d. de peculio nec ad rem pertinet, quod publicâ hac proscriptione, liberi, et ingenui institoris fides suggillari videtur quod iniquum l. diffamari 5. C. de ingen. manum. l. ille quidem 8. in fine d. quod metus causa l. Quintus 48. d. mand. l. quae omnia 25. d. de procurat. quoniam poterit institor, si velit, impe

impetrare ut institoris officio salua existimatione careat d. l. quę omnia 2. §. nec adimenda domino est facultas reuocandi, quem pręposuit arg. l. 4. in princ. l. quę Tuberonis 7. §. pupillus d. de pecul. l. si in testamento 22. in fine d. si quis omiss. caus. test. et necesaria proscriptio est non solum ne dominus et pręposition teneatur, sed etiam ne alij cum eo contrahentes decipiantur, ut eleganter Faber in d. §. de quo palam.

Porro in hac publica proscriptione conditiones hę requiruntur ut claris litteris, unde de plano recte legi possit, ante tabernam vel locum ubi negotiatio exerceretur ibidem non in loco remoto sed euidenti, idiomate eo loco frequentius usitato proscribatur, et ut perpetuo proscriptum maneat, non obscuratum aut sublatum: quę singulla fusius exponuntur in d. l. sed si pupillus 11. §. proscribere et §. seq. ubi in transcursu notanda est formula illa unde de plano recte legi possit. quam singularibus litteris his V. D. ~~d~~ P. R. L. P. significasse veteres testatur Valer. Probus in notis jur. erat autem hęc vulgaris conditio legum edictorum et aliorum publice proscribendorum, nempe ut nec demisso nimis nec edito loco ponerentur sed unde recte legi possent de plano hoc est de terra, ut Accurs. et Accursiani loquuntur in d. §. proscribere et Duaren. ad hunc tit. c. 2. valde, e quo loco non edito, ut in l. si ut certo 5. §. sed interdum 7. d. commod. l. nec quid quam 9. §. de plano d. de offic. procons. siue χαμοθεν ut scriptum est in l. scire 13. §. oportet. 10. ubi Cuiac. d. de excusat. tut. siue ἐξεπιπεδου. ut loquitur Joseph. lb. 19. antiquit. Judaic. c. 19. et Synops. Basil. lb. 18. pag. mihi apud Labbeum 42. multa de his verbis Brisson. de V. S. ~~vbo~~ Planum. cęterum formulę nostrę vestigia insignita extant in fragmento legis veteris, quod ex bibliotheca regia Francorum profert Cuiac. lb. 7. obs. c. 29. ~~Cuiacius~~ Curius hęc verba. Apud forum palam unde de plano recte legi possitur proscriptum habuerint. Auson. in gratiarum actione pro consulatu. Has ego litteras tuas si in omnibus pilis atque porticibus unde de plano legi possint, instar edicti pendere mandauero, non ne tot statuis honorabor, quot fuerint paginę libelli huius? iderir ~~id~~ eo culpatum merito Caium Cęsarem ait Sueton. in eius vita c. 41. quod legem quamdam de vectigalibus proposuit cum per ignorantiam litterarum multa commissa fierent. flagitante pop. Rom. proposuit quidem, sed minutissimis litteris, et angustissimo loco, uti ne qui describere liceret. plura Brisson. de formul. lb. 3. pag. 309. et 362. Cuiac. d. lb. 7. obs. c. 29.

21

tam propalata eo pertinet, ut omnibus negotiatoribus revocatio institoris innotescat ne si cum eo

Plane tota hac proscriptio[t] contraxerint ignorationem revocationis obtendant ... causentur, cum omnes scire praesumantur quod publica proclamatione seu programmate multi sciunt argum. l. regula 9. §. sed facti 2. d. de iur. et fact. ign. l. ult. d. decret. ab ordin. fact. c. 1. de postulat. prael. c. 2. de constitut. de quo multa Fulgos. Castr. et Albert. in d. §. proscribere. Sussius practic. conclus. S. thom. litt. I conclus. 224. n. 52.

Ceterum propius praemovendi generaliter institoris formulae hanc fuisse suspicor: cum Sauario servo meo geri negotium veto. l. quoties 47. d. de pecul. ubi hac prohibitione consequutum dominum, ne institoria teneatur Paullus scribit, ceterum de peculio tenebitur l. si quis servum 29. in fine. d. de pecul. l. si quis mancipiis 17. §. proculus d. h. t. ... eodem tit. ubi vocabulo illa actione in ea re praeposita sic explicant de peculio deque versio in rem domini Graeci in synops. Basil. lib. 18. c. 8.

Sed posterius hoc

t. difficile est non solum ideo, quia tota aequitas actionis de peculio

t. permittere videtur quae voluntas cessat quoties aperte prohibet cum servo suo contrahi.

Compensare debere d. l. dotale 13 § ult. D. de fundo dotali explicat Cuiac. lib. 17
q. Papiniani in d. L. cum heres 51. et Lib. 13 obseruat. c. 16. Schiphordigerus
d. tract. 13. q. 4.
4 Verum ut Iustinianum nostrum quo vocat sequamur hac de legato
Cum dote in actione ex stipulatu non compensando definitio habet habuitque olim
Sane exceptionem nisi maritus uxori specialiter pro dote legauerit quia quemadmodum
Legatum a debitore alio ex voluntaria causa creditori relictum compensatur
Cum debito si eo animo relinquatur, L. cum pater 79 § titio de leg. 2. l. si debitor in
D. ad legem falcid. L. si compensandi 6. C. de hered. instit. quamvis alioquin non compensaretur
L. creditorem 85. D. de leg. 2. L. creditor 26. C. de legatis. ita si compensandi animo pro dote maritus
Uxori legauerit alterutro contempta esse debet ut vel legatum ex testamento petat vel dotem ex
stipulatu actione L. si filia 20 § item Pap. D. fam. ercis. L. quod iure 6 D. quando dies legati.
L. 2. § 1. lege pen. D. de dote praelegata illustrant Cuiacius Stephanius hic Faber lib. 4 coniect.
c. 9. Schiphordig. d. tract. 13. q. 4. V. denturd e tacito nomine Faberum notat quilib. l. o ditep. c. 3.
Verba illa pro dote compensandi animo quae extant in l. cum a bono 52 D. de legatis 2 a Triboniano in
certa putat quasi in actione rei uxoriae de qua sermo in d. l. cum a bono 53. superuacua aut inepta fuerit
adiectio pro dote cum ipso iure ex edicto de alterutro compensationi locus esset, sed nec otiosa nec vitiosa
sunt illa verba quia quamvis his ommissis in actione rei uxoria alterutrum dumtaxat mulier haberet
non tamen in heredem a quo legatum erat dotis actio amplius quam pro portione hereditaria daretur
nisi ex superioribus verbis constaret voluisse defunctum ab hoc herede dotis onus pro quantitate
legati sustineri exprimuntur itaque illa verba ut suspicor quaestionis huius explicandae causa quae
praecipua fuit in d. l. cum a bono 53. de qua nedibaremur consulendi post clasicos ibidem Schiphordig.
Lib. 3. tract. 2. q. 19 Richardus in § si filium n. 57. inst. de obligationibus Fachineus lib. 11 controu.
c. 51. illud notandum pendere ex superiore exceptione interpretatum l. cum pater 77. § qui dotali
D. de legatis 2. Ubi cum maritus qui dotali praedio vendito ab herede legatum et ab emptore pretij
fideicommissum uxori relinquerat Pap. respondit mulierem si legato accepto praedium ab emptore
quasi contra legem Iuliam venditum auocare vellit posse doli exceptione submoueri nisi pretium
offeratur pro eleganti (ut arbitror) ratione quia tum ex qualitate pretij ab emptore relicti quam
quam ex verbis illius fideicommissi ut amplius pretium ei restituat quare petitionem legati continent
L. qui ita 4. D. de dote praelegata legatum et fideicommissum animo compensandi cum dotali praedio datum
colligebatur ut post Cathensem obseruat Cuiacius Lib. 8. responsorum Pap. in d. § qui dotale et
agnoscit Barbosa in d. l. si cum dotem § si pater n. 20 cur autem emptorem fideicommisso non teneri
Pap. scribit in d. § qui dotale. alia et aliena quidem delentio est quam aliter Hauriano &
et Cuiacium ibidem tractant Faber lib. 9 coniect. ca. 11 Illigerus ad Donell. Lib. 8. com. c. 7.
Lit. H. Valenzia in l. stipulatio 61. de V. O.
His ita positis pretium operae est intricatam de compensatione dotis et legati a patre
filiae dati quaestionem quamvis conexam potius superioribus quam cohaerentem breuiter exponere
quare ne iure lubrica labaris obserua si pater pro filia dotem dederit vel promiserit vel a genero
sine consensu filiae exegerit nunquam filiae in dote debitorem esse sed generi potius cui vel expro-
missione sinordum soluit vel conditione si iam exegit dotem reddere cogitur l. cum pater 29
D. de iure dotium l. qui hominem 39 § si gener D. de solutionibus quia nec filiae his casibus
de dote actio contra patrem aut eius heredes competit sed contra maritum l. si socer 44 § Lucius
D. soluto matrimonio docet Cuiacius sub mercatore Lib. 2. c. 16. Faber lib. 9. coniect. c. 9 in fine
Schiphordigerus d. tract. 13. q. 5. quamvis perperam repugnet Robertus in animaduersionibus
et notatis d. lib. 2. c. 16 Barbosa in d. § si pater n. 6 quibus consequens est legato a patre
filiae relicto simpliciter compensationi cum dote ex edicto de alterutro locum non esse

quia nec debita et dos a patre ... compensari possit l. 1. D. de compensat.

et ideo filiam dotem a marito et legatum ab heredibus patris petere posse ut a perito probat

misser vexatus Pomponius in l. si pater 4 D. de collat. dotis defendunt Cuiatius ibi et lib. 30

observat. c. 16. Faquineus lib. 5. controvers. c. 33. Pichanius et Cuiatius d. c. Faber

et Schiferdigerus ubi proxime q. 9. sed haec ita verum est nisi pater specialiter pro dote legaverit ut in l. Titia 34 § qui in vita de leg. 2. f. eandem dotem filia legaverit ut in d. l.

cum pater 29. de iure dotium l. huiusmodi 84 § cum pater D. de leg. 1. tunc n. sive iam

dotem pater a genero non consentiente filia exegerit compensationem ex voluntate defuncti

quodammodo admittimus ita ut mulier f. dotem a marito f. legatum ex testo petat etsi

in legato amplius aliquid sit id quoque quamvis electa dote consequatur l. virilis 8 §

ult. cum l. sequenti D. de legatis praestandis d. l. Titia 34 § qui in vita sive dos adhuc

ex promissione patris genero debeatur semel duntaxat ab herede patris solvatur f. mulieri

ex legato f. marito ex promissione ut exprimitur in d. l. cum pater 29 d. l. huiusmodi

84 § cum pater ubi Cuiatius lib. 33 digestorum Iuliani et in d. l. virilis 8 § ult. agnoscit

praeter laudatos supra Barbosa in d. § si pater n. 38. Sarmiento in d. § qui in vita

n. 3.

Verum huic sententiae acriter refragari videtur quod legimus in d. l. si cum dotem §

si pater filiam quae a patre f. heres instituta est f. legatum simpliciter accepit dotem petere non

posse a marito qui patri suo consensu filiae solverat quo argumento dicunt de pretorio compensatis

dotis et legati a patre filiae simpliciter relicti fieri regulariter ita ut alterutrum mulier petere

debeat concludunt post Bartolum et alios antiquiores Schola Barbosa in d. § si pater Menochius de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 109 n. 16. mihi tamen omnis ... interpretatione

Cuiatii lib. 3. observat. c. 16. et in d. l. virilis 8 § ult. cui subscribere videtur Pichanius

sic placet placuit ... Fabri lib. 4. coniect. c. 9. ... ex ... f.

dotis actionem filiae denegari in d. § si pater quia legato semel accepto ut ibi proponitur iudicium

patris agnoscere et probare videtur quod postea improbare non potest dotem petendo ut notat

cum in legato tantum acceperit quantum doti satis esset l. 3. D. soluto matrimonio ...

Cuiatius lib. 9 respons. Pap. in l. pater 14 § ult. infra D. ad legem Falcidiam pro-

sequitur Schiferdigerus d. tract. 13 q. 9. cum seqq. ubi post Cuiatium et Fabrum

Iuliani in d. § si pater emendationem proponit quam non moramur videndus

Robertus in animadversionibus et notatis lib. 2. c. 17. nec Velasco in concertationibus

Proculi et Caii ad l. ult. C. de dotis promiss.

Sed adhuc his quae docuimus inexplicabiliter obstare videtur Papinianus in l. pater 1)

14 D. ad l. Falcid. ubi si pater filiam pro parte heredem institutam rogaverit ut patri

portionem suam restituat responsum est filiam et quartam iure hereditario et

dotem iure proprio habituram quamvis compensandae dotis cum 4.a animo institu-

ta sit et iam hereditatem agnoverit caeterum retenta superioris ... cuius primus assertor

Baldus in d. l. si filia ... n. 4. C. de legatis breviter moneo ... uberius ...

ut heres in 43 imputet f. compenset quae neque quae nec ex bonis nec ex hereditate defuncti

coepit l. in 43 90 D. ad legem Falcid. et ideo quamvis pater filiam dotis cum quarta

compensationem admittere voluerit et filia hereditatem agnoverit potest tamen 43.

f. dotem integram consequi quia cum pater dotem consentiente filia non petijsset et

ut scriptum est in d. l. pater 14 hoc est omnino non petijsset et sic deiecisset

l. in insulam 41. D. soluto matrimonio apparet dotem in bonis patris non fuisse tempore

mortis nec in hereditate quia mortuo patre actio dotis ad filiam in solidum

pertinet non iure hereditario sed iure proprio ut exprimitur

in d. l. pater 14 l. ultima de collatione dotis

... s. ... 31 ... ... l. ... lib. 9 quaestionum Papin. et lib. 9 responsor. Papin. in d. l. pater 14 Barbosa in d. § si pater n. 28 Schiopfreigerus d. s. q. 7 quamvis leniter desentiant Donell. lib. 8 comment. c. 25, nos ex Papiniani mente inprimis colligimus legatum a marito uxori et e contra relictum non esse compensandum cum dimidia parte lucrorum constante matrimonio obvenientium, quae Regio iure coniugi defertur, ut cavetur nominatim in l. 7 tto 9 lib. 5 compil. quia eius partis dominium ipso iure coniugi acquiritur l. 2 tto 9 lib. 5 compil. et ideo cum mortuo marito in eius haereditate non inveniatur poterit mulier et partem lucrorum iure proprio et legatum consequi arg. ex d. l. pater 14 illustrant post classicos in l. 16 Tauri et in d. l. 7. Barbosa in d. § si pater n. 12 Garcia de coniugali quaestu, ex n. 6 Morchequo de divisione bonorum lib. 4 c. 11 n. 31.

Ad § maneat et § illo procul infra hoc tto Summus Nostrae legis unicae C. de rei uxoriae actione

Proponitur his locis de transmissione actionis de dote in haeredes mulieris quoties et eius morte et divortio matrimonium solvitur quaestio impedita inquam quam obscurus de persona cui dos restitui debet tractatus et adventitiae, profectitiaeque doti differentia nobiles necessario incurrunt totam huius partis ius complectemur sic tamen ut aliena plane et simpliciter propria plene et utiliter explicemus igitur si quaeratur cui dos soluto matrimonio restitui debeat, tres casus distinguendi sunt divortij, mortis mulieris, et mortis mariti, primus attingitur in § maneat, secundus in § illo procul, tertius omnino alienus est an ra meta et oportunius infra explicandus, plane ut a primo casu incipiamus si divortio matrimonium solvatur, et mulier filiafam. sit, et dos profectitia idest a patre profecta, l. profectitia 5 D. de iure dotium, notant praeter eos quos laudavimus in § et ut plenius n. 7 sup. hoc tto Pater Molina de iust. 2 q. 423 n. 4 placet regulariter tam rei uxoriae actionem iure vetere quam hodie ex stipulatu ore de ... patris et filiae communem esse l. 2 § quod si in patris D. soluto matrim. l. filia 7. l. si socero 10 C. soluto mato l. cum dos 7. D. de pactis dotalibus, caeterum si mulier sui iuris divortij tempore sit et morte patris et emancipatione, mulieri solum actio competit, quamvis dos profectitia sit l. in insulam 42 l. si socer 44 D. soluto m. § videamus infra h. tto quare cum in Hispania filiafam. post nuptiarum solemnia pro emancipata habeatur ex l. 47 Tauri in nostra ordinatione Lusitaniae lib. 1 tto 67 § 4 filiae soli dotis profectitiae restituendae nomine actionem competere obtinuit apud nostrates quorum meminimus in § et ut plenius n. 8 infra s. hoc tto, rursus ex nostris et Romanis legibus si dos profectitia ut possumus non sit sed adventitia idest a quovis alio data praeter patrem ut diximus in d. § et ut plenius n. 7 filiae divortio facto propria actio est l. Gaius 45 D. soluto mao l. 30 tto 11 p. 4 ni communis cum patre ut indicatur in d. l. 2 § quod si in patris, ibi et dos ab eo profecta sit, quia quamvis haec verba Triboniano adscribat Goveanus lib. 1 var. lect. c. 44 laudatus a Cuiacio ad Ulpianum tto 6 et in § accedit infra h. tto Giphanio in l. si convenit 6 C. de pactis conventis defendit tamen solide antiquo novoque iure Barbosa in d. § quod si patris n. 13 et seqq. nec improbabiliter Hotomanus lib. 9 obs. c. 2 Faber lib. 13 coniect. c. 5.

3

Haec de dote patri et filiae aut filiae soli post divortium restituenda regula tres exceptiones habet 1a est nisi pater profectitiam dotem aut extraneus adventitiam sibi soluto matrimonio reddi pepigerint tunc enim his, non mulieri restituitur dos § accedit infra hoc tto Unde diximus supra in prio huius legis n. 9 et seq. 2a exceptio est nisi culpa mulieris divortium fiat veluti propter adulterium quo casu dos mariti lucro cedit cap. plerumque 4 de donat inter L. consensu 8 § 1. C. de repudiis L. 23 tto 11. part. 4. § taceat Unde dicemus n. 4 in § vlt h. tto siue adventitia sive profectitia sit dummodo extranei aut patris ius in dote non laedat L. si dotem 24 C. de iure dotium, aut econtra C. de repudiis, 3a exceptio extat in l. sed si alia 5. § vlt. D. de bonis damnatorum, unde si uxor filiafam. deportata sit et divortium faciat patri soli profectitia dos redditur, filia tamen conveniente, sed si mater famil. sit, dos post deportationem apud maritum manet et si divortio, aut mariti morte matrimonium postea solvitur mulieri restituitur, quia quamvis deportato patre constante matrimonio filia si id postea solvatur dotis actio ex stipulatu quae tunc parenti competeret fisco acquiratur L. inter socerum 26. § vlt. D. de pactis dotalibus quia actio de dote soluto matrimonio nata ad tempus contractae obligationis retrotrahitur L. 1. D. qui potiores, et consequenter quasi ante deportationem nata fiscum sequitur arg. ex l. si constanter 25. § vlt. D. soluto matrimonio in muliere tamen deportata singulari dotis favore sive humanitatis intuitu hodie id est post deportationem divortio secuto actionem nasci dicimus exclusa retrotractionis fictione d. L. sed si alia 5. § vlt. ut proinde de dote actio quasi post deportationem quaesita ad mulierem pertineat non ad fiscum L. si mandavero 22 § is cuius D. mandati, excolunt et componunt cum d. l. inter 26. § vlt. varie Cuiacius Lib. 22. observat. c. 14 Petrus Faber Lib. 2. Semestrium c. 13 Barbosa in l. si constanter 25 § 1. n. 19 et seqq. D. soluto matrimonio Faber in l. ut emancipata 9 de capite minutis Lifanius in d. l. si convenit 6. unde recentius inspecta tacite agnoscit contineri in d. l. sed si alia 5. § vlt. superioris regulae de dote post divortium mulieri reddenda confirmationem potius quam exceptionem.

Sed ut ad § maneat propriam speciem propriis accedamus supersunt adhuc duo casus primus est cum post divortium dote nondum petita pater decessit in quo ius certum est actionem rei uxoriae quae patri cum filia communis fuerat dotis profectitiae nomine et hodie actionem ex stipulatu pro dote ad filiam superstitem omnimodo pertinere cui dos post mortem patris restitui debet iure proprio non heredibus patris L. in insulam 42 in prio L. si socer 44 § vlt. D. soluto matrimonio L. pater 14 D. ad legem falcid. l. 30 tto 11 p. 4. quamvis antiqua ex stipulatu actio patre mortuo inter heredes eius pro hereditariis portionibus divideretur § videamus et § hoc infra h. tto, Secundus casus est cum post divortium filia moritur dote nondum exacta in quo si pater vivat dotem a se profectam petere potest dummodo mulier filiafam. sit L. iure C. de iure dotium, nam si emancipata sit non potest pater profectitiam dotem petere nisi in eius fraudem divortium fecerit l. 5. D. de divortiis L. filiae 59 D. soluto matrim. de quo postea latius, patre vero iam mortuo deinde filia post divortium ante dotem exactam moriente exoritur inter maritum et heredes filiae de restitutione dotis, nobilis quaestio in qua vetus iurisprudentia distinxit actionem rei uxoriae ab actione ex stipulatu quippe actio rei uxoriae ad heredem mulieris non transmittebatur et ideo in hac specie si actione rei uxoriae dos profectitia vel adventitia peti deberet apud maritum manebat nisi moram in dote mulieri reddenda maritus fecisset teste Ulpiano in fragmentis tto 6. § mortua [illegible] post divortium iuncta L.

[illegible] stipulationem interposita do[illegible] [illegible] necesse erat quam actio ex stipulatu ad successores mulieris quamvis mora mariti non intervenisset iure communi transmittebatur [illegible] illustrat Goveanus lib. 2 Variar. lect. c. Donell. lib. 14 c. comm. c. 6 Cuiacius et Gipbanius ind. § maneat varietatis [illegible] ratio pendet ex utriusque actionis varietate quippe actio rei uxoriae singulari iure in auctorem uxoris indote comparata ad heredem eius transferri non debuit in quo favor et equitas actionis huius in ea uerenda cessat, actio vero ex stipulatu communi iure ad heredem mulieris transmittitur quia non estimatur aut nascitur ex personali favore uxoris in re uxoria sed ex iure stipulationis a defuncto interposita que regulariter ad heredem pertinet ut sentit quamvis aliud exprimere videatur Gipbanius ind. § maneat ex quo illud simpliciter ad propositum notandum abolita pristina differentia cuius meminimus actionem ex tacita stipulatione prodere que nunc iure mulieri competit ad heredes eius post divortium mortua transmitti quamvis mora mariti non praecesserit ut cavetur ind. l. 30 tto ll part. 4 et in illo § [illegible]

4 Porro ut et alium casum soluti matrimonii morte mulieris eadem brevitate explanemus monendi estis in quaestione de restituenda dotis uxore in matrimonio mortua distinguendam esse profectitiam ab adventitia, in profectitia dote Romano Hispanoque iure receptum est ut mortua in matrimonio filia ad patrem superstitem dos revertatur teste Ulpiano d. tto 6 § mortua l. si filia 6 D. soluto matrimonio l. si filius 17 D. ad S. C. Macedonian. d. l. 30 tto ll p. 4 quia quamvis actio rei uxoriae que patri hoc casu tribuitur iure antiquo morte uxoris extingui soleat, miseratione tamen ratio non patitur patrem amissa filia insuper affici alio dolore ne eorum hereditatis habeat qui non habet luctui et Plinius in panegyrico scripsit sive ne et filia amissa, et dotis a se profectae damnum sentiret ut Ulpianus considerat in l. iure 6. D. de iure dotium, nec distinguimus inter filiam emancipatam aut in potestate patris morientem, quia utroque in matrimonio mortua profectitiam dotem patri restitui pariter pietatis ratio suadet l. si ab hostibus 10 l. filia 59 D. soluto matrimonio l. 5. D. de divortijs, quamvis si post divortium dote non petita et patre superstite emancipata filia moriatur, placeat dotem profectitiam non patri sed heredibus filiae actione ex stipulatu reddi oportere iure novissimo ex d. § maneat ut apud maritum remanere iure antiquo ex Ulpiano ind. [illegible] mortua aliter atque in filiafamilias que post divortium mortua dos ad patrem revertitur l. ult. D. rem ratam haberi agnoscunt Acursianorum plerisque reclamantibus hanc differentiam Barb. ind. l. 2. § quod si in patris n. 36 Donell. lib. 24 com. c. 6. Cuiacius in § illo [illegible] Gipbanius ind. l. si convenit 6. et post Fabrum Schifordigerus lib. 2 tract. 19 q. 2. et seqq. ratio haec forsitan est quia post divortium actio de dote semel nata in emancipatae filiae persona consolidatur ut videamus infra [illegible] tto et ideo ad patrem filiae morte transferri non potest quod non accidit filia emancipata in matrimonio mortua quia cum actio de dote soluto matrimonio nascatur l. si constante 29 § 1. D. soluto matrimonio non potest dici consolidari in persona filiae que constante matrimonio decessit et sic prius quam actio nasceretur et ideo humanitatis intuitu patri tribuitur cui consolidatione cessante tribueretur hicque ille casus singularis est in quo filia emancipata ad patrem dotem regredi posse ait Paulus in l. pater 71. D. de evictionibus quem sic explicant post Fulgosium et alios Schifordigerus d. tract. 19 q. 5 Faber de erroribus decade 59 err. 9 ut proinde [illegible]

Mentionem filiafam. qua in questione de [illegible] in matrimonio [illegible] videnda extat in l. 4 C. soluto matrimonio non [illegible] differentiam [illegible] et emancipata qua in proposita specie nulla est sed quia ex facto Imperatoribus proponebat Mulierem filiamfam. decessisse ut observant Schifordegerus ubi supra q. 3. Iligerus ad Don. Lib. 14 comm. c. 6 Lit. D. Giphanius in d. l. si convenit 6. et ad d. C. soluto matrio, unde Cuiatius in recitationibus in fine explosa emendatione Robeani lib. 2. Varior. lect. c. 4 videlicet filiafam. in d. l. 4 imperito interpreti tribuentis, et alia emendatione Hotomani de dotibus ca. 11. an autem liberis ex prœmortua in matrimonio filia manentibus dos profectitia Patri restitui debeat, an apud maritum pro liberis remaneret nobilissima quæstio est quam exponemus opportunius in § taceat n. 14 in fin. h. tit.

Ex diverso in adventitia dote inveterata regula docet mortua in matrimonio filia marito cedere autore Ulpiano d. tit. 6. § adventitia eiusque regulæ vestigia extant in l. sed etsi 2 3 D. de evictio. l. sed si alia § de donis damnator. l. si ab hostibus 10 § ult. soluto matrimonio l. si filia 2 de famil. ercis. probant cum aliis Iligerus ad Donell. d. c. 6 Lit. B. Schifordegerus Lib. 3 tract. 2 q. 1. Cuiatius in § illo procul, et lib. 3 responsor. Pap. in d. l. dotale 5 § de fundo dot. Robertus Lib. 13 animadversionum c. 27 Brisonius ad l. Iuliam in fin. Panitola lib. 2. Thesauri variar. ca. 69 Lib. 3 c. 20 Giphanius in d. l. si convenit. 6. sed hæc ita erant in actione rei uxoriæ quæ nec ad heredes transmittebatur nec patri tribuebatur pro adventitia dote. Ceterum actione ex stipulatu dos cuique stipulatus erat aut eius heredibus redebatur l. si quis § 5 C. soluto matrimonio Iustinianus autem antiquam differentiam antiquatam semper dotis mortua in matrimonio muliere eius heredibus ex stipulatu actionem [illegible] voluit in § illo procul l. 30 tit. 11. p. 4. non inique ut scribit Hotomanus de dotibus c. 11. sed secundum naturam actionis ex stipulatu quæ semper ad heredes transmittitur notat Giphanius in d. § illo procul. Videndum de equalatione [illegible] et finitima Zavallos comunium contrarium q. 778 n. 41. et 62 notanda tamen est communis omnium quæ diximus generalis exceptio nisi ex quibusdam pactis d. § illo procul idest nisi convenerit ut mortua muliere dos apud maritum maneat, vel extraneo dotatori restituatur, tunc enim pactum servandum est l. etiam si d. l. si socerum 58 C. de iure dot. l. si dotale 48 D. soluto matrimonio d. l. 30 p. 5.

Ad § Taceat ad finem eius huius tit.

Extat in hoc § de animi retentionum ex dote exspecto, totidem fore versiculis signata disputatio quamvis in hoc tit. illustrior subtilior nulla quare ne res explicatione dignissima ignoretur meminisse oportet inter cætera propria naturæ actionis ex stipulatu pro dote, quæ Iustinianus referre et confirmare cœpit in § primum itaque supra h. tit. illud præcipuum fuisse quod in præs. proponitur cum non si actione rei uxoriæ dos peteretur marito retentiones ex dote idest facultas totius dotis aut eius partis retinendæ tribuerentur, quinque potissimum ex causis propter mores, propter res donatas, propter res amotas, propter liberos, et propter impensas ut docet Ulpianus in fragmentis tit. 6 usque retentione et late prosequuntur Paulus lib. 2 Selectorum tit. 21. sic et dominus Arriano in l. 2. C. Theodosiano de dotibus, in actione tamen ex stipulatu retentiones omnes cessabant, quia in actione rei uxoriæ cum bonæ fidei esset licebat iudici pro æquitatis arbitrio mutuas præstationes et retentiones dotis admittere ut insinuavimus in § sed etsi non ignoramus n. 1. 5 hoc tit. actio vero ex stipulatu cum stricti iuris esset et ex præscripto formulæ dotem promissam reddi iuberet merito secundum sui naturam nullam accipiebat retentionem ut loquitur Iustinianus

[illegible] de actionibus sed et si hodie actio ex stipulatu [illegible] sed etsi non ignoramus l. assiduis C. qui potiores § fuerat instit. de actionibus, tamen locus non est quia Iustinianus singulari dotium favore eandem semper hac constitutione respexit retentionum verbo-sitatem in actione ex stipulatu hodie quoque locum habuit ut observant Cuiacius et Pighanus hic.

2 His itaque in commune positis ut singulas retentionum species sigillatim explicemus occurrit prima in Iustiniani verbis propter mores de qua paucis sciendum fuisse iure Romano inditum sive actionem de moribus, qua divortio facto vir et uxor in bicem mores accusabant et quaerebatur utrius culpa, sive cuius mores causam divortio dedissent l. viro 39 D. soluto matrimonio, quamvis autem haec actio sive apud censores ut vult Rebardus receptus lib. 4 var. c. 13. sive apud alios iudices institueretur, quod frequentius et certius ut probant mihi Plinius lib. 14 naturalis historiae c. 13 Valerius lib. 8. c. 2. semper civilis esset accusatio tamen plerumque dicitur l. viro 39 l. cum mulier 47 D. soluto matrimonio quia morum coniugalium coercitionem continet et vindictae causam agit ut observat Cuiacius hic Brisonius ad legem Iulliam de adulteriis sub tito qui deprahensum Pichardus in § fuerat n. 70 instit. de actionibus et ideo maritus victus in actione de moribus criminaliter mulierem de adulterio accusare non potest l. unica C. Theodosiano, victum civiliter criminaliter agere posse vindicta lege unica C. quando civilis actio explicat Cuiacius lib. 11. quaestionum Pap. in d. l. viro 39, D. Barbosa n. 2. et uxore et marito mortuis nec heredi nec in heredem competit actio de moribus l. rei iudicatae 15 § 1. D. soluto matrimonio l. 1. C. Theodosiano de dotibus late Barbosa in l. 1. 1. p. n. 122 D. soluto matrimonio Pighanius in l. si convenerit 6 C. de pactis conventis Cuiacius ubi proxime 43 actio civilis quae vindictam prosequitur et heredi non datur et semel constituta criminalem actionem consumit veluti actio iniuriarum l. praetor 7. D. de iniuriis § non autem instituta de perpetuis et temporal. actionibus plane iuditij de moribus exitus hic erat ut pronunciaretur utrius culpa divortium factum esset ut colligitur ex l. Titius 38 l. si socer 43 § 1. D. soluto matrimonio l. miles 11. § ult. D. ad legem Iulliam de adulteriis notat Brisonius lib. 5 de formulis Cuiacius novella 22 et ideo si uxoris mores causam divortio praestitisse constaret maritus propter graviores mores scilicet adulteria sextam dotis partem propter leviores vero quales omnes erant propter adulterium octavam dotis partem lucrabatur, et e contrario mariti quoque mores varie puniebantur ut explicat Ulpianus d. tito 6 usi mores atque hae poenae divortij quarum mentio apud veteres in l. si stipulatio 19 verb. oblig. l. non utapatre 8 C. de captivis notat Faber in iurisprudentia tito 11. prio 8. illat. 8 Pichardus in d. § fuerat n. 72 Brisonius d. lib. 5 quod si viro atque uxore mores invicem accusantibus causam repudij dedisse utrumque pronuntiaretur veluti mulierem adulterio et virum lenocinio poenae divortij cessabant nihil ex dote retinebatur quia in actione civili veluti de moribus paria delicta mutua compensatione solvuntur d. l. viro 39 l. cum mulier 47 soluto matrimonio auctoratur quod in criminali accusatione de adulterio vel lenocinij replicatio mutuam criminum compensationem non inducit l. 2. § si publico

15

L. si vxor 13 § iudex ad l. Iuliam de adulterijs, illa namque iudicia de re in Ciuili de moribus, hoc publica disciplinae vigor in animaduersione de adulteris exsuluerit [illegible] quod illicite de publicanis et vectigalibus docent solcalios Barbosa in d. l. viro 39 n. 2 et 4 Vnde Cuiacius lib. 11 quaest. Pap. Brisonius ad d. seer. Iuliam de adulterijs sub tto quod deprehensum, caeterum tum haec actio de moribus labente aeuo frequentori desijsset et propter incertitudinem causarum diuortij et potius vt suspicor ex constitutione Honorij in l. 2 C. Theodosiano de repudijs sublata tandem est a Iustiniano in l. vit. in fin. C. de repudijs et iudicio de moribus sublato Vnde Cuiacius in paratitlis et in recitationibus postremis et in d. l. viro 39 Conanus lib. 8 comm. c. 12 n. 4 Petrus Greg. lib. 9 Syntagm. c. 15 n. 25 Pichanius in l. consensu 8 C. de repudijs.

Finitima iudicio de moribus fuit propter mores retentio qua maritus actione rei vxoriae conuentus contra mulierem vtebatur ita vt et sextam partem mores grauiores et propter leuiores octauam dotis partem retineret & Vlp. Ulpiano d. tto de vir. mor. iuncta l. initus 156 § 1. de reg. iuris, quemadmodum ex l. Iull. de adulterijs muliere damnata non tota dos sed pars dumtaxat apud maritum manebat vt ex Pauli fragmento probat Vigenius lib. 2 obseruat. c. 17 Pichanius in l. si conuenerit 6. C. de pactis conuentis quod recte docent ita de parte dotis accipi debere quod scriptum extat in l. Lutius 38 l. cum mulier 47 D. soluto matrimonio l. miles 11. § socer D. ad l. Iull. de ad. l. si dotem 24 C. de iure dot. et alijs locis quamuis perperam repugnet Barbosa in d. l. viro 39 n. 1 et 2 nec Felicius Brisonius proxime qui eos corruptos esse affirmat a Triboniano respiciente ad ius nouum ex l. consensu C. de repudijs sed cum tam actio de moribus quam retentio portiones quaedam essent actionis rei vxoriae vt notat Cuiatius [illegible] Faber de erroribus decade 82 err. 5. merito hac sublata, retionem quoque propter mores substulit Iustinianus vnde forsitam factum vt in l. obres 20 D. de pactis dotalibus verba illa ob mores quoque quae in initio eius legis in vasilicis extant omitterent quasi in nouo superflua vt obseruat Cuiacius lib. 11 obseruat. c. 29 et lib. 35 Pauli ad edictum in l. si pater 12 § 1. D. de pactis dotalibus.

Sed retentione propter mores abolita publicam coercitionem abolere videntur L. Vlt. 5. D. de pactis dotalib. Reuardus lib. 4 variar. c. 13 prudenter Iustinianus nos etiam admonet frustra retentionem requiri cum alio auxilio ex nouis constitutionibus mores coniugum coerceantur quippe si vxoris culpa siue mores diuortio causam dederint dote integra et nuptiali lucro aut donatione (quae apud nos arras dicitur) mulier multatur et mariti lucro cedunt, et vicissim propter mores mariti diuortio facto donationem propter nuptias vxor lucratur vt cauetur in l. consensu 8. § haec nisi vir C. de repudijs c. plerumque 4 extra de donat. inter et ca. vt lite non contestata l. 23 tto 11. p. 4 l. 15. tto 18 p. 7. sin autem sine dote et donatione propter nuptias matrimonium contractum poena in illi diuortij haec est vt is cuius culpa diuortium fit quartam bonorum suorum partem alteri praestet l. iubemus 11 C. de repudijs praeterea iure regio si mariti culpa diuortium fiat non tantum dotem verum etiam dimidiam partem lucrorum constante matrimonio quae societatis inter coniuges legibus nris inducta tto vxori deferri ei statim post diuortium restitui debere arg. ex ea significauit 2 de donat. inter et deinceps quaecumque post diuortium sua culpa factum maritus quaesierit vxori communicanda esse

Quamuis ea quae post diuortium quaesierit marito communicari non cogatur arg. ex l. actione
§ item qui D. pro socio, eadem in uxore quae diuortio causam dederit similiter
Obseruanda docent ex communi nostratium sententia Barbosa in rubrica 2. p. n. 74
et sequentib. solut. matrimonio Azevedo in l. 2 n. 14 tit. 9 lib. 5 compil. illud tamen
notandum coniugem cuius culpa diuortium fit non amittere dimidiam lucrorum
partem quae ad eum pertinet ut recte contra Gamam probat Barbosa d. 2. p. rubrica
n. 62. nisi propter adulterium uxoris diuortium fiat, quo casu tam pars dimidia lucrorum
mulieri quaesita, quam caetera eiusdem bona parapernalia simul cum dote marito vin-
dicantur ex l. 82 Tauri l. 1. et 5. tit. 10 lib. 8 compil. quia quamuis diuortio propter
adulterium ex alterius coniugis facto matrimonij vinculum non dirimat
et thori separatio dumtaxat inducatur c. ex publico 7. de conuersione coniugatorum
c. significasti 4 de diuortijs, poena tamen iniusti diuortij in separatione thori obseruant
Barbosa in l. 2. 1. p. n. 53. soluto matrimonio Gratianus disceptat. 1. tom. c. 19 n. 20
Videndi de his et alijs diuortij et adulterij poenis Sanchez de matrimonio lib. 10 disp.
n. 2. et seqq. Sigonius in l. consensu C. de repudijs Cuiacius hic et in d. l. viro 39
et laudati ab Hillegero ad Donell. lib 14 c. 5 lit. E Pichardus in d. § fuerat n. 73
inst. de actionibus quos non transcribo.

Secunda retentionis species propter res donatas est quia si maritus uxori donauerit
potest post diuortium in actione rei uxoriae rerum donatarum nomine dotem retinere
ut collig. ex l. 5. D. de dote praelegata quemadmodum ex diuerso licet mulieri actione
rei uxoriae post diuortium consequi ut res quas marito donauit restituantur ut probat
singularis in hac parte locus in l. uxor 55 vers. et eri. D. de donat. inter, unde docet
Paulus deteriorem esse mariti conditionem si res ab eo emptae ex pecunia per uxorem
donata postea condicantur quia quamuis soluendo non sit in solidum tamen usque ad quan-
titatem donatae pecuniae res ex ea emptae condicuntur l. si id quod 28 § si ex decem
D. de donat. inter.) quam si de iis in iudicio agat rei uxoriae propter eas res conueniretur
quia in hac actione condemnatur in solidum sed quatenus facere potest § cum autem
infra hoc tit. notat post Accursium Cuiac. lib. 6 quaest. Pauli in d. l. uxor 55 ut
omittam emendationem Fabri lib. 5 coniect. c. 9, retentionis huius ratio et origo
pendet ex notissimo iure quo donationes inter coniuges quibus alter pauperior, et
locupletior alter sit improbant. l. 1. et seqq. D. de donat. inter, unde fit ut in actione
rei uxoriae in qua quaeritur quod uxorem viro aut virum uxori praestare oporteat
ut notat Cuiac. in l. dote 5. D. de dote praelegata, iustissime quaeratur an mulier
propter res donatas ex viri patrimonio locupletior sit eo tempore quo de dote agitur ut
scriptum est in l. si cum mulier 50 D. de donat. inter, et eo nomine propter donationes
quae iure non constitit marito dotis retentio tribuatur sicut ex eadem aequitate si in
area a marito donata uxor aedificauerit et maritus retentione utatur, replicatio
propter sumptus aedificij mulieri datur apud arbitrum rei uxoriae l. si autem 28
§ iure vers. idem in fine D. de rei vindicatione unde sic post Accursium exposuit Faber
in rationali et Cuiacius lib. 21 Pauli ad edictum ex eadem ratione sit ut pactio
ante diuortium facta ne ob res donatas retentioni aut petitioni locus sit seruari
non debeat quia repugnat iuri ciuili donationes inter coniuges prohibentur l. illud §.
D. de pactis dotalibus aliter atque post diuortium quia cum tunc donare liceat l. sed interim
11. § ult. cum seq. D. de donat. inter licebit multo magis de retentione propter res

Donatas ommittenda pacisci l. fin. ff. de pactis dotalib. C. ita iure ... ad edictum in l. si pater 12 § 1. de pactis dotalibus.

Verum cum hac retentio in actione ex stipulatu pro dote cessaret et hac hodie sublata relicta sit generaliter propter res donatas retentionem introduci prohibet Iustinianus nisi nec sine causa de qua postea obstat nam adominus interim progrediamur quod hodie quoque in Iustinianeo iure passim occurrit compensationem aut deductionem propter res donatas fieri a marito posse in actione de dote l. fructus 7. § ob donationes l. rei iudicatae 15 § 1 ff. soluto matrimonio, sicut et propter res amotas a muliere et impensas a marito in rebus dotalibus factas quarum retentiones Iustinianus noster abrogat compensatio admittitur in d. l. rei 15 § 1. l. si constante 25. § si uxor l. fin. § 1. ff. soluto matrimonio l. utilium 8. ff. de impensis in res dotales l. 1. C. rerum amotarum l. nec 6. C. de compensat. quare ut breviter res explicetur animadverto multum interesse inter compensationem et retentionem quia quamvis qui compensat debitum retineat l. 4. C. de compensationibus hac tamen compensatio solutionis loco cedit et debitum perimit in perpetuum l. 4. ff. qui potiores l. 4. C. de compensationibus at qui retinet nec soluit, nec debitum minuit in perpetuum sed rem dumtaxat quasi pignus retinet donec sibi eam satisfiat l. dote § ff. de dote praelegata l. si convenerit 18 ff. de pignorat. act. l. 5. ff. de impensis in res dotales et ideo quamvis retentio dotis variis ex causis aequitate suadente in actione rei uxoriae quae bonae fidei erat promitteretur, cessabat tamen in actione ex stipulatu quia stricti iuris erat et hodie quoque quamvis iam bonae fidei sit dotis tamen favore ut supra diximus cessare iubetur ex Iustiniani constitutione quae tamen extendenda non est ad compensationem quia inique excluderetur a Iustiniano dotis favore compensatio cum cedat pro solutione et dotem ipso iure minuat l. 4. l. si ambo 10 ff. de compensationibus l. 4. C. eod. sicut impensae necessariae ob quas marito retentionem conservat Iustinianus quia dotem ipso iure minuunt § item si de dote inst. de act. qua ratione etiam in actione ex stipulatu maritus contra mulierem compensatione uti poterat ut exprimitur in d. l. 1. C. rerum amotarum l. nec 6. C. de compens. iuncto § in bonae fidei inst. de act. docent relatis et reiectis aliis post Bartolum et Salicetum Fachineus ... Barbosa in d. l. divortio 8. § ob donationes n. 2. Donell. lib. 14 comm. c. 8. in ... Higerus ... Schifordigerus ad Fabrum lib. 1. tract. 1. q. 2. Faber de err. dec. ... err. ... quamvis dissentiat in meritis Pichardus in d. § fuerat n. 78.

Ex superioribus liquere potest cur si a marito uxori dos praelegetur non possit heres ob res donatas et impensas utiles dotis solutionem differre quamvis id esse propter necessarias impensas promittatur ut traditum est in l. dote § ff. de dote praelegata idcirco scilicet cum actio ex testamento dotis praelegatae nomine stricti iuris sit ... Colligitur ex l. si heres § ... l. in bonae fidei 7. ff. de eo quod certo loco retentiones dotis quasi pignoris propter res donatas non admittit sicut nec actio ex stipulatu pro dote aliter at ob propter necessarias impensas quae cum ipso iure dotem minuant d. l. dote § non retentione dotis ab herede conservantur seu deducuntur, sed compensatione potius quae in actione quoque stricta opponi potest § in bonae fidei inst. de act. sentiunt ita post ... Cuiacius in d. l. dote § et ... nec dissentiunt Faberius ... coniect. c. 2. et ... Barbosa in rub. ... n. 26 ff. solu. mat. etc. ... circa necessarias impensas prosequuntur quibus insunt ... reservatis ... propriam ... res donatas quaestione egrediamur ...

e ... quae ...

..., quę dixim*us* ad l. xxv cum illud. D. de dote p*rae*leg. ubi Ulpian. scribit inter alia commoda, quę ex dote p*rae*legata mulier consequ*itu*r, illud*que* esse q*uo*d hodie post S.C. q*uo* sunt donationes inter coniuges donatoris morte firmant*ur* ... cum sit ... donat. inter. nulla fit exactio propter res donatas, si mariti voluntas non mutaverit, hoc est nulla eo nomine retentio ab herede fit ex dote p*rae*legata, ut ... ex d. l. s. explicat Cuiac. in d. l. ... ubi ostendit ut exactio in d. ... est, illud a Triboniano adiectum esse, cum Ulpian. scripsisset, nulla fit retentio, ... agnoscere videntur Cuman. et Albericus in d. l. l. aberrant ... Zasius, quia Ulpiani sententia dextre, et simpliciter recepta, haec est ad ... ante S.C. donat. ... non ... confirmatis heredi ma... ... exactio rerum uxori donatarum, ... actionis ... compensationis tribuerent, quamvis retentio dotis ... ex nat*ur*a ... actionis ... d. l. ... hodie ... post S.C. cum donationes confirmatae sint, si maritus non paenituerit nulla fit exactio ex dote p*rae*legata, idem nec retentio, nec compensatio, nec actio ad res donatas exigendas heredi tribuitur, ut perinde apparet consulto Ulpian. in d. ... illud. generali exactionis verbo ... de deductionibus genus complectentem, ut in l. si cum mulier. ... de don. inter

8\. ... itaq*ue* ... ut ad eum revertamur retentionem dotis propter res donatas introductam non sine causa; sed quia marito multa remedia suppetunt, quibus res donatas salva dote persequatur; nam si donatae res extant vindicari a marito possunt directa in rem actione vindicari a marito possunt directa in rem actione; sin autem mulier consumpserit repetuntur condict*ione* sine causa, sin autem mulier consumpserit quatenus uxor ex his locupletior facta est. l. si sponsus ... §. ult. cum seq. l. si donatae 36. de donat. int. l. quod bonis 15. §. ex donationibus. D. ad l. Falcid. Si vero dolo malo res donatas mulier consumpserit ... corruperit actionem ad exhibendum ... ex l. Aquilia de damno iniuria dato convenire potest l. si mulier 37 de donat. int. veluti si margaritas extractas ... a lumine detracto purgatas et expolitas sibi a marito donatas ... ut in ... ut ponitur in l. si servus 27 §. si ex maritus D. ad l. Aquil. illustrant Budaeus in annotation. ... Cuiac. lib. 18. obs. c. 37 Turneb. lib. 27. advers. c. 17. ... obser. c. 12. an autem ... actio damni iniuriae in simplum dumtaxat ... ex tenore l. Aquiliae aestimat facto ... ut innuat in l. pen. D. ad l. Aquil. ... nec satis ... videndus Cuiac. lib. 17 ... Iulian. in d. l. si mulier 37 et lib. 11 ... Papin. in l. ... D. de act. rer. amo. ... dec. 81. ... et dec. 82. ... Rursus si re donata ... mulier ...

Subrogatus possideat. Ut autem si ex peculio servus comparauerit. Et ex sana donati, uel eum fecerit utiles iure actio, qua seruus, aut ueluti vindicat. Mariti titulo ex l. si mulier 29. cum l. seq. l. uxor. §. d. don. int. Sicque explicandum est quod Iustin. noster ait nulla ex causa retentionem rerum donatarum introduci hodie debere cum sit donatori facultas per actionem iure directo quam utili ex persecutionis iure suo mederi. Ut notant post Accurs. Cuiac. et Hispan. Sic.

Sequitur 3a paucissimis explicanda retentionis species propter res amotas, quippe si uxor ante matrimonium mariti res amouere, et actionem uxoris sol. mat. dotem repetat, marito eius retentio pignoris loco conceditur, ut eius res amotae ei restituantur, ut colligere est ex l. illud §. l. rerum 20. D. de pactis dotal. l. rei iud. 15. §. 1. l. si fil. fam. 26. D. sol. matr. Unde petenda est elegans dubitandi ratio ad l. si cum dote 8. D. de act. rer. am. ubi si maritus cum dotem mulieri soluerit, nihil de rerum amotarum dixisset, quaesitum est an nihilominus agere possit: neque immerito quia cum dotis quasi pignoris retentionem omisisset, quam in actione rei uxoriae impetrare poterat propter res amotas, uidebatur earum repetitioni renunciasse, arg. ex auth. sed cum testator. §. item. C. ad l. falc. in. Respondet tamen Pompon. maritum agere posse rerum amotarum, quia cum haec actio competat etiam si dos nulla sit, non uidetur eam omittere, qui dotis retentionem omittit d. l. si cum dos 8. quamuis nec ita expensae nec exprimat post Accurs. Bart. et. Plane si dotis retentionem amot. uolunt, peculiarium futura donatio in d. l. ita ut compensationi eo nomine locus ei possit. l. si conuenerit 18. de pign. act. omissa compensatione indebiti solutione marito competeret, quia quatenus compensare potuit ipso iure debuit l. si ambo 10 D. de compensation. l. gett in uitem 30. de condict. ind. quamuis per erram reclamet Bart. notatus a Ced. ford. li. 1. tract. 1. q. 5. quemadmodum licet res si marito omissa compensatione propter necessarias impensas totam dotem soluerit, repetere potest ex aequissima Marcelli sententia in l. quod dicitur §. ult. de impensis in res dot. explicante Bart. in rub. de sol. m. n. 4 sol. m. eleganter Faber de error. dec. 93. err. 5.

Sed nec rerum amotarum retentionis hodie marito concedi in actione ex stipulatu Iustin. uult, quoniam ita dotis fauor suadet, et mariti iniuria nascitur, cum possit rerum amotarum actionem pro ubi expellere, quae introducta est aduersus eam, quae uxor fuit ut amotas res restituat, l. 1. D. de act. rer. am. nec turbamur, quae de turbatione sic sentiat auctor Fab. de error. dec. 82. err. 3. ubi audenter affirmat retentionem propter res am. inepte, aut inique sublatam esse a Iustiniano praetextu rerum amot. actionis marito relictae, quoniam haec actio nunquam aliter competit, quam si diuortii consilio res amotae sint, et diuortium sequutum sit. l. rer. 25. D. de act. rer. amotar. l. 1. et sigg. C. eod. tit. Quare cum hodie apud Christianos diuortio matrimonia nunquam dirimatur. c. gaudemus 8. de diuortiis. Ideoque uidetur nunquam hodie rerum amotarum actionem competere marito posse, proinde atque ei non debere retentionem propter res amotas. Sed haec nec certa forma sit, quia quamuis fateamur retentionem semper obuiam potuisse in act. rei ux. neque ad diuortii casum restrictam. Ut argumentatur Fab. ex l. 1. C. rer. am. et regulariter commodius retinere quam agere de furti tanta ex d. l. g. ex d. el. don. in fauor. retentionis marito denegari suasit. Ut agnoscunt Cui. et Hispan. Sic. quia salua ei manet rerum amot. actio, quae in eo, quod dotis retentione melior est, quod tamen ex furto illatum repetentem, et statim post diuortium res amotas restituit, cogitet, ut signat Paul. in l. si mulier 21. §. rer. de act. rer. cum tamen dote retentionem aliter post diuortium tantum §. cum pute inf. Soult. notat Cuiac. ad tit. C. de rer. am. Sed etsi ex diuortio matrimonii uinculum non dirimatur, tori tamen separatio permittitur. c. ex publico. de diuortiis quia in diuortiis locum quoad omnes iuris effectus sacceditur, ut docuimus supra n. 4 uel

Et ideo si futurae separationis consilio res amotae sint, et separatio sequuta, non dubitari debere quin maritus rerum amot. actione uti possit, ut eod. tit. omittamus alias quam eo nomine actionem competere ac citius retentionem

Ed.

-- 74

... dium amissum ... iure suo mederi potest ut constat ex l. si contra 65 § ... l. 4 ... si propter 22 § ... l. 6bres 24 cum l. seq. ... de actione rer. amotar.

Quartae retentionis species propter liberos proponitur a Iustiniano ... sileat ceteris in hoc tractatu tanto illustrior quanto explicatior, igitur si mulieris causa, etiam patris eius in potestate mulier est divortium intercessisset, maritus propter singulos liberos ex matrimonio scilicet communi susceptos totidem sextas dotis partes retinere poterat non plures tamen quam tres sextas id est non ultra dimidiam partem dotis ... Ulpiano in fragmentis tit. 6 ... propter liberos Paulo lib. 2. ... tit. de dotib. apud Boetium in Topicis exornant Brisonius lib. 5 de formulis Barbosa in l. post dotem 40 n. 5 soluto matrimonio, sed ... si actione rei uxoriae dos peteretur in qua ex ipsis formulae verbis quorum meminimus in § sed etsi non ignoramus n. 1. ... retentionem ... quod divortio facto culpa mulieris cuius melius est sextas retineri pro liberis ut ait Boetius laudatus a Cuiacio hic ex qua observatione enodari potest obscurus ... in l. cum post 69 ... de iure dotium ubi si mulier post divortium viro sciente in possessione dotalium praediorem longo tempore fuerit, responsum est maritum dotem petentem doli exceptione submoveri posse quia ex possessione longa post divortium tacitum pactum de non petenda dote praesumitur et consequenter significatur longa possessione cessante potuisse maritum post divortium dotem cum effectu petere quod tamen ... ex l. 39 § si in uxore ... de peculio quare ... Schifordegerus ... lib. 3. tract. 2. q. 9. ut fateatur regulariter mulierem doli exceptione tueri se posse si maritus post divortium ex promissione dotis agat d. l. de posui 39 § si in uxore ... ... petit ab eo cui confestim restituturus est l. si socer 44 § ... soluto matrimonio cessat tamen doli exceptio si divortium mulieris culpa fiat ut accidit apud Papin. in d. l. cum post 69 unde post Accursium ... ita fingit Cuiacius lib. 4 responsor. Papini ... n. 2. quia cum tunc maritus propter liberos sextas retinere posset potuisset ... dotem promissam cum effectu petere nisi ex silentio longae possessionis tacite convenisse videretur ne dos peteretur d. l. cum post 69 l. 2. et seq. C. de pactis. mihi tamen haec parum placent quia propter liberos marito tribuebatur retentio non petitio ut ait ... d. tit. 6 ... propter liberos et divortio culpa mulieris facto non totam dotem sed sextas duntaxat propter liberos ... mores graviores, octavam propter ... lucrabatur maritus ut probavimus supra n. 3 quorum utrumque Papini... repugnat qui de petitione dotis promissae simpliciter loquitur in d. l. cum post 69 ... ita magis quod ex Graecorum glossulis petitur docent Cuiacius tract. 8. ad Africanum in d. l. de posui 38 § si in uxore Barbosa in l. quae dotis 34 n. 52. soluto matrimonio ideo maritum dotem petere potuisse nisi longa possessio obstaret in d. l. cum post 69 quia convenerat ut dotem lucraretur in casu divortii culpa scilicet ... sic n. ... ratione ... supponendum est ... alioquin inutile pactum foret quo mulieris in dote conditio sine culpa eius deterior fieret arg. ex l. 2 ... de pactis dotalib. l. 1. ubi ... interveniat ... de dote praelegata.

Differunt superioribus electae et elegantes differentiae inter retentionem propter liberos et ceteras, quarum apud Iustinianum mentio prima haec est quod cum propter mores et res amotas et donatas et impensas necessarias non tantum dotis retentio ... etiam

Petitio actionis iure marito tribuerttur vt ... alia quadam ...
propter liberos tamen sexta dotis in retentione ... petitione ...
in dicto ... per liberos idq sine exemplo non est l. ex quibus § 1 ... indebiti l. Paulus
D. de dol. e except. notat Cuiacius hic differentiae ratio nec expensa ... nec expressa hac est
quia caetera retentionum causa cum pendeant et ex precedente malitia veluti moribus aut
rerum amotis et ex donatione iure improbata et ex expensis necessarijs dotem ipso iure minu-
entibus omnes iures ciuili autoritate subnixae sunt quod et retentionem dotis actiones eo nomine
dantur l. 2. § exinde ex his legibus D. de origine iuris, at retentio propter liberos sola
equitate naturae in fauorem mariti comparata subsistientur, quod diuortio facto culpa mulieris
sextas ex dote retineri ad alendos comunes liberos suadet nec adiuuat iure ciuili actione
eo nomine data, quia ius ciuile alimentorum onus patri potius quam matri iniungit
l. si quis a liberis 5. § si pater l. pen. D. de agnoscendis et alendis liberis, ex eodem fonte
profluit secunda differentia quam propono potius quam affirmo, nam cum de caeteris retentionibus
omittendis pactio ante diuortium facta nullius momenti sit quia repugnat iure ciuili generaliter
de causis earum retentionum constituendi l. illud 5. l. dotes 30 D. de pactis dotalibus, propter
liberos tamen retentio pactione ante diuortium facta ommitti potest veluti si extraneus
dotem dans cum ab initio nec suspitio aliqua liberorum concurrit sibi rem omnem reddi
paciscatur hoc est retentione propter liberos cessante lege vltima vers. tu etenim C. de iure
dotium explicat Cuiacius hic quia licet marito renunciare retentioni suo tantum fauore
introducta l. si pater 12 § 1. D. de pactis dotalibus l. si iudex 41 D. de minoribus quamuis
C. Castillo lib. 3. controu. cap. 3. n.º 36. et in Lusitania eadem electio datur Colono in agris frumentarijs ita ut semen tantum deducat, in alijs autem prędijs nulla deductione facta ut obseruat Valasc. d. quest. 27. n.º 10. utroque tamen casu necesse est ut Colonus denuntiet Locatori ut presens adsit fructibus colligendis ut argumento ex L. item quęritur. 19. §. exercitu d. h. t. docet Couarr. in practic. cap. 10. n.º 4. Vicsaux. decis. 108. Riccius collect. decis. 68. hęc autem nuntiatio saltem antequam fructus domum auferantur, fieri hodie solet, et debet et si si omittatur adhuc Colonus uti posse electione vaira et verigna est ut notat post alios Molina ubi supra n.º 10. Gironda de gabel. 2. part. §. 1. n.º 96. dummodo constet ex quantitate fructuum perceptorum et de ipsa sterilitate cuius probatio Colono qui eam alegat semper incumbit sicut fertilitatis Locatori ut resoluunt Mora ubi supra n.º 16. Mascard. de probat. conclus. 1359. Plane in fertilitate definienda hodie communiter utimur ut quoad compensationem ubertatis cum sterilitate talis esse debeat ubertas ut soluendis utriusque anni pensionibus et in pensas Coloni fructus sufficiant ut explicat Molina ubi sup.ª n.º 8. requiritur ubertas quędaplum fructuum percipi solitorum excedat ut habetur utrumque in L. 10. tit. 8. parte 5.

18\. Deinde ut ex generali Legis nostrę traditione quędam valde utilia nec inutilia penitus deducamus sciendum est regulam hanc remittendę pensioni propter sterilitatem Locum habere sive merces in pecunia promissa sit, sive in certâ quantitate fructuum, ut distinximus supra num. 4. docent Caroc. d. tit. de remiss. merced. quest. 4. n.º 2. Madera animadu. cap. 15. n.º 16. Connan. lib. 7. com. cap. 11. n.º 6. Faber in suo C. lib. 4 tit. 42. defin.º 22. nisi scilicet sit Colonus partiarius in quo de remiss. mercedis frustrâ tractatur, quia quasi socius damnum et Lucrum fructuum cum domino partitur L. cum duobus 52. §. si in Locum dâ d. prodotio L. si merces 25. §. vis maior d. ubi post clasicos Faber d. h. t. Caroc. ubi supra n.º 3. Franc. Marc. 2. tom. decis. 211. Cujac. in L. certi 5. supra h. t. Valasc. de iure emphyteut. quest. 10. et in conductore ad Longum tempus qualis est, qui in decennium fundum conduxit admittenda remissio est propter sterilitatem, ut resoluunt Franc. Marc. 2. tom. decis. 212. Mascard. de probat. conclus. 1359. n.º 9. Valasc. de iure emphyteut. quest. 29. n.º 24. Garcia de expens. cap. 14. n.º 9. quamuis per expensas dubitet Caroc. d. quest. 4. n.º 5. unde etiam fit ut secundus conductor sive partiarius sub conductor sub locauit iuxta generalis conductor unius vel plurium prędiorum unam aut etiam partem sub Locauit iuxta nemo 6. sup. h. t. possit pensionis remissionem petere a conductore generali quamuis ponamus hunc a primo Locatore eam petere non posse compensata sterilitate cum alijs redditibus ut probat mihi L. ex situ ibi. 7. cum Leg. seq. d. h. t. firmat Caroc. ubi supra quest. 7. Faber in suo C. lib. 4. tit. 42. defin. 27. quo etiam exemplo conductori prędij urbani quem inquilinum dicimus pensionis remitendam esse aut totam aut partem

si fortuito casu domus habitari, uel sibi beati, veluti propter peste bellum aut incendium constat ex l. si quis domum 9. §. 1. ff. habitatores 27. § ult. l. si fundus ff. d. tit. dixi dd. Couarr. in pract. cap. 30. n.º 2. et lib. 4. var. cap. 6. Connan. lib. 7. com. cap. 11. n.º 5. Padilla in l. cum proponas n.º 11. C. de transact. Cuiac. in l. certi §. supra ff. locat. lib. 18. com. c. 7. Caroc. ubi supra quest. 8. ex n.º 16. et ex n.º 81. Morla d. d. quest. 1. n.º 7. Molin. de contract. cap. de locat. verbo accidentalia n.º 2. et sequentibus Surd. decis. 326. n.º 16. Castillo lib. 3. controu. cap. 3. n.º 77. apud quos alia traditiona multaque non transcribo. Non ergo dixi propter sterilitatem sermo est Rebuff. in privileg. scholast. privil. 11. Gironda de gabell. 2 p.te §. 1. n.º 40. Praeterea ex superioribus quesitum est an emphyteuta, nempe qui fundum perpetuo fruendum accepit, ita ut ei non auferatur, quandiu pro eo pensionem solueret si sterilitate passus sit pensionis remissionem petere possit explicauit non posse l. quicumque 3. C. de fundi patrimon. lib. 11. nam et fortuitis casibus quibus res in emphyteusim data particulariter laeditur, emphyteuta a pensione non liberatur nisi tota res penitus extinguatur l. 1. C. de iure emphyteut. §. adeo instit. h. t. l. 28. tit. 8. part. 5. idcirco scilicet, quia emphyteuta pensionem modicam soluit non propter usum fructum ve fructus, ut in locat. dictum supra n.º 2. et 3. sed in recognitionem dominij, quod penes accedentem manet etiam si fundus sterilis aut dominatus sit explicant post Clasicos in d. l. 1. Cuiac. ubi Giffan. in l. 2. in princ. C. de iure emphyt. Donell. lib. 9. com. cap. 14. ubi Hilliger. Litt. M. Molin. ubi supra n.º 50. Morla d. quest. 1. n.º 22. Roman. consil. 8 Greg. Pichard. in d. §. adeo instit. h. t. n.º 60. Camill. Borrell. in summa decis. tit.º 33. n.º 229. et congesti a Barbosa in remis. ad ordin. lib. 4. tit. 39. n.º 17. et 18. §. 1. in quo Larrea aberrat Gamma decis. 250. Caroc. secum pugnans et repugnans ubi sup.ª quest. 3. et ideo si non modica pensio sed fructuum quantitati respondens, nec multo minor quam a conductore solueret, ab emphyteuta soluatur obtinuit mereri pensionem remittendam esse propter sterilitatem late praeter laudatos a Valasco d. quest. 27 n.º 11. Barbosa in remission. ad ordinationes Lusitan. lib. 4. tit. 27. n.º 3. Mant. de coniect. l. 33. n.º 10. Garcia de expens. cap. 14. n.º 9. Flores de Mena in addition. ad Gammam decis. 250. et decisum testantur Tesaur. decis. 20. Rota romana decis. Neoti p.te 1. diuers. in nouissimis Faber in suo C. lib. 4. tit. 47. defin. 36.

Sed repugnat acriter Papinianus in l. ex conducto 15. §. Papinianus alias l. si uno 1. ff. d. h. t. ubi scriptum est regulam illam remittendae pensionis propter sterilitatem nisi cum fertilitate penset admittendam etiam esse in agro uectigali, cum tamen uectigalis fundus sit emphyteuticarius, ut constat ex rubr. et l. 1. ff. si ager uectigal. idest emphyt. l. sciendum 15. §. 1. ff. qui satisd. cog. Quare omissa solutione Cuiac. et Giffanij in d. l. a. 1. et a. 2. C. de iure emphyt. alia Baldi quam probat Balasc. de iure emphyt. quest. 3. in fine Caldas eodem tractatu 1 p.te de extinct.

emphyt. cp. 2. nº 7. et D. Bossig tit. praxi tit. de remiss. merced. conduct. nº 186. quas convincit omnes, si recte expendat textq n̄dy expensq aut expositq in hoc tractatu in l. 2. §. ult. D. de administrat. rerum adiciut. pertin. dicendum est n̄ tractari de fundo vectigali seu emphiteutico in d. §. Papinianus vers. hoc adhuc sed potius de damno fortuiti casus, quo redditus publici vectigalis seu tributi graviter minuuntur aut deminuunt quo casu in conductorib. vectigalis pensionis remittendas, nisi postea aliu eventu redditus augeantur, Papinianus respondit exemplo rei ficiat sterilitatis p̄dio rum, a quibus ad vectigalia argumentari solet l. 9. §. 1. D. de administr. rer. adiciut. pertin. Sensit ita aut p̄tendit Bart. in l. cotis §. qui maximos D. de publican. idque in omnibus conductoribus tributorum quo ad augmentum mercedis propter fuerum insolitum et remissionem propter damnum argumento ex l. 2. C. de alluvionib. ex l. formo q. §. illus D. de censib. admittunt post multos Bossig tit. de remiss. merced. public. in prin. Mollig de locat. verbo accidentalia nº 22. post Caror Narbona in l. 57. glos. un. nº 7. D. tit. 4. th. 2. compil. Surdus decis. 326. nº 14. Sed odie contrarium utimur, ut conductores vectigalium et omnium regiorum redditum numquam pensionis remissionem petere possint, etiam si fortuito casu belli a principe moti damnum paciantur quoniam ea semper conditione conducunt ex l. 2. tit. 9. lib. 9. compilat. de qua plura plurib. Castillo lib. 3. controv. cp. 8. ex nº 46. et ex nº 59. Gutierrez de gabel. quest. 186.

26. Rursus ut progrediamur decimarum quoque conductores et aliorum ecclesiasticorum redditum, remissionem pensionis petere possunt propter sterilitatem argumento ex cp. 2. ext. de locato nisi vel aliter ab initio convenerit aut synodali constitutione caveatur Docet Narbona in d. l. 57. glos. un. nº 67. Franc. Marc. Thom. decis 209. porro in annuis redditibus quos census dicimus, distinctio adhibenda est. in censib. enim reservativis, nempe quoties omne dominium rei meae in alium transfero reservata mihi annua pensione certa cp. constitutus ubi glos. pen. ext. de relig. domib. placet fructibus propter sterilitatem diminutis pensionem minuendam esse exemplo emphyteusis, in qua pensio fructibus respondet argumento ex l. Cum certus. 5. D. de tritic. vino vel oleo leg. l. cum quidq 47. D. de usur. firmat Rodriges de annuis reddit lib. 2. quest. 15. nº 95. Carroc de locato tit. de remiss. merc. quest. 2. nº 12. Gutierrez lib. 2. pract. quest. 177. nº 9. in fine nisi obstet pensionem promitti n̄ pro fructibus fundi venditi, sed pro interesse precij quandiu n̄ solvitur ut in l. curabit. 5. sup. de act. empti l. Julianus 13. §. ex vendito D. eod. quo casu integra pensione debetur etiam si fructus nulli percipiantur l. sicut emptio 260. l. cum seq. seq. ubi post Glas. Faber. D. tit. agnoscunt Cujac. lib. 16. obser. cp. 21. Robert. lib. 1. animadv. cp. 11. Bald. et alij relati Alvarez lib. 8. var. cp. 4. nº 3. in terminis Caroc.

vbi sup. quest. 8. nº 76. cum alijs quæ ita exponit ut sponit Flores de A.[illegible] in additioni. ad gam mg decij 42 in censib9 aut? assignatibij quales hodie vocamus cum accepta certa quantitate annua penio pmittitur obligatis conomine personalt certissimus apud nos est nihil ex pensione demittendg esse, etig si res pignori obligatæ nullos aut exiguos fructus redant. Vi Luis. in d. de aliment et cibar. leg. Felician de censib. 2 thom. lb. 1. cp. 8. nº 20. Rodriguez ld. lb. 2. quest. 7. nº 18. in fine et in praxi recepti fatetl Flores de menna d. decis. 42. denique et in pensionib9 quæ imponi solent taxatiue sup fructib9 beneficij ex stylo curiæ Romanæ, si sterilitas tanta stringat, ut deducta prius congruâ sustentatione beneficiarij fructus n superint ad soluendg pensionis, dimedi eg pro rata diminui æquissimy est, ut post Celz. late resoluit. Oigus de pension. quest. 62. Mol. d. tit. 10. quest. 1. nº 10. quamuis ex stylo curiæ remissio hæc n admittatur nec solutions retardet, quod et verissimy [illegible] Valasc. d. quest. 27. nº 27.

finitima superiori questio est de casib9 fortuitis quib9 sterilitas solet stingere, aut vitio rei, aut extrinseco, disputant post Cuiac. in l. certi sup. h. t. et lb. 15. obs. cp. 28. et lb. 26. cp. 32. Hotman. lb. 4. obser. cp. 16. [illegible] Amaya lb. 3. obser. cp. 3. quemadi, ut hæc quæ plenius explicare non potuimus, capias planius.

AD TITVLVM. D. DE V.S. BREVES, ET DILVCIDÆ RECITATIONES.

Vtilissimum, de verborum, quæ ad ius pertinent, significatione, tractatum, olim
ab Ælio Gallo magni nominis iuris consulto, duobus ex professo libris, comprehen-
sum, ut apparet ex inscriptione. l. paries. 157. d. de. V.S. hodieque ab Alciato,
Cuiacio, Rebuffo, Brecheo, Goddeo, Fornerio latissimis commentarijs lustratum
potius, quam illustratum, explicare agredimur.

1\. Inscribitur hic titulus aliter in Vulgatis codicibus, in quibus ita
Legitur, de verborum, et rerum significatione, aliter in Florentinis et manuscriptis,
ubi verbum, rerum non extat; prior lectio confirmari potest simili inscriptione
tituli. C. de Verborum et rerum significatione, et tituli. 33. part. 7. ibi del signifi-
camiento delas palabras e delas cosas dudosas et quia in hoc titulo non tantum
verborum significatio, sed etiam rerum effectus exponitur ut in l. 3. l. mille. 154.
l. si caluitur. 233. §. 1 ubi Accurs. d. h.t. cum congestis a Rebuffo hic pag. mihi
6\. vel quia quemadmodum verba significant, ita res verbis significantur, l. illud. 13. d. de iure codicill. notat Cuiac. in recitat. C. ad hunc tit. ideo quæ significationis vox actiue, quo ad verba, et passiue, quoad res usurpatur, ut explicat Accurs. hic
+ §. tractari, ibi voluntatis autem quæstio ex eo scripto plerumque declaratur.
laudatus ab Alciato Rebuffo et alijs posterior vero inscriptio probari videtur in l.
2\. §. cætera C. de veter. iur. enucl. et ex Basilicis firmatur à Cuiac. in recitat. ad
hunc tit. quam veriorem et expeditiorem esse censeo quamuis utraque defendi
posit.

2\. Verborum autem significatio sumitur, vel ex proprietate sermonis
vel ex communi loquendi usu vel ex intentione proferentis. Ex proprietate
significatio sumitur, ita ut regulariter, verba iuxta propriam et innatam sig-
nificationem intelligamus præcipue in legibus interpretandis l. 4. d. de leg. 1.
l. non aliter. 69. d. de leg. 3. l. 1. §. licet autem vers. in re igitur. d. de exercit.
act. cap. ad audientiam. 12. ext. de decim. l. 24. tit. 12. part. 5. notat Cuiac.
in l. 8. et seq. d. de excusat. tut. Donel. lib. 1. com. c. 15. ubi Hillig. litt. C. Ex
communi loquendi usu verba interpretamur, et proprietati præferimus in testamen-
tis præcipue et contractibus l. librorum. 52. §. quod tamen Cassius d. de leg. 3.
l. Labeo. 7. vers. non enim d. de supell. leg. l. cum delationis. 18. §. item ca-
cabos. d. de instr. et instrum. leg. c. inter corporalia ext. de translat. cui iun-
ge Paneir. lib. 2. thes. var. lect. c. 87. Lips. lib. 1. elect. c. 4. Mercurial. lib. 1. var.
lect. c. 8. Andr. Schot. lib. 5. obser. c. 28. Baiff. lib singul. de vascul. pag. 263.
Cuiac. lib. 8. obser. c. 7. Nuover. in animadu. ad Petr. 438. Postremo ex in-
tentione proferentis verbum accipitur, quoties ea manifeste apparet, tunc enim,
et proprietati verborum, et communi usui præfertur. l. Labeo. 7. d. de supell. leg.
l. non aliter. 69. §. 1. d. de leg. 3. c. in telligentiam. 6. c. propterea. 8. ext. h.
t. explicant Gomez. 1. var. c. 5. num. 24. et de singulis late Alciat. hic, et
lib. 1. et 2. de V.S. David Savius eodem tractatu. c. 5 et seq. Capalla in hac ru-
br. num. 19. et seq.

13

Ad. l. 1. l. de testatio. 40. § 1. l. Patroni. 52. l. inter stuprum. 101. § ult. l. quisquis. 116. l. servius. 122. l. hominis. 152. l. illa. 163. § ult. l. libertî. 172. l. pronuntiatio. 195. D. h. t.

Cum Ulpianus lib. 1. ad edictum eam edicti partem interpretaretur, qua pretor, siquis damni infecti nomine caveri sibi postulat, caveri iubet, aut in possessionem mittit. l. 1. l. 4. § 1. l. pretor. 7. D. de damno infecto ne propter verbum siquis, quo pretor forsam utebatur dubitaretur, an ad feminas edictum pertineret, recte adiecisse videtur, in verbum l. 1. h. t. hoc, siquis, tam masculos, quam feminas complecti ut suspicatur Cuiac. hic, quemadmodum et ad edictum de negotijs gestis, et de albo corrupto idem Ulpianus notavit l. siquis id quod. 7. § 1. D. de iurisd. l. 3. D. de negot. gest. quibus consonant l. 1. § ait pretor D. de const. pec. l. si vero. 5. § ait pretor D. de his, qui deiec. vel effud. l. hoc articulo 29. D. de hered. inst. l. ait Divus. 16. D. de iure fisci. l. 1. § de eo. D. de peccul. l. 3. § 1. D. de libero hom. exhib. l. 6. tit. 33. part. 7 complectitur autem hoc verbum siquis, utrumque sexum ex proprietate sermonis, quia commune verbum est, ut et verbum homo. l. hominis. 152. D. h. t. sic que accipiendum est in l. siquis aliquid. 38. § qui abortionis, ibi, quod si eo mulier aut homo perierit, hoc est mater, aut homo, qui in utero est, sive vir, sive femina sit, et in l. pen. C. ad leg. Cornel. de sicar. iuncta l. 1. D. eod. ut notant Bart. Alciat. et Rebuffus in hac l. Cuiac. in d. l. hominis. 152. et apparet ex traditis a Tiraquello de retrat. lignag. § 1. glos. 9. num. 216. et ex num. 226. quamvis relactetur Alciat. lib. 7. Parerg. c. 7. Donel. lib. 1. com. c. 14.

Superioribus consequens est illa iuris regula, que docet, masculini sexus appellatione plerumque feminarum contineri l. qui duos 62. D. de leg. 3. l. pronuntiatio. 195. D. h. t. unde fit, ut in leg. 12. tabularum, que tutelam liberti inpuberis patrono defert princ. instit. de legit. par. tut. liberte etiam libexta contineatur textus sic accipiendus in l. liberti. 172. ubi Cuiac. D. h. t. iuncta l. 3. cum epigraphe D. de legit. tut. l. cum pater. 74. § cum inter D. de leg. 2. quemadmodum patroni quoque verbum ad patronum porrigitur l. patroni. 52. h. t. inde etiam fit, ut filij appellatione filia significetur l. filij 84 l. iusta. 201. D. h. t. Riccius in coll. lect. decis. 3. part. coll. 529. et ideo tutores a patre filijs testamento dati, filiabus quoque dati videntur. l. siquis ita 16. D. de testam. tut. l. servius. 122. D. h. t. iuncta l. Titia 45. D. de leg. 2. cum Alciato lib. 2. Parerg. c. 48. Hillig. ad Donel. lib. 3. c. 4. litt. M. et filijs a patre institutis filia quoque contineatur l. quisquis. 116. D. h. t. ubi videndi Alciat. Rebuffus Cepolla et Cuiac. Postremo hinc etiam fit, ut servi pueri que appellatio ad utrumque sexum pertineat l. de testatio 40. § 1. l. illa. 163. D. h. t. et ideo servis puerisve legatis, ancille quoque et puelle debentur quamvis si ancille puelle ve legentur, masculi non debeantur ex eleganti differentia tradita a Modestino lib. 9. differentiarum in l. servis 81. D. de leg. 3. cuius pars extat in d. l. inter stuprum 101. § ult. D. h. t. ubi Cuiac.

Illud sciendum est contineri his verbis utrumque sexum non

iuxta propriam significationem, ut in verbo siquis et similibus sed ex interpretatione iusta d. l. iusta 201. h. t. nec secundum figuram verborum d. l. quis quis 116. h. t. sed per extensionem á iure admissam ex communi loquendi usu d. l. pronuntiatio 195. l. cum in adoptivis. 10. §. que in filio C. de adopt. l. gen. in fine. C. de prepos sacr. cub. lib. 12. resolvunt post Bart. in hac. l. 1. num. 2. plures laudati ab Alciato num. 2. Cepolla num. 22. Tiraquello ubi supra n. 180. observatur autem hec regula in omnibus causis teste Rebuffo in d. l. 1. pag. 9. etiam penalibus l. siquis id quod. 7. d. de iurisd. c. siquis suadente. 17. docent preter citatos in l. 80. Tauri num. 28. Acevedo in l. 1. num. 2. tit. 13. lib. 4 compil. Molina de instit. et iure tract. 3. disput. 50. num. 2.

Ad l. 2. in princip. l. ut alphenus. 87. l. edificia. 139. l. qui in continentibus 147. l. mille 154. l. collegarum 173. §. 1. l. absentem 199. l. pupillus 239. § urbs. d. h. t.

I. Tractavit Paulus lib. 1. ad edictum de iuris dictione, et magistratibus, ut apparet ex l. ult. d. de iurisd. l. eaque. 26. d. ad munic. l. 2. d. si quis in ius voc. non ier. cum autem ex veteri lege tribuni plebis extra urbem pernoctare non possent ut observat Alex. ab Alex. lib. 1. dier. gen. c. 3. Petr. Gregor. lib. 47. syntagm. c. 34. num. 9. Cuiac. lib. 24. obser. c. 6. Cuiac. lib. 1. Pauli ad edictum in hac l. 2. eleganter Paulus difinit latiorem esse Rome quam urbis appellationem urbs enim muris finitur Roma autem continentibus edificiis, hoc est sub urbiis, ut explicat arezius observat. c. 47. Pancir. lib. 2. thes. var. lect. c. 154 Petr. gregor. 2. de rep. c. 4. nempe, quia urbs. ab urbe dicta est, hoc est curvatura aratri, quod in urbibus condendis et everten-dis, murisque designandis olim adhibebatur l. pupillus 239. § urbs d. h. t. l. si usus fructus 21. d. quibus mod. ususfr. amit. docet Ruben. lib. 1. elect. c. 1. Demsper, in paralipom. ad Rosin lib. 1. antiquit. c. 3. Grat. disc. for. 1 tom. 1. c. 179. num. 32. et quos laudavimus in l. si usus fructus 8. num. 20. d. de usufr. leg. est ideo urbem proprie dicimus, quam muro cingitur Romam autem ex cotidiana consuetudine, qui continentia edificia sunt sic que et in aliis quoque urbibus distinguendum est, ut si generale tantum civitatis nomen exprimatur murorum ambitu terminetur. c. si civitas. 17. de sent. excom. lib. 6. si vero proprium, veluti salmantica vel utrumque coniunction. veluti urbis salmantica sub urbia quoque contineantur l. 4. § si ita d. de pen. leg. l. uxorem 41. §. l. ut Alphenus. 87. d. h. t. cui iungendus Ant. August. lib. 2. emend. c. 2. Me-noch. de arbitr. lib. 2. casu 155. Rebuff. in hac l. 2. pag. 25. gauzat. d. de leg. 3. 83. part. 7. quam sic intelligit Covarr. in c. alma mater. 2. part. §. 1. num. 8.

2. Ex qua difinitione primo profluit quod legimus in l. edificia. 139. qui in continentibus. 147. h. t. edificia que in continentibus Rome fiunt, Rome fieri videri, et quemadmodum qui in continentibus nascuntur, Rome

nati intelliguntur quod eo pertinet, ut Latinus libertus, qui edificio Romæ perfecto vel liberis natis ius Quiritium consequebatur teste Vlpiano in fragm. tit. 3. in princ. petere ciuitatem posit, si alterutrum in continentibus fiat, ut obseruat Cuiac. in hac l. 2. iuncto Menochio ubi supra num. 9. quamuis aliter Merillius lib. 3. obs. c. 33. Secundo hinc etiam fit, ut cum ex lege iulia de vicesima mortuo testatore aperiri debeant tabulæ a presentibus intra tres aut quinque dies ab absentibus intra totidem, posquam redierint authore Paulo lib. 4 sentent. tit. 7. in fine, et ad redeundum viginti millia passum in dies singulos asignentur. l. 3. h.t. rectissime scripserit Macer lib. 1. ad legem vicessimam ei qui Romæ abfuerit numerandos esse mille passus a continentibus ædificijs, non a milliario urbis l. mille 154. h.t. erat autem milliarium columna in foro romano, ubi omnes Italiæ viæ terminabantur, ut docent preter citatos a hilligero ad Donel. lib. 3. cp. 9 litt. T. Ant. august. lib. 4. emend. cp. 7. Sabell. in annot lib. 3. c. 5. denique hinc etiam fit, ut in tractatu de tutelis, eum abesse Roma intelligamus, qui extra continentia urbis est. l. cum legatarum. 173. §. 1. l. absentem. 199. h. t. iuncta l. 5. et. 6. d. de tutor. dat. ab his. l. 6. d. de procur. cum Cuiac. lib. 7. obs. c. 34 Brisson. lib. 3. select. cp. 13. et ideo in continentibus dati tutores Romæ dati videntur, l. penul. § Romæ d. de excusat. quemadmodum si ea, quæ Romæ sunt, legentur, quæ in suburbijs quoque sunt, legata videntur l. 4 §. si ita. d. de penu. leg. l. cui quæ romæ. 84. d. de leg. 3. cui addendus Hillig. ad Donel. lib. 8. c. 19. litt.

Ad. l. 2. §. 1. D. h.t.

. Dies alius ciuilis est, qui Romano more a media nocte incipit et sequentis noctis media parte finitur, constat que horis viginti quatuor more. 8. d. de ferijs l. 1. d. de manum. alius vero naturalis, qui ab ortu solis ad ocasum progreditur, et constat duodecim horis. c. consuluit. 24. ext. de off. de leg. constat priorem illum male Acursiani naturalem appellant, et posteriorem hunc artifitialem, quos reffellunt rem explicantes Cuiac. lib. 15. obs. c. 32. et lib sing. de prescr. c. 2. Putean. in rellig. conu. prisci pag. 18. Pichard. in §. preterea num. 14. inst. quib. non est perm. fac test. et laudati a hillig. ad Donel. lib. 24 com. c. 6. litt. f. de hoc autem posteriori die quamuis reniteatur d. Laurent. Ramir in Pentecont c. 28. intelligendus est Paulus hic dum docet maiorem cuius que diei partem esse septem horarum, primarum diei, non postremarum; nempe, quia media huius diei pars sex horarum est, et consequenter maior horarum septem ex quibus meliores sunt matutinæ ut pote ad officia diurna acommodatiores, quo fit, ut qui diurnas operas debet, si a sexta diei hora, hoc est a meridie prestet totius diei nomine conueniri posit, l. 2. in fine d. de ann. leg. quamuis, et si prioribus sex horis prestiterit, non liberetur. l. 2. d. de oper libert. ut omittam emendationem Ranier. lib. 2. thes. var. lect. c. 155 Fabri lib. 20 coniect. c. 19.

. Ad. l. 3. in princ. h.t.

. Cum in ius vocati aut ire, aut cautionem vel satis dationem iuditio sisti prestare cogantur ex titulo. d. in ius vocati, aut eant aut satis

vel cautum dent, in eleganter pretor definit, absenti reo, ut itinere facto sistere se possit,
viginti millia passuum viginti milliaria vulgo Millas, que a Romanis lapidibus
ad mille quosque passus, erectis distinguebantur. l. 1. §. cum urbem. d. de offic. pref.
urb. l. propter litem. 21. §. ult. d. de excus. tut. § qui autem excusare inst. eod. tit.
illustrant Cuiac. hic, Brison. lib. 4. select. cp. 8. Couarr. lib. 2. var. c. 20. num. 5.
Brodeu lib. 10. miscel. c. 20. Morales en el discurso a las antiguedades pag. 14. et
seq. et pag. 3.. et seq. Pat Sador. lib. 2. rer. quot. c. 19. num. 2. Hillig. ad Donel.
lib. 8. com. c. 9. litt. T. Hec autem viginti milliaria in dies singulos viginti millia-
rijs, supersint aliqua milliaria, minus quam viginti dies his peragendis integer
tribuatur, ut proinde si ab eo loco, ubi in ius vocatus est, eum ubi sistere se debet,
unum et viginti milliaria sint, biduum ei adsistendum dinumeretur ne propter
modicum spatium res ad incertitudinem reuocetur l. argumento ex l. si debitori
21. d. de iud. l. scio. 4. d. de integr. restit. servatur autem hec dinumeratio in
stipulatione iudicio sisti si de certo sistendi die inter litigatores non conuenerit, quia
quamuis tunc potestate actoris sit diem sistendo prefinire, l. de die. §. qui satisd.
cog. ita tamen, ut res semper a iudice temperetur moderato spatio statuto, hoc est die-
bus singulis in viginti milliaria tributis l. de die §. ibi, moderato spatio de hoc iu-
dice statuendo, ut explicant post Accurs. ibi glossa magna in fine Fulgos. num. 4.
ibidem, quamuis ea verba Triboniano adscribat Cuiac. lib. 22. obs. c. 26. et lib. 14.
Pauli ad edictum in d. l. de die §. Faber. in ration. ibidem, nec melius acceperit
cum communi Iaso in l. 1. num. 18. d. si quis caut. Menoch. de arbitr. casu. 54.
et congesti ab Hillig. ad Donel. lib. 23. com. c. 9. litt. B. plane si de die sistendi
inter vocatum et vocantem constiterit, cessat hec dinumeratio d. l. de die. §.
quia eorum consensum pretor sequi debet. l. 1. §. inde queritur. d. de oper. noui
nunt.

2. Ex superioribus interpretandum est, quod legimus in l. 2. §.
si preses. d. quis ordo in bon. pos. seru. l. scire. 13. §. qui vero. d. de excus. tut. § qui
autem inst. tit. l. si cui in prouintia. 88. §. 1. d. quib. caus. mai. Fab. ibi et l. quin.
Cuiac. hic et lib. sing. de prescript. c. 8. ita d. de V. O. quia omissis Accursij Bart.
et Alciati interpretationibus quarum meminit Cepolla h. num. 8. Menoch. de arbitr.
lib. 2. casu. 2. num. 7. dicendum est singulariter, tam in contractibus, quam in iu-
dicijs hanc itineris dimensionem, tanquam moderatam admitti, sed quia ex
diuersa hominum conditione fieri potest, ut dinumeratio viginti millium in sin-
gulos dies immoderata sit, rem iudicis arbitrio relinqui, a quo ratio sexus, etatis
et valetudinis habitur. d. §. cum ita ubi Alber. col. 1. et post eum Cepolla et
Menoch. ubi proxime illud sciendum est, nos non milliarijs itinera metiri, sed
Leucis de quarum origine videndi Couarr. et Brison. ubi supra constat autem
Leuca nostra tribus milliarijs ex difinitione l. 8. tit. 16. part. 2. et itineri per-
agendo in omnibus fere causis octo leuce in dies singulos regio iure assignantur
ut colligitur ex l. 6. tit. 22. lib. 2. l. 2. et 3. tit. 10. lib. 6. l. 6. tit. 11. lib. 9. com-
pilat. quamuis in dietas singulas quibus iurisdictio Salmantini cancellari, terminatur,

decem leuce pre finite ex l. 18. et 19. tit. 7. lib. 1. compil. Salzedo. d. c. 10. n. 12. ubi Acebedo.

Ad l. 3. §. 1. d. h. t.

Cum is qui ab hostibus captus est iure gentium eorum servus fiat l. adeo 7. d. de adquir. rer. dom. l. hostes 24. d. de capt. et postl. reu. apparet non posse dici hereditatem eius, qui apud hostes decessit, quia servus successores habere non potest l. servus 4. C. de sucess. cuius pars extat in l. liber. 8. C. de petit. her. teste Cuiac. ad tit. C. comm. de sucess. quia nec testamenti factionem habuit, nisi certis in casibus, de quibus consu. neque contrarium est, quod dici solet, leg. cornelia bona eorum, qui in hostium potestate decesserint, tam ex testamento, quam ab intestato deferri l. bona 22. d. de captiu. l. lex cornelia Cuiac. lib. 17. obs. c. 24. et tract. 2. ad afric. in l. si a pluribus 107. § si quis servum de leg. 1. Hillig. ad Donel. lib. 6. c. 5. litt. C. Pithæus in notis ad collat. leg. Mos. tit. 5. verbo nec testamentum cornelia 28. d. de vulg. et hereditatem eius esse intelligi, qui ab hostibus captus est, ut diserte scribit Vlpianus noster in l. 1. §. 1. d. de suis et legit. id enim minus proprie dicitur l. lege cornelia 12. d. qui testam. fac. pos. quia cum lex cornelia fingat eum, qui apud hostes vere decessit quasi tunc decesisse vi[..]ri cum captus est l. iusto 44. §. ult. d. de usucap. et usuc. l. in omnibus 18. d. de captiu. inspecta fictione non intelligitur hereditas servi sine eius, qui apud hostes decessit, sed eius potius qui in ciuitate liber decessit, prius quam caperetur. d. l. lege 12. d. qui test. fac. pos. l. 1. §. 1. d. de suis et legit. her. illud sciendum est, [...] libello captos, servos non effeci l. si quis ingenuam 21. §. 1. d. de capt. sicut nec inter christianos et ideo testamenti factionem retinere et hereditatem [...] proprie dici l. 1. tit. 21. part. 4. Viglius in §. ult. num. 2. inst. quibus non est perm. fac. test. et preter laudatos ab Hillig. ad donel. lib. 2. c. 9. litt. M. docent Rebuff. hic, Petrus Fab. Forcat. Caldas Cuiac. Couarr. in reg. peccatum 2. p. [..] re lect. §. 11. num. 6. de reg. iur. in 6. Valasc. thomo 1. consult. 30. num. 2.

Ad l. 4 l. rei 5. l. nominis 6. l. rei 23. l. proquemodum alias l. tantum 88. l. cum stipulamur 97. l. pecunie 178. l. pecunie 222. d. h. t.

Explicantur simul his legibus pecunie nominis et rei verba de quibus singulis videamus. igitur cum pecunia a pecu dicta sit, quod omnis veterum substantia in pecorum fructu esset. c. totum quicquid extra. 1. quest. 3. iuncto Alex. ab Alex. lib. 4. gen. dier. c. 15. Laur. Valla lib. 6. eleg. c. 40. Ant. August. in annot. ad Festum verbo peculatus. Pancir. lib. 2. thes. var. lect. c. 156. Brisson. de V. S. verbo pecunia, hinc effectum est, ut pecunie verbo omnes omnino res que in patrimonio nostro sunt, contineantur l. pen. in fine. C. de const. pec. l. nam quod 14. §. ult. cum l. seq. d. ad S. C. Trebell. veluti in lege 12. tabularum que testamenta confirmat ubi super pecunia tutela ve rei, sue l. sepe 53. h. t. l. cum pater 77. §. mando. d. de leg. 2. l. tistardi 13. C. de testam. unde fit, ut venditor hereditati emptori promittat, quanta pecunia ad se ex hereditate peruenerit, restituturum, l. in illa 50. d. de V. O. pecunie appellatione res ipse, nec pretia tantum earum, sed corpora

l. lex que tutores 22 in fine C. de adm. tut.

l. 1. vers. 2. d. ad leg. falc. notat Fachin. lib. 5. contr. c. 11.

significentur l. quisquis. 95. ð. de leg. 3. l. cum stipulamur. 97. l. pecuniæ. 178. ð.
h.t. iuncta l. 2. ð. de hered. vel act. vend. quas ad stipulationem emptæ et ven
ditæ hereditatis pertinere observat Cuiac. in d. l. pecuniæ. 178. et lib. 2. obser.
c. 80. de qua etiam intelligendum est, quod legimus apud Hermogenianum
lib. 2. iuris epitomarum in l. pecuniæ 222. h.t. pecuniæ verbo tam res soli, quam
mobiles, et tam corpora, quam iura contineri, nempe in stipulatione emptæ et venditæ
hereditatis de qua tractabat Hermogenianus d. lib. 2. iuris epitomarum, ut appa-
ret ex l. venditor. 23. ð. de her. vel act. vend. l. si possessor 25. ð. de her. petit. iunc-
ta l. si creditor. 37. ð. de pecul. quamvis aliter interpretetur Cuiac. in d. l. pecuniæ
222. Petr. Faber lib. 1. semestr. c. 28. denique ex superioribus explicanda
est Celsi sententia in l. propemodum. 88. aliás l. tantum 88. ð. ubi quid sit
centies explicat Covarr. in coll. vet. c. 4 num. 4 h.t. ubi docemur, tantum quisq.
pecuniæ habere videri, quantum expressisset ceteris eius bonis refici potest, quo-
vis prædia habere dici non posit, qui pecuniam habet, qua ea compararet, nem-
pe ex communi usu, quia pecunia æstimatur. l. 1. ð. de contr. empt. l. prætia
63. ð. ad leg. Falc. non pecunia l. si ita. 42. ð. de fideiuss. Et ideo centum aurei
legatis, quamvis in hereditate nummi non sint, debentur tamen, si ex bonis
redigi possunt. l. heredes 25. §. ult. ð. fam. herc. l. si pecunia. 12. ð. de leg. 2.
cui iungendus Castillo et ab eo laudati lib. 2. controv. c. 24. si vero fundus
alienus legatus sit, quamquam hereditaria pecunia parari possit non de-
betur legatario fundus d. l. propemodum 88. non quia fundi generaliter
relicti sibi is in hereditate non sit, inutile legatum est. l. si domus. 71. ð. de leg.
1. l. ita stipulatus 115. ð. de V.O. ut perperam Cuiac. existimavit in d. l. pro-
pe modum 88. sed quia quamvis fundus certus veluti Sempronianus, legatus sit,
si tamen alienus sit, legari non potest, nempe per vindicationem l. Stichus 39.
ð. de man. test. cui addendus Cuiac. lib. 4. sent. Pauli tit. 1. Pichard. in §. non
solum num. 26. inst. de leg. Castillo de usufr. c. 9. num. 29. Cuiac. lib. 25. obs.
c. 33. de quo legati genere intelligendus est Celsus in d. l. propemodum 88. quia
per damnationem iam olim res aliena legari potuit l. alienus. 62. in fine d.
ad leg. Falc. observat Cuiac. lib. 14. obs. c. 36. et lib. 19. quæst. Papin. in l.
unum. 67. §. si rem. d. de leg. 2. Ant. Faber. lib. 6. coniect. c. 1. illud sciendum
est, hodie pecuniæ verbum irregulariter de numerata pecunia accipiendum
esse argumento ex l. quod dicitur. ð. de impens. in res dot. fact. l. si viro. 64. §. ult.
ð. solut. matr. l. si pecunia. 12. ð. de leg. 2. nisi materiæ qualitas, aut rationis
æquitas aliud suadeat l. talis. 90. ð. de leg. 1. l. ð. pen. cum similibus. C. de const.
pec. docent cum communi Rebuffus in hac l. 4. pag. mihi 51. Alciat. in d. l. pe-
cuniæ. 178.

2. Sed etsi pecuniæ verbum multa complectatur, latior tamen est appel.
l. rei C. h.t. l. iuncta l. 1. ð. ad leg. falc. l. 1. §. bonorum ð. de bon. poss. latio rei,
quam pecuniæ, quia res dicimus eas etiam, quæ in patrimonio non computantur

Veluti sacras, aut religiosas, aut liberum hominem l. 1. §. per hanc. d. de rei vind. pecuniæ vero nomen ad ea tantum refertur, quæ in bonis sunt ut explicant Accurs. et classici in d. l. rei. §. quibus in effectu subscribit Corras. in l. naturaliter. 12. § nihil commune num. 55. ad ead. quix. poss. quamuis aliter Alciat. et Cuiac. lib. 2. Pauli ad edictum in d. l. rei. §. unde fit, ut cum prætor restitutionem in integrum polliceatur, ad versus possessorem rei alienæ, qui iudicij mutandi causa rem alienauerit placeat eo edicto teneri, siue servitutem prædij alienauerit, siue pristinum rei statum non restituerit l. 4. §. aduersa l. ex hoc edicto 8. d. de alien. iud. mut. caus. fact. nempe quia rei verbo et causæ etiam continentur l. cum pupillus. 9. d. rem pup. salu. for. l. rei 23. ubi Cui. inf. h.t.

. Superioribus consequens est, quod dicitur rei appellatione omnem obligationem ex quocumque contractu contineri l. 1. in fine. d. de reb. cred. l. namquod. 24. §. ult. ad. S. C. Treb. l. nominis. 6. d. h.t. ubi de nominis verbo idem scriptum est, ut et in l. venditor. 23. d. de her. vel act. vend. est autem nomen in usuriis debitum siue obligatio debitoris l. ult. C. de pact. conu. l. qui chirographum 59. d. de leg. 3. l. servum. 44. §. eum qui d. de leg. 1. plane quemadmodum rei verbo, nomen siue obligatio significatur ita interdum nominis appellatio rem in obligationem deductam significat, ~~ut est in~~ l. 4. h.t. ubi pro voce pecuniæ, quæ in vulgaris extat, et ab Accursianis retinetur reponenda est vox, nominis, quæ in Pandectis Florentinis legitur, teste Cuiac. lib. 1. Pauli ad edictum in d. l. 4.

. Ad. l. rei. 5. §. opere. l. ædificia 139. §. 1. d. h.t.

t. ἀποτέλεσμα
t. ἔργον

Docet in hoc §. opere ex Labeonis sententia Paulus, cum quis . l. opus faciendum veluti domum locauerit, aut conduxerit significari operis verbo perfectum, et consumatum, opus quod Græci Apotelesma vocant, non inchoatum dumtaxat, quod ijdem ergon appellant, neque enim opus fecisse dici potest, qui ei propriam formam, quæ ex consummatione contingit non dederit. l. si is qui quadrigenta 80. §. quædam . d. ad legem Falc. quo fit, ut operis faciendi obligatio indiuidua sit. l. stipulationes. 72 d. de. V.O. et ideo si testator opus ab heredibus fieri iusserit, singuli heredes, in solidum teneantur. l. fidei commissa. 11. §. si in opere. d. de leg. 3. l. in executione. 85. vers. secunda ad opus. d. de V.O. d. l. si is qui quadringenta 80. §. quædam d. de leg. 1. perfecisse autem ædifitium videtur, qui ita consummauit, ut in usu esse posit hoc est in eo usu, ad quem destinatum est. l. ædificia. 139. §. 1. h.t. cuius sententiam referendam esse ad Latinum libertum, qui ciuitatem Romanam consequebatur ædifitio Romæ perfecto teste Vlpiano in fragm. tit. 3. in princ. diximus in l. 2. num. 2. sup. h.t. ubi obseruat Cuiac. et lib. 2. Pauli ad edictum in d. l. 5. §. opere. plane, quod de locato opere perficiendo diximus de is dumtaxat conductoribus intelligendum est, qui suo sumptu, suisque cementis faciendum opus conducunt, quos proprie redemptores dici mus l. redemptores. 39. d. de rei vind. l. 2. §. ult. l. ult. d. de admin rer. ad ciu. pert. l. 2. in fine. d. de oper. publ. l.

Cum

cum quidam 17 § eos qui. d. de usur. quibus coniungendi Donel. lib. 13. com. c. 6. Brisson. de V. S. verbo redemptor. Connan. lib. 7. com. c. 6. in princ. et c. 11. num. 1. Petr. Gregor. lib. 27. synt. c. 1. num. 8. Riguard. lib. 5. var. c. 4. is itaque, qui sua impensa faciendum opus conduxerat, id perficere debent ut mihi probat. l. lex. Iulia 7. §. illud. d. ad leg. ius. repet. cui adde Cuiac. lib. 23. obs. c. 33. et lib. 34. Pauli ad edictum in l. item si pretio 22. §. d. locati redemptores itaque, qui sua impensa faciendum opus conducunt, uno certoque pretio pro universo opere constituto, id perficere debent, ut mihi probat. l. 2. §. pen. d. de admin. rer. ad civ. pert. l. lex Iulia 7. §. illud. d. ad leg. Iul. repet. cui adde Cuiac. lib. 23. obs. c. 33. lib. 11. c. 22. Baldus num. 2. post Acurs. ibi Fulgos. in l. 2. num. 4. C. de locato et lib. 34. Pauli ad edictum in l. item si pretio 22. §. 1. d. loc. neque ante absolutum opus mercedem petere possunt, ut argumento ex d. l. si is, qui quadringenta §. quidam, docet Rebuff. in d. l. edificia 139. §. 1. h. t. Costal. in l. qui insulam 30. §. qui eadem. d. loc. Radus Forn. lib. 4. rer. quot. c. 21. testatur perperam ab Hillig. ad Donel. lib. 13. c. 9. litt. C. nisi conductor magni operis inops sit, et satis det mercedis partem, quam petit, in opus se impensurum l. insulam 58. §. ult. d. loc. l. si vero 12. §. ult. d. mand. caeterum si opere locato in singulorum dierum operas, vel mensuras certa merces promissa sit, neque opus perficere conductor cogitur, et inperfecto adhuc opere, post mercedem proportione dierum, aut mensurarum petere. l. qui insulam 30. §. qui eadem. d. loc. cui iungendus Donel. obs. c. 4. vers. aliud et c. 27. Brisson. lib. 4. select. c. 23. nisi quo casu merced. in singulas operas promissa, id actum est, ut ad conductorem operis universitas consummationis pertineret, tunc enim quamvis merces pro modo operarum peti posset, opus tamen perficere cogitur argumento ex l. ea lege 51. §. ult. d. loc.

Ad l. Nominis 6. §. 1. h. t.

I. Adversus eum, qui album iurisdictionis perpetue causa propositum dolo malo corrupexit popularis actio albi corrupti competat ex edicto praetoris. l. si quis id quod. 7. d. de iurisd. §. penales ubi Theophilus instit. de act. de quo videndi Duaren. lib. 1. disput. c. 48. Cuiac. lib. 10. obs. c. 10. et in d. § penales ubi Pickard. ex num. 7. Menoch. de arbitr. iud. casu 281. Donel. lib. 15. com. c. 24. in fine et laudati ab Hillig. ibi litt. C. cum actionem illam porrigendam esse in eum, qui album dum proponitur, corruperit, scripsisset Ulpianus lib. 3. ad edictum in d. l. si quis 7. §. quod si, nempe quia quamvis edicti verba ad album propositum referantur non ad proponendum, sententia tamen ad utrumque pertinet. d. l. si quis 7. §. quod si, recte adiecisse videtur in presentiarum, verbum, ex legibus sic accipiendum esse, ut tam legum sententiam, quam verba complectatur cum enim lex verbis et sententia sive scriptura et voluntate, velut suis ex partibus constet l. fraus 30. d. de leg. l. milles 11. quidam ad leg. Iul. de adult. apparet eque secundum legem fieri, quoties vel iuxta verba et mentem vel iuxta sententiam solam legis latoris fit. l. cum mulier 47. d. sol. matr.

L. Gallus 29. §. et quid si tantum d. de lib. et post.

quem admodum in legem committit, tam qui contra verba, quam qui contra sententiam legis facit. l. nondubium 5. C. de legib. l. 1. §. incidit in fine d. ad S.C. Turpill. l. si quis 33. §. 1. d. ad leg. Iul. de adult. l. impuberem 22. §. qui liberti d. ad leg. Corn. de fals. l. famosi 7. circa finem d. ad leg. Iul. mai. quamvis per excelentiam sive Antonomasiam contra legem fieri dicatur quid contra verba et sententiam legis fit in fraudem vero legis quod contra sententiam tantum l. contra 29. cum l. seq. ubi Faber et Fquinar. d. de legib. quo etiam sensu directas actiones ab utilibus distinguimus, quasi directe sint, quae ex verbis et sententia legis competunt utiles vero, quae ex sola sententia. l. actionis 37. d. de oblig. et act. § ult. instit. de leg. Aquil. l. actio 47. d. de neg. gest. cui praeter laudatos ab Hillig. ad Donel. lib. 21. com. c. 2. litt. I. addendus Cuiac. lib. 28. quaest. Papin. in l. stichum 95. §. aditio d. de solut. Revard. de author. prud. c. 3. Pichard. in §. actionum quest. 1. num. 17. instit. de act. et in rubr. instit. de intell. num. 15. quamvis utraque ex lege competat et ideo legitima et civilis proprie appelletur, ut ex l. nam et si 52. d. de furt. princ. inst. de legit. patr. tut. et Ulpiani verbis impresenti dextre acceptis Hillig. omnino videndus l. ad Don. lib. 21. com. c. 2. litt. b. et quamvis reluctetur Forcat. dialogo 63. num. 1. et 2. Merill. lib. 3. obs. c. 26. plane si legis sententia manifesta sit, quamvis verba repugnare videantur sententia sequenda est. l. Divus 15. §. item senatus d. ad leg. Cornel. de fals. l. ult. 19. § ult. d. ad S.C. Trebell. l. filium 20. §. videamus d. de bon. poss. cont. tab. l. scire 13. § aliud vers. sed et si maxime d. de excus. tut. l. pen. d. ad exhib. c. Marcion 64. extra 1. quest. 1. c. sedulo 12. 38. distinct. cum aliis innumeris iuris locis, quos congessit Rebuff. hic, Tiraq. in l. si umquam verbo libertis n.° 47. C. de revoc. Don. lib. 1. com. c. 13. nisi legis verba tam aperte et generaliter concepta sint, ut admitti ex mente interpretatio non possit, quin lex offendatur, quo casu ea quamvis dura servanda est l. si alii 19. d. de usufr. leg. l. prospexit 12. d. qui et a quib. cui iungendus est Tiraq. ubi supra num. 69. et in tract. cessante causa, 1. part. num. 151. et 2. part. limit. 5. 6. et 9. Donellus lib. 1. com. c. 13. et laudati ab Hillig. ibidem litt. F.

Ad l. Sponsio 7. d. h. t.

fuit olim inter iudiciales cautiones una specialiter sponsio appellata, qua reus actori, et actor reo initio litis, nisi vicisset certam pecuniam spondebat, et plerumque decimam litis partem, quae postea actione ex stipulatu sive ex sponsu, quae et calumniae dicebatur, peti poterat l. 2. de calumniat. in l. [illegible] † § haec autem inst. de pena tem. litig. explicant Budeus in annotat. prior. in l. 2. d. de orig. iur. Pithaeus lib. 1. advers. c. 18. Herald. ad Arnob. lib. 4. ad advers. gent. animad. 173. Cuiac. lib. 7. obs. c. 5. et lib. 27. c. 21. Hillig. ad Don. lib. 24. c. 9. litt. B. Panciro. lib. 1. thes. var. lect. c. 33. Outher. lib. 4. de iure pont. c. 21. Revard. ad leg. 12. tab. c. 6. et lib. singul. protrib. c. 10. haec autem sponsio restituta est cum satisdatione a Iustiniano in authent. de litigios. §. ad excludendas coll. 8. authent. generaliter C. de episc. et cler. cui iungendus Hillig. Petr. Greg. lib. 28. synt. c. 3. num. 7. et ab eo laudati ad Don. lib. 23. c. 9. litt. Z. sed et haec mutua promissio sive stipulatio in sponsalibus quoque contrahendis olim adhibebatur, unde et sponsalia dicta. l. 1. et 2. d. de sponsal. notant Alex. ab Alex. lib. 2. dier. gen. c. 5.

† in C. Gregoriano

Gerald. ad Arnob. lib. 4. ad vers. gent animaduers 176. Cuiac. lib. 16. obs. c. 33. Brison. Petr. Greg. lib. 8.
lib. sing. de ritu nupt. in princ. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 1. num. 4. His proprijs synt. c. 2.
docet Paulus hic sponsionem appellari omnem stipulationem, ~~quae in sponsalibus~~
promisionemque non solum eam, quae fit per interrogationem sponsus, hoc est per
mutuam stipulationem, quae in sponsalibus, et litibus intercedebat, et appella-
tur, sponsus, ut ex Varrone docet Cuiac. lib. 2. Pauli ad edictum hic, quam aliyaliter
intelligant post Accurs. et Alber. Alciatus Cepolla et Rebuffus hic.

2\. Illud ex Pauli verbis recte colligitur, sponsionis verbo latius accepto
omne pactionis genus significari l. iuris gentium. 7. §. quod fere d. de pact. cui iun-
gendus Hillig. ad Don. lib. 14. c. 36. litt. C. Roder. Suar. in l. post rem iudicata
in declaratione legis regni quod in promissionis verbo receptius est l. eandem. 9. d.
duob. reis. l. sciendum. 19. §. dictum d. de aedil. ed. Plane si propriam significatio
nem quaerimus, sponsionis verbo stipulatio significatur sicque accipiendum est
tam in legibus, quam in instrumentis. d. l. sciendum. 19. § dictum, l. Titia. 134.
§ pen. d. de V. O. l. 1. C. de contr. et committ. stip. l. ea quae. 57. d. de donat. inter vir.
et ux. notat Cuiac. lib. 15. obs. c. 22. quare cum id cuius sponsione se quis obstrin-
xit ob suffragium, hoc est intercessionem apud principem officij impetrandi causa
aulico intercessori, deberi et peti cum effectu posse cautum sit in l. un. C. de suffrag. quo
sic intelligunt Pancir. lib. 2. thes. var. lect. c. 198. Hillig. ad Don. lib. 18. c. 3. litt.
hhh. (quamuis hodie merito abrogatum sit. l. ult. C. ad leg. Iul. repet. Authent.
ut iud. sine quoquo suffragio ubi Cuiac. in princ. coll. 2. Avendaño responso. 9. Bo-
vadilla in polit. lib. 1. c. 8. num. 21. et c. 14. num. 14.) non aliter peti posse, quo
si per stipulationem promissum sit, recte ex verbo sponsionis colligunt Alciat. hic n.
8\. et lib. 2. parad. c. 14. Duar. lib. 2. disput. c. 22. et ad Rubr. d. sol. matr. tit. de
sponsal. quaest. 1. Cuiac. in recit. ad tit. C. de suffrag. Gilguen. ibidem num. 4. quic-
quid reclamet post Accursianos Rebuffus hic Donell. in d. l. un. num. 7.

Ad l. verbum. 8. l. verbum exit. 123. in princ. et §. ult. h. t.

.I. Quamuis verba praeteriti praesentis, et futuri temporis ex proprietate ser-
monis distinguantur, ita ut neutro alterum significetur l. cum in secundo. 14.
d. de inj. rupt. l. cum ad praesens. 37. cum seq. d. de reb. cred. interdum tamen
accidit, ut futuri temporis verbum praesens quoque demonstret veluti cum a ctor
sic edidit actionem, quod te mihi ex locato dare facere oportebit ubi verbo
oportebit, praesens quoque deuitum significari docet Paulus in hac l. verbum 8. quo
ddi tractatum de edendo pertinere recte obseruat Cuiac. lib. 3. Pauli ad edictum
in d. l. verbum. 8. explosa temeraria eiusdem emendatione in recitato ad hunc.
tit. in d. l. 8. et lib. 2. quaest. Pauli in l. cum stipulamur. 125. d. de V. O. quam
refellit idem lib. 28. quaest. Papin. in l. 2. d. ut leg. seu fidei. nom. cau. refacere
oportet ut in §. omnium §. huic autem inst. de act. l. saepe 53. d. h. t., verbo oportet,
quod praesentis temporis est, futurum quoque debitum, hoc est accessiones ~~et fructus~~
rei petitae post litem contestatam percepti continentur l. videamus. 38. §. si
actionem d. de usur. l. praeterea. 20. d. de rei vind. l. si ita 46. d. de leg. 2. l. cum
illud §. 1. d. quand. dies leg. l. 23. de serui. urb. praed. l. ult. §. ult. de lib. leg. l.
si ita. 7. d. de aur. et arg. leg. sicque accipiendum est, quod idem Paulus docet

in iudiciis verbo, oportet futurum debitum significari l. si stipulatus 76. §. 1. d. de V.O. aliter atque in stipulationibus conventionalibus d. l. si stipulatus 76. §. 1. l. si a colono 89. l. cum stipulamur 125. d. de V.O. cum tamen in cautionalibus stipulationibus aliud observetur l. 1. §. bellissime. d. de et legat. l. novissima 19. d. de iudic. solui quia actionum et iudicij instar obtinent l. 1. §. 1. d. de pretor. stip.

Quare ut in re lubrica regulam proponamus observandum est, nec verbum futuri temporis ad presens aut preteritum produci l. et uno 18. §. 1. d. de accept. Leges 7. C. de leg. l. cum lex 22. d. de leg. nec presentis, ad preteritum aut futurum l. si scripsisset 46. d. de leg. 2. l. si servitus 23. d. de servit. urb. pre. l. testatorem 68. alias l. Iulianus §. ult. d. de leg. 3. docet Menoc. de presumpt. lib. 4. presumpt. 127. ex num. 2. nec preteriti ad futurum aut presens l. uxori 33. § uxori. d. de leg. 3. vel quoties verbum presentis aut futuri iungitur verbo preteriti temporis cessat autem hec regula duabus precipue in causis vel cum res preterita aut presens tractum habet futuri temporis, hoc est in futurum extenditur l. in condicionibus 19. d. de cond. et dem. l. verbum 125. §. 1. h.t. ubi ex Agelio docet Alciat. Menoc. cons. 97. lib. 1. num. 60. et seq. l. ref. grat. discept. for. tom. 3. c. 497. num. 18. accidit in iudiciis, que ante pronuntiationem iudicis non finiuntur, et ideo verbo, oportet, futurum debitum et verbo oportebit, presens significatur, quamvis aliud sit in stipulationibus, quia uno momento perficiuntur, ut explicant Cuiac. lib. 18. Pauli ad edictum in d. l. cum stipulamur 125. et lib. 28. quest. Papin. in l. 2. d. ut legat. Donel. in d. l. si stipulatus 76. §. 1. num. 4. et ideo etiam quemadmodum et codicilli ante testamentum facti quia ex testamento postea sequuto pendent l. 3. §. ult. l. quidam 14. l. ab intestato 16. §. 1. d. de iure cod. verbo futuri temporis confirmatur d. l. verbum 123. h.t. l. Plotiana 18. d. de iure codic. ut omittam impeditam Bartoli et Alberici distinctionem, que cum his in effectu consentit de qua videndi Cepolla et Rebuff. in hac l. verbum 8. sententiam §. actionis l. verbum 8. explicabimus opportunius in l. pecunie 176. §. actionis in fra h.t. et circa l. Marcellus 9. adi, que scribimus in l. Labeo 14. h.t.

Ad l. 9. adi que scribimus in l. Labeo 14. Sectio

Ad l. creditores 10. l. creditorum 11. l. ut sicui 12. l. conditionales 54. l. creditor 55. l. debitor 108. l. pecunie 176. §. ult. h.t.

Credendi verbum et specialiter accipitur pro mutui datione l. 23. 1. l. singularia 15. d. de reb. cred. l. 1. l. 4. d. de S. C. Maced. l. omnem 20. d. de iudic. et generaliter pro quocumque contractu in quo alienam fidem sequimur l. 1. l. 2. §. creditum d. de reb. cred. notant Connan. lib. 7. com. c. 1. num. 2. Don. in d. l. 2. §. 1. num. 4. quo sensu creditores dicuntur omnes, quibus ex qualibet causa debetur l. creditores 10. in fine cum l. seq. d. h.t. l. 1. C. si adv. cred. quam ita contra Accurs. accipiunt Pinel. in l. 2. 3. part. c. 1. num. 32. C. de resc. vend. Donel. lib. 21. com. c. 10. in fine ubi Hillig. litt. CC. plane quemadmodum debitor cuius bona ex edicto á creditoribus vendebantur, infamia notatur §. 1. in fine inst. qui et quib. ex caus. man. non pos. l. pater familias 28. d. de reb. auct. iud. poss. alias l. pater 13. de privil. cred. l. primo 23. d. que in fraud. cred. l. curator §. bonis 60. nis 9. d. de curat. fur. observat Hillig. et ab eo laudati ad Donel. lib.

lib. 18. c. 7. litt. N. in fine exacte Cuiac. in l. creditores. 10. h.t. ita creditorem, quem per calumniam, cum creditor non esset in possessionem bonorum debitoris missum pronuntiatum sit infamia notari argumento ex l. 1. §. hec verba. D. ne vis fiat et l. pretor. 9. §. est preterea. D. de reb. auth. iud. poss. l. notatur. 15. D. de his qui not. inf. probabiliter putat Cuiac. in d. l. creditores. 10. h.t. unde cum Ulpianus lib. 6. ad edictum, Cuiac. lib. 1. ad edictum provinciale infamie causas exponeret ut apparet ex l. 1. cum duab. seq. l. furti. 6. l. genero. 8. l. liberorum. 11. cum aliis. D. de his qui not. inf. apposite eodem lib. definiunt in l. creditores. 10. cum duab. seq. h.t. qui creditores sint, nempe, ut in possessionem sine infamie metu mittantur.

2\. Sunt itaque creditores, quibus ex quacumque causa vel actione debetur D. l. creditores. 10. in princ. cum seqq. h.t. l. si cum fidei commissa. 16. §. creditores. D. qui et a quib. l. is cui. 42. §. 1. D. de oblig. et act. sicut et debendi verbum ad omnem obligationem refertur l. pecunie. 176. §. ult. D. de V.S. et ideo, is, cui competit in rem actio, creditor est, nempe l. Fulcinius. 7. §. item videamus. D. quib. ex caus. in poss. eat. quia in aliis causis creditoris verbo non continetur l. Aurelio 20. §. 1. l. Aurelius. 28. §. Mevia. D. de liber. leg. D. de liberat. leg. (cui non obstabit obscurus locus in l. ult. §. Titia. D. eod. tit. si iungatur Escobar de ratiocin. c. 15. num. 12.) Cuiac. lib. 26. obs. c. 30. cum nec possessor aliene rei proprie debitor dici possit §. omnium inst. de act. l. sexibit. 34. D. de auro et arg. leg. de quo videndi Alciat. n° 1. Cepolla num. 5. Rebuff. pag. mihi. 94. in d. l. creditores. 10. iunctis his, que circa lib. 6. tit. 15. lib. 4. compil. observat Parlador. lib. 1. rer. quotid. c. 1. §. 13. num. 45: notatus per peram ab Acevedo in d. l. 6. num. 4. et num. 48.

3\. Creditores etiam sunt, quibus ex persequutione debetur. D. l. creditores. 10. quales sunt fidei commissarii l. pecunie. 176. §. persequutionis ubi dicemus inf. h.t. et ideo in possessionem bonorum heredis mittuntur l. 1. C. de bon. author. iud. poss. l. 3. §. ult. D. quibus ex caus. in poss. eat. et in aliis quocumque causis creditores dicuntur l. qui in fraudem. 27. §. 1. D. qui, et a quib. l. is cui. 42. D. de obli. et act. l. 1. C. nom poss. idque regulariter sequendum est, ut recte docent Decius in lectura l. 1. num. 26. et in repet. ibidem num. 91. Ripa num. 92. D. de reb. cred. in cassum reclamante Bartolo, et laudatis a Iason. ibidem num. 96. Bologneto num. 48. Cepolla in d. l. creditores. 10. num. 13. et 27. creditores denique sunt quib. debetur civili iure, vel honorario, vel extraordinario D. l. creditores. 10. hoc est vel actione civili, veluti ex stipulatu, vel pretoria sive honoraria veluti actione de constituta pecunia aut de peculio l. 1. §. ult. D. de const. pec. §. de constituta cum seq. inst. de act. vel extraordinaria, hoc est actione in factum, ut explicat Ulpianus in d. l. is cui. 42. §. ult. D. de oblig. et act. iuncta l. cum filius familias. 17. D. de reb. cred. l. que religiosis. 43. §. 1. D. de rei vind. notant Rebuf. et Cuiac. in d. l. creditores. 10. quam bis aliter Accurs. et Cepolla ibidem num. 15.

4\. Pergit Ulpianus in d. l. creditores. 10. docet que ita demum creditores eos esse, quos recensuimus, si exceptione perpetua submoveri non possint l. creditor. 55. D. h.t. D. l. is cui 42. §. ult. quia quemadmodum debitor dici non potest, qui exceptionem perpetuam habet. l. vel obligatus. 20. §. obligatum D. de liber. caus. l.

Debitor 108. d. dereg. iur. l. et eleganter 7. § ser. ius pactionis. d. dedolo, ita nec creditor cui ea obstat l. nihil. 112. l. si quis obligatione. 15. §. 1. d. dereg. iur. et ideo in possessionem mitti non potest l. 1. §. hec verba d. ne vis fiat ei l. Fulcinius 7. §. si in diem. d. quib. ex caus. in poss. eat. notat Cuiac. in d. l. creditores 10 Rebuff et Alciat. in d. l. creditor. 55. quibus consequens est, quod legimus in d. l. creditores. 10. eum cui natura debetur, creditoris loco non esse quia cum debitor is sit, a quo inuito pecunia exigi potest. l. debitor 108. h.t. l. 10. tit. 33. part. 7. et naturalis obligatio solo equitatis vinculo, sustineatur l. stichum. 95. §. naturalis d. deoblig. et act. apparet minus propriè et per abusionem dici natura debitores et creditores l. fideiussor. 16. §. fideiussor. d. deoblig. et act. l. si is cui 94. §. Fauius d. desolut. et ideo in possessionem mitti non possunt ut observat Cuiac. in d. l. creditores. 10. quamuis in aliis causis naturalis debiti ratio habeatur ut in l. 1. §. ult. d. de const. pecun. d. l. fideiussor. 16. §. fideiussor. l. id quod dominus. 62. d. condict. in deb. l. quib. 40 §. dominus d. de cond. et dem. cui iungendus Cepolla in d. l. creditores. 10. num. 11. Cuman. in l. si is 75. §. 1. num. 3. et in repet. ibidem num. 5. d. de leg. 1.

Scriptum tandem est in d. l. creditores. 10. pertinere creditoris verbum adeos, quibus vel purè vel in diem vel sub conditione debetur, que sententia in eo quidem cui vel purè vel in diem certam debetur, exploratissima est, quia quemadmodum dies non impedit quin omni iure debeatur, et obligatio presens sit l. centessimis 46. d. de V.O. l. cedere 213. h.t. l. 1. § ult. d. deconst. pec. § omnis instit. de V.O. ita nec vetat, quominus is, cui ad diem debetur, creditor propriè dicatur, ut observant Viglius in l. 1. num. 89. d. dereb. cred. Hillig. ad Don. lib. 15. c. 8. litt. D. et ideo in possessionem mittatur l. in omnibus. 41. d. deiudic. de quo postea. in eo vero cui sub conditione debetur, non est in comperto. Mihi tamen (ut rem paucis expediam) verissimum videtur eum non propriè creditorem esse argumento ex l. sub conditione. 16. d. de condic. indeb. l. si quis reum. §. §. idem Iulianus l. videamus 27. d. de liber. leg. l. cum fideicommissa. 16 §. si sub conditione l. qui in fraudem 27. d. qui et a quib. l. pen. d. quib. ex caus. in poss. eat docent Bart. in l. 1. num. [illegible] d. dereb. cred. communiter receptum teste Iasone ibidem num. 48. Decio num. 96. Alciato et Rebuffo in d. l. creditores. 10. Gomezio 2. thom. var. c. 11. num. 28. Fachineo lib. 14. contr. c. 74. Hillig. et Iabeo laudati ad Don. lib. 15. c. 11. litt. A. et ideo creditor appellatur, non simpliciter, sed cum adiuncto conditionalis. l. conditionales. 54. l. creditor. 55. h.t. nec generaliter sed quod attinet ad missionem in possessionem, que eis tribuitur, siue ex legato, siue ex stipulatu debeatur. l. in omnibus. 41. d. de iud. l. 4. d. deseparat. l. in possessionem 6. l. Fulcinius. 7. § si quis actione d. quib. ex caus. in poss. eat. non vero ut bona vendere possint. l. eo tempore 51. d. depecul. l. Fulcinius. 7. §. in diem. l. pen. §. ult. d. quib. ex caus. in poss. eat. explicant variè Donel. lib 23. com. c. 11. Hillig. et abeo laudati ibidem litt. L. et segg. Pichard. in §. summa. c. 4. ex num. 164 cautionis loco Cuiac. in d. l. creditores. 10. Fab. lib. 15. coni. c. 6. inst de in text. plane in aliis causis veluti in transmissione et lege Alia sententia distinguitur legatarius conditionalis, eo qui sub conditione ~~creditor est~~ stipulatur hic enim pendente conditione creditor est

ille nonitem l. is cui. 42. d. de oblig. et act. l. cum is §. l. si cum fideicommissa. 16. §.
pen. l. qui in fraudem. 27. §. 1. d. qui et a quib. l. si Titio. 22. d. quando dies leg. ced.
§. ex conditionali inst. de V.O. exornant Cuiac. lib. 4. obs. c. 31. Faber. in iuris
prud. tit. 6. illat. 6. Faber lib. 15. coni. c. 6. et. 7. Donel. lib. 9. com. c. 6. ubi Hillig.
litt. d. postremo sciendum est eum, cui ex delicto debetur proprie creditorem esse
l. ut si cui. 12. h.t. resoluunt Decius in l. 1. num. 26. Ripa num. 94. d. de reb. cred.
latt Hillig ad Donel. lib. 15. c. 23. litt. B. excipitur tamen popularis actio, qua
cum qui is ex populo experiri possit. l. 3. d. de term. moto. l. 5. d. de sep. viol. anteli-
tem contestatam nemo creditor dicitur, cum possit ab alio occupari. d. l. si cui. 12.
obseruat Cuiac. lib. 11. obseru. c. 12. Hillig. ad Donel. lib. 19. c. 1. litt. l.

Ad. l. ut si cui. 12. §. ult. l. minus. 32. l. verbum amplius 82. l. non potest. 117. l. si ita. 150. d. h.t.

Quemadmodum plus tempore et peti, et solui intelligitur, quoties ante
diem vel conditionem petitur aut soluitur. §. plus autem vers. tempore instit.
de act. l. eum qui. 15. d. de ann. leg. ita et minus soluere videtur, qui tardius soluit,
quoniam et tempore minus soluitur. l. ut si cui. 12. §. ult. h.t. §. item si pure inst.
de fideiuss. l. solidum. 85. d. de solut. cui iungendus Petr. Fab. lib. 1. semest.
c. 23. Ant. Fab. lib. 5. coniect. c. 18. in fine, quo fit, ut is cui tardius hoc est
post moram solutum est, creditor adhuc maneat et in eo quod interest, agere
possit. l. Iulianus. 181. §. 1. d. de V.O. l. etiam. 27. d. de solut. l. 4. d. rat. rem hab.
explicant Rebuffus Cepolla et Cuiac. in d. l. ut si cui. 12. §. ult. plane quem
admodum plus vel amplius petisse videtur is cui nihil debebatur, et totum exe-
git l. 1. §. hęc verba. d. si cui plus, quam per leg. Falc. ita et minus solui videtur
si nihil sit solutum l. illud. 7. §. si cuius. d. ad de trib. act. l. minus. 32. l. ver-
bum. 82. d. h.t. fit autem hoc non ex proprietate verbi minus aut plus, quę com-
paratiua sunt, sed ex interpretatione iuris, ut notat Alciat. et Rebuff. in d. l.
minus. 32. illud tamen eo pertinet, ut quoniam in stipulatione de rato, caueri
1. sollenniter solet amplius non peti, ut colligitur ex l. si quis uni. 14. l. amplius. 15.
l. procurator. 23. d. rat. rem hab. l. 4. §. Cato d. de V.O. l. 2. d. ut legat. l.
si quidem. 24. l. si decerta. 31. C. de transact. sciamus stipulationem committi, quam-
uis ab eo petatur, cui nihil debetur, nam et is amplius petit, sicut ę contrario mi-
nus soluit, qui nihil soluit obseruat Cuiac. in d. l. ut si cui. 12. §. ult. et lib. 4.
Pauli ad edictum in d. l. minus. 32. h.t.

2. Unde et illud fit, ut compatronus ex debita per legem Papiam
parte institutus a legatarijs stipulatur, quanto amplius legatorum nomine ceperint,
quam per legem Papiam licebit, reddi, iuxta l. 1. §. interdum d. si cui plus, quam
per leg. Falc. verbo amplius comprehendantur, non tantum hi, qui partem, sed
et qui totum reddere debent d. l. 1. §. hęc verba. d. si cui plus, quam per leg. Falc.
nam et e conuerso, qui stipulatori promisit, quanto minus a reo principali consequutus
sit (quem indemnitatis fideiussorem dicimus) si nihil ab eo consequatur, in solidu
conuenitur. l. decem. 116. d. de V.O. l. ult. d. de reb. cred. l. si decem. 21. d. de fide-
iuss. l. si ita. 150. d. h.t. quam referendam esse ad legem Papiam ex inscriptione obseruat

Cuiac. in d. l. ut si cui. 12. § ult. illud sciendum est, eum, qui quod ab eo civili iure exigi poterat soluit non videri minus soluisse quamuis aliquid amplius natura debuerit l. non potest. 117. d. de V.S. iuncta l. 4. C. de usur. l. ult. § ult. d. de eo per quem factum

Ad l. mulieris. 18. in princ. h.t.

Cum Vlpianus lb. 6. ad edictum infamie causas exponeret, ut obseruauimus supra in l. creditores. 10. num. 1. mulier autem, que per kalumniam ventris nomine in possessionem missa est, infamia notetur. l. notatur. 15. cum segg. d. de his, qui not. inf. l. 1. § 1. d. simul. ventr. nom. recte septimo tt. docet, mulieris appellatione etiam viri potentem virginem contineri, ut inf. iuncta l. ideoque. 7. d. de ritu nupt. quia quamuis interdum latius accipiatur pro quacumque feminâ. l. argumento. 25. § muliebri d. de auro et arg. leg. l. seruis. 81. § mulieribus d. de leg. 3. c. quod pro posuisti verb. sed illud. 32. quest. 7. interdum strictius pro nuptâ dumtaxat, et corrupta. l. alioquim. 11. d. de contr. empt. l. exemplo. 11. § si quis virginem. d. de act. empti l. si collactaneus. 13. d. de manum. vind. l. queritur. 14. § mulierem ubi Gothofr. d. de edil. edicto, notant Ripa in l. 2. § si sponsa num. 19. d. de privil. cred. Vallens. lb. 6. eleg. c. 38. Forcat. in Necyomant. dialogo 21. num. 4. Herald. ad Arnob. lb. 5. adu. gent. anim. 215. quod tamen ad propositum attinet, mulieris verbo, aut corruptam, aut virginem viri potentem, idest nubilem et viro maturam complectimur non etiam eam, que nondum viri potens est, quia inepte se prægnatem diceret, aut ventris nomine possessionem peteret ut obseruat Cuiac. hic. quamuis ad Velleianum senatusconsultum quo mulierem intercessio prohibetur, referendam esse ulpiani sententiam. h. probabiliter putet Gibbus laudatus ab Hillig. ad Donel. lb. 12. c. 19. litt. B. Plane regulariter mulieris verbum de quacumque feminâ accipiendum est, d. l. argumento 25. § muliebri. d. de auro et arg. leg. l. 6. tit. 33. part. 7. docent Rebuff. impresentiarum.

Ad l. Marcellus. 9. l. Mulieris. 13. § 1. et segg. l. Labeo. 14. cum suis paragraphis. l. absentem. 199. § ult. h.t. l. potestatis. 215. § in lege. d.

Cum aduersus mulierem per calumniam in possessionem missam ex superiori edicto ei cuius interest competat actio, qua rem, que ei abest, persequitur l. 1. § ult. l. 2. in fine d. si ventr. nom. consequenter Vlpianus definit in d. l. mulieris. 13. § 1. et segg. ibi Cuiac. quando res abesse, vel desinere abesse videatur constat autem id maximé abesse videri, quod ita periit, ut in rerum naturâ non est. d. l. mulieris. 13. § ult. l. deperditum. 21. d. de her. pet. optimus textus in c. si delegatus ext. de off. deleg. lb. 6. cui iungendus Riccius in collect. decis. collect. 1056. quamuis qui ab hostibus captus est, etiam si seruus sit, et proinde mortuus. l. seruitutem 209. d. de reg. iur. abesse non videatur l. absentem. 199. § ult. d. h.t. nempé in tractatu de tutelis, ad quem ea lex pertinet, ut animaduertimus supra in l. 2. num. 2. h.t. quia licet absens tutor dari possit. l. 5. et 6. d. de tutor. dat. ab his, is tamen, qui apud hostes inutiliter tutor dabitur cum seruus sit. l. si adrogati. 14. § aliis. d. de tutelis obseruat Cuiac. lb. 7. obs. c. 34. quicquid aliter Rebuff. et Alciat. in d. l. absentem. 199. § ult. Brisson. de V.S. verbo abesse sed et si res ita corrupta sit, aut transfigurata, ut eiusdem forma mutetur veluti si ex scypho massa facta sit abesse

recti

recte dicitur d. l. mulieris. 18. §. 1. quia mutata forma prope interimit substantiam rei. l. Iulianus 9. et §. si quis rem. d. ad exhib. et quia plerumque plus est in manus pretio, quam in re. d. l. in alienis. 13. §. 1. hoc est plus est in arte et opera, quam in materia ut explicat Vlpianus in d. l. Labeo. 14. et illustrant Rebuff. et Cuiac. ibidem, Oñez. obser. c. 4 vers. aliud. Erasmus in chiliad cent. 9. adag. 53. ut omittam emendationes Brisonij lib. 4. select. c. ult. Hotman. de verbis iuris verbo abesse.

2. Vnde etiam fit ut ex edicto de damno in turba dato vel amisso si vestimentum scissum reddatur, aut tabula rasa pictura, competat actio l. praetor. 4. §. loquitur d. [illegible] bon. rapt. d. l. Labeo. 14. quam sic intelligit Cuiac. ibi lib. 7. Pauli ad edictum cui addendus Pichard. in §. actio num. quest. 10. instit. de act. nam et res ab, perijsse tam scissum est, et fractum continetur, quam vi raptum l. Marcellus. 9. d. h. t. quod eo pertinet, ut qui servandum aliquid conducit, cum periculum custodiæ præstet, l. qui mercedem. 40. d. locat. si damnum ab alio datum sit, sive vi raptum, quasi res perierit, teneatur ex Marcelli ad Iulianum annotatione l. sed de damno. 41. d. loc. d. l. Marcellus. 9. nisi quo casu damnum prohibere non potuit, quomodo accipiendus Iulianus in l. ad eos. 19. d. commod. cum Cuiac. lib. 1. digest. Iul. ibidem, et in d. l. Marcellus. 9. adi Velasc. in concert. Proc. et Cassij pag. 93. plane res subrepta, desinet abesse videtur, quoties ita redijt in potestatem domini, ut ei possesio auferri non posit. d. l. mulieris. 18. §. desinere l. 4. §. tunc in potestatem iuncto §. quod autem. d. de usurp. et usuc. ceterum si per vim nactus sit rei suæ possessionem quia eam interdicto unde vi restituturus est adhuc res abesse videtur ex Cassij sententia l. 4 §. si dominus. d. de usurp. et usurp. et usuc. l. iuncta l. non videtur 22. d. de adquir. pos. et Cuiatio lib. 24. obs. c. 12. quemadmodum etsi dominus ignorans rem suam esse, eam emerit, abesse rem dicimus, quia precium abest d. l. Labeo 14. §. 1. d. l. 4. §. tunc in potestatem de quo videndi Rebuff. Cepolla, et in d. l. mulieris. 18. res amissa videtur cuius nomine nulla actio competit vel restitutio in integrum l. 1. §. non numquam, et §. idem Iulianus alias l. 2. d. si mulier vent. nom. l. 5. d. de in int. restitutio d. l. Labeo. 14. §. ult. ubi Cuiac. 7. Pauli ad edictum.

AD l. bona. 15. l. eum qui. 16. l. inter. 17. in princ. et §. 1. l. munus. 18. l. inter donum. 194. l. munus. 214. l. municipes. 228. l. Pupillus. 239. §. munus inf. h. t.

1. Verborum in his legibus significatio exposita referenda, ut pluximus est ad titulum d. quod cuiuscumque universitatis, quo cum de civitatibus ac municipibus collegijs et corporibus licitis populo romano subiectis et publicis eorum bonis et disserere, eaque omnia interpretarentur Vlpianus et Paulus. lib. 9. et 10. ad edictum, Caius. lib. 3. ad edictum provinciale, ut apparet ex l. 1. cum segg. l. item 6. l. sicut. 7. d. quod cuiuscumq. univers. opportune subijciunt bona civitatis cuiuslibet in eo tractatu abusive et minus proprie publica dici, quia et sola publica sunt, quæ populi Romani sunt l. bona. 15. d. h. t. et quemadmodum notat Cuiac. ibi et lib. 9. Pauli ad edictum in l. munus. 18. d. h. t. et quemadmodum publicum ius dicimus per excellentiam, quod ad statum rei Romanæ spectat l. 1. §. ius d.

d. ult. et iure cui iungendus Donel lib. 2. com. c. 5. Revard. lib. 5. var. c. 12 Ant. Rose. lib. 2. memor. c. 2. num. 5, sic publica appellatio in compluribus causis ad populum Romanum respicit l. cum qui. 16. d. h.t. Gilielm. Forner. lib. 2. selection. c. 22. quo fit, ut cum pecunia publica subrepta peculatus crimen committatur l. 1. d. ad l. Juliam pecul. pecunia tamen civitati subtracta non peculatus sed actione furti petatur l. ob pecuniam. 82. d. de furt. quamvis in re subtracta civitati ex constitutionibus principum l. ex iulia peculatus locum habeat. l. 4. §. ult. d. ad leg. Iul. pecul. explicant varie Alciat. lib. 1. dispunct. c. 3. Duaren. lib. 2. disput. c. 26. Petrus Faber lib. 1. semest. c. 22. Petr. Gregor. lib. 33. syntagm. c. 19. num. 1. Amaya lib. 3. obs. 7. n.º 20.

Illud notandum est, publicorum bonorum appellatione, si ad civitatum bona referatur, non contineri ea, quæ in usu publico civium sunt, sicut nec sacra aut religiosa loca, l. inter. 17. in princip. h.t. nempe quod attinet ad edictum quod cuiuscumque universitatis, quatenus eo permittitur publica civitatum bona earum creditoribus possidere l. 1. §. pen. l. sicut. 7. §. ult. d. quod cuiuscumque univers. quamvis in aliis causis publica publica habeantur l. sed Celsus. 6. d. de cont. empt. ut interpretatur Cuiac. in d. l. inter. 17. nisi malis ibidem verbum non pro non solum accipere, ut in l. non enim. 38. d. ad S.C. Trebell. l. invitum. 4. d. de servit. urb. præd. notant præter laudatos ab Hillig. ad Donel. lib. 3. com. c. 16. litt. b. Accurs. in l. ob eam. 9. d. de præscr. verb. Brisson. de V.S. verbo non. Ant. August. lib. 2. emendat. c. 1. quid quid aliter Rebuff. Alciat. et Cepolla in d. l. inter. 17. sunt itaque publica civitatum bona in hoc tractatu, quæ in pecunia et velut patrimonio populi sunt, ut peculia servorum civitatum d. l. inter. 17. l. in tantum 6. §. universitatis. d. de divis. rer. et qual. quæ apud nos dicuntur proprios y rentos de los ciudades, de quorum conditione et iure consulendi Acevedo in l. 1. et seq. titu. 5. lib. 7. compil. Bovad. in polit. lib. 5. c. 4. Plane iuxta propriam illam publicorum bonorum appellationem publicanos appellamus conductores vectigalium populi Romani d. l. eum qui. 16. l. 1. §. hic titulus d. de publica et vectig. iuncta l. 1. §. 1. d. quod cuiusc. univ. explicant Cuiac. in d. l. eum qui. 16. ~~Brisson~~ u deus in annotat. prior. in l. miles 34. §. 1. d. ex qui b. caus. mai. et laudati ab Hillig. ad Donel. lib. 23. c. 7. litt. h. quemadmodum eodem sensu vectigalia publica dicimus, quæ ad fiscum principis Romani pertinent d. l. inter. 17. §. 1. de quorum variis generibus pro explicandis Ulpiani verbis ibidem adeundi exquisitis Cuiac. ibi, et lib. 1 obs. lib. 3. c. 31. Barbosa in l. 2. part. 7. num. 10. d. sol. matr. post Otalor. de nobil. 1. p.te c. 2. Borrelus de praest. reg. Cathol. c. 11. 6. obser. c. 28. et lib. 7. c. 4. et 5. Lips. de magnit. Rom. lib. 2. c. 1. et seq. Pancir. lib. 2. thes. var. lect. c. 31. Petr. Gregor. lib. 3. syntagm. c. 3. et seq. Lassarte de decima venditionis in præfat. ex num. 7. et quod ad praxem attinet videndi Molina de iust. et iur. 3. thomo. 1. p.te tract. 2. disput. 661. et seq. Barbosa in remission. ad ordinat. Lusitan. lib. 2. tit. 26. §. 13. et seqq.

Fulgos. in l. si pro curator. 14. n.º 14. d. de cond. caus. data l. cum pupillus. 21. d. de tutelæ et ration. l. ult. §. ult. d. de edil. edicto. Cuiac. 8. obs. c. 9. Sfortia. compil. decompendios a 1. p.te n.º 9. Avendaño incapit. pretor. 2 p.te c. 12.

Ex eodem fonte profluit, quod legerimus in l. munus. 18. in fine. d. h.t. municipes appellari qui munera civilia vel publica in sua civitate capiunt, nempe in edicto, quod cuius cumque universitatis, ut observat Cuiac. lib. 9. Pauli ad edictum in d. l. munus. 18. quia quamvis proprie municipes dicantur hi qui civitate Romana donati, muneris et honoris cum populo Romano participes sunt l. 1.

D. ad municip. iunctis his quae adnotauimus in l. si usus fructus §. num. 2. D. de usufr.
l. ab initio tamen municipes intelligendi sunt sui cuiusque ciuitatis ciues D. l. 1. + ubi Cuiac. notat Pancir. lib. 2. thes. var. lect. c. 147. et 152.
D. ad municip. D. l. munus. 18. in fine l. municipes. 228.+ D. h. t. iuncta l. pen.
D. ad municip. cum autem municipes a muneribus capiendis dicti sint, sciendum est,
munus proprie quidem usurpari pro eo officij genere, quod necessario in republi-
ca subitur, legis, aut consuetudinis, aut magistratus imperio, l. munus. 214. D. h. t.
l. pupillus. 239. §. munus Lips. lib. 5. de malit. dial. 7. unde ut munifices milites di-
cuntur, qui militaribus muneribus obnoxij sunt, veluti excubijs et angarijs D. l. munus
18. in fine l. 3. §. ult. D. de testib. l. ult. D. de iure immunit. explicant Petrus Fab.
lib. 1. semestr. c. 17. Steuuech. ad Veget. lib. 2. de re milit. c. 7. in fine, Budeus in annot.
poster. ad pand. in d. l. munus. 18. donum vero dicitur proprie, quod sponte praestatur
D. l. munus. 214. de cuius conciliatione cum l. inter donum. 194. h. t. et de alijs huc
pertinentibus videndi sunt Alciat. lib. 3. dispunct. c. 13. Vallens. lib. 6. eleg. c. 39.
Connan. lib. 5. com. c. 9. num. 2. Pancir. lib. 3. thes. var. lect. c. 18. Hotman. de
verbis iuris verbo Donum. Hillig. ad Donel. lib. 14. c. 26. litt. 6. non ex causa
veluti nuptiarum, quod munus dici solet l. inter donum. 194. h. t. quamuis adsi
a tutore pro pupillo eiusdem matri vel sorori mittatur, imputari pupillo non possit
l. tutor. 13. §. ult. D. admin. tut. l. 1. §. praeterea in fine D. de tutelae et ration. distr.
quamuis in sollennibus muneribus aliud sit l. cum plures. 12. §. ult. D. de admin.
tut. explicant Brisson. lib. 4. select. c. 3. Requard. 3. coni. c. 4. Panc. lib. 2. c. 59.
Don. lib. 3. c. 12. Pinel. in l. 1. 3. p.te num. 57. C. de bon. mat.

Ad l. Labeo. 19. l. Verba. 20. l. Licet. 58. l. faciendi. 176. l. Verbum facere. 218. h. t.

I. Pollicetur praetor si quid actum gestum contractum erit, restitutionem
in integrum varijs ex causis, quas Ulpianus exposuit lib. 11. ad edictum, ut colligitur ex l. 1.
D. de integr. restitutionibus l. 1. D. quod met. causa, l. 1. D. de dolo l. 1. D. de minor. et
ideo recte monet in l. Labeo. 19. h. t. ubi Cuiac. agendi gerendi et contrahendi verba
distingui subtiliter a Labeone lib. 1. praetoris Urbani, quem proprietatis verborum
indagandae fuisse studiosissimum docemur in l. 2. §. hi duo primum D. de orig. iur.
iuncto Agellio lib. 13. noct. Attic. c. 10. Merillio lib. 1. obs. c. 10. actum itaque dicimus
generaliter quidquid verbis, aut re peragitur veluti stipulationem, aut mutuum D. l.
Labeo. 19. l. 1. §. conuentionis D. de pactis contractum vero appellamus ultro citroque
obligationem D. l. Labeo. 19. hoc est factum siue negotium ex quo vult ex causa
ultro citroque nascitur obligatio, ut per effectum causa significetur, ut explicant Cuiac.
in d. l. Labeo. 19. Donel. in l. 1. num. 8. D. de rebus cred. et lib. 12. com. c. 8. Cos-
tanus quaest. iuris c. 8. num. 19. quia quamuis contrahendi verbum proprie accep-
tum ad omnes conventiones pertineat verbis re aut consensu contractas §. ult. inst. de
oblig. l. 1. §. conuentionis D. de pactis. l. omnem. 20. D. de iudic. etiam si ex his alter
dumtaxat obligetur veluti in stipulatione, aut mutuo l. certi. 9. §. quoniam D. de reb. cred.
l. non solum. 34. D. de oblig. et act. tamen, quoties ab acto et gesto distinguitur, ut in d. l.

Mendoza de pactis lib. c. 4. et 5. Larrazte de Decima vend. c. 1. n. 4. 5.

Labeo. 19. l. 1. d. de offic. procur. Leg. l. 1. §. quibus d. quod cuiusq. univ. l. 2. d. de curat. bon. dando. ad eos tantum contractus refertur, ex quibus mutue obligationes nascuntur veluti emptionem d. l. Labeo. 19. ita Donel. d. lib. 12. c. 7. et in d. l. 1. num. 11. d. de reb. cred. quic quid varie sentiant post Alciatus et Rebuff. in d. l. Labeo. 19. Costan. d. c. 8. Bellon. lib. 2. supput. c. 2. Vacon. lib. 2. declar. 86. numb. Rimin. in princ. instit. de donat. num. 66. et 83. Pacius cent. 2. quest. 91. Hillig. ad Don. d. lib. 12. c. 6. litt. A. et c. 8. litt. A. Barbosa in l. heres. 19. §. proinde num. 3. d. de iudic. gestum denique dicimus rem sine verbis factam hoc est sine consensu aperto, veluti negotiorum gestionem, veluti d. l. Labeo. 19. l. 5. d. de oblig. et act.

Verum quamvis acta gesta contractaque proprie et subtiliter cum Labeone distingui possint, tamen cata chrestice idest abusive ut explicat Alciatus 1. dispunct. c. 4. nihil interest inter gesta et facta l. licet. 58. h. t. nempe in edictis illis restitutionum in integrum, ubi gesta et contracta interpretamur, qualitercumque gesta sint l. ait pretor. 7. l. verum. 11. §. ex facto d. de minor. iuncta l. 1. §. ult. l. 3. §. 1. d. que in fraud. cred. l. 2. §. gesta. d. ad munic. observant Cuiac. et faber in d. l. ait pretor. 7. Hillig. ad Donel. lib. 21. c. 8. litt. A. Brison. de V. S. verbo gerere exploso acumine Vallensis lib. 4. eleg. c. 9. illud subtiendum non est, verba contraxerunt, gesserunt ad testandi ius non pertinere, adversus quod restitutio non tribuitur l. verba 20. h. t. notat Alciat. Rebuff. et Cuiac. ibi Ripa in l. 1. §. cum aliis fuit quesitum num. 31. d. ad S. C. Trebell. quamvis contractus quemlibet in testamento celebrari posse verissimum sit ex Accursii sententia in l. heredes. 21. §. ult. d. de testa. quam receptam in praxi testantur laudati ab Hillig. ad Don. lib. 6. c. 8. litt. C. Zavallos commun. contra comm. quest. 190. n. 5. et quest. 475. plane faciendi verbum quamvis a datione distingui soleat l. duo 71. d. pro socio. l. si scripsisset. 46. d. de leg. 2. l. emptor. 27. d. de novat. l. et uno 18. §. 1. d. de accept. l. sive. 29. §. si a fure d. de V. O. si mandatu. 45. §. quoties. d. mand. l. 2. d. V. O. generale tamen est omnemque omnino faciendi causam complectitur sive nudum factum, sive iuris effectum contineat l. verbum facere ubi Cuiac. 218. h. t. iuncta l. 4. d. de usur. l. si venditor. 6. d. de seru. export. cum Cuiac. lib. 21. quest. Papin. in l. cum servus. 54. §. si liber. d. mand. quemadmodum faciendi verbo reddendi quoque causam contineri constat, ex l. faciendi. 175. h. t. iuncta l. pen. d. de cond. caus. dat. l. non solum 8. §. ult. d. de liber. leg. l. omnes. 17. §. ult. d. que in fraud. cred.

Ad l. Princeps. 21. l. nihil. 24. l. sub signatum. 39. § bona l. bonorum. 49. l. heredis. 65. l. sciendum. 70. l. proprie. 83. l. hereditatis 119. l. hereditatis. 138. l. heredis. 170. l. pecunie. 178. §. hereditas. l. bonorum. 208. l. in conventionibus. 219. l. ex illa. Pane. 227. d. h. t.

Continentur his legibus bonorum, hereditatis, et heredis appellationes, quarum explicatio coheret adeo, ut separari sine fraude non possit. At ut a primo ordiamur, sciendum est bonorum appellationem, aut naturalem, aut civilem esse l. bonorum. 49. d. h. t. naturaliter et quod idem est, communiter bona appellantur, que beant hoc est beatos faciunt sive prosunt d. l. bonorum. 49. unde et beati divites dicuntur, ut probat pluribus

Locis Alciat., et Rebuff. Gothofred. in d. l. bonorum. 49. Brisson. de V. S. verbo bona Tiraq. in l. si umquam verbo bona C. de revoc. don. Granzeus in iuuen. sat. c. vers. 39. quamuis, ut suspicor, naturalis hæc bonorum appellatio, non ad divitias, aut externa bona, sed ad virtutem referenda sit. d. l. bonorum. 49. eam enim summum et unicum bonum esse quod beatum efficiat Stoici existimabant secundum naturam, teste Seneca epistol. 118. Laté Lips lib. 2. manud. ad stoic. philosoph. dissert. 20. et seq. a quibus iuris consultos omnes imbutos et institutos fuisse multis docet exemplis Cuiac. lib. 26. obs. c. ult. et in l. 1. d. de iust. et iure. Meril. lib. 1. obs. c. 8. et seq. illud. hinc fit ut bona proprié dici non possint, quæ plus incommodi quam commodi habent l. proprié 83. d. tit. proinde bona intelliguntur, quæ deducto ære alieno supersunt l. subsignatum. 39. §. bona d. tit. l. mulier. 72. d. de iur. dot. l. non possunt. 11. d. de iure fisci. l. 2. §. 1. d. de collat. bon. adeo ut si pars bonorum legata sit, funeris impensa, et pretia servorum manumissorum è medio deducenda sint l. cum autem 9. d. de leg. 2. l. non amplius. 26. §. ult. d. de leg. quamuis hereditatis parte legatâ contrá sit. l. si quis servum. 8. §. ult. d. de leg. 2. consulendi Donel. 8. com. c. 19. et Hillig. ibi litt. B. Faber lib. 18. com. c. 18. et seq. Farhin. lib. 5. contra. c. 11. Spino in spec. test. glos. 8. princ. num. 21. et seq. latissime Schiforddeg. lib. 3. ad Fab. tract. 27. quæst. 9. et seq. Eduard. Caldeyr. lib. 4. var. c. 6. quemadmodum etsi usus fructus bonorum legatus sit, alienum deducitur l. generali. 82. §. ult. l. ult. d. de usu fr. leg. l. usu fructu. 69. d. ad l. Falc. cum in hereditatis usu fructu contra sentiant varié rem explicantes Couarr. lib. 2. var. c. 2. Menoch. de presump. lib. 4. presum. 143. Morquecho de bonor. divis. lib. 4. c. 11. num. 98. Cuiac. in d. l. generali. 72. §. ult. d. de usufr. leg. Faber lib. 1. coniecturar. c. 14. quo sensu hereditas et bona distingui solent. l. quod his verbis. 83. d. de leg. 3. l. cogi. 16. in princ. d. ad S. C. Trebell. Garcia de expensis. c. 11. num. 61. Hillig. ad Don. lib. 10. c. 7. litt. E. Zaballos comm. cont. com. quæst. 191. Gracian. discept. 1. 4 tom. c. 120. num. 21. neque sublata est, ex l. 5. tit. 6. lib. 5. comp. Hæc autem hereditatis et bonorum differentia hodié quoque observatur docent Molina lib. de Hispan. primog. c. 10. num. 14. et seq. Morquecho de bon. div. lib. 2. c. 12. num. 1. Aceuedo in d. l. 5. num. 10. tit. 6. lib. 5 nouæ compi. Gutierrez lib. 2. pract. c. 58.

2. Rursus civilis bonorum appellatio latior est, iuxta quam in bonis nostris computantur, non tantum ea, quæ domino nostro obstringuntur sed etiá bona fide posside a nobis possidentur, vel in his saltim superficiarium ius habeamus. d. l. bonorum. 49. iuncta l. rem in bonis. 52. d. de adquiren. rer. dom. et quæ ex Giffanio ibidem notat Hillig. ad Don. lib. 4. c. litt. A. quo fit ut et iura prediorum urbanorum vel rusticorum, quæ servitutes dicimus, in bonis nostris connumerentur ut pluribus citatis locis probat Hotman. lib. 6. obs. c. 25. neque adversatur obscurus locus in l. 1. d. de usufr. leg. quia cum eum legata sit servitus servitutis, et ea per veram naturam nulla sit, recte dicitur eam neque in bonis esse neque extra bona, quia non entis nullæ sunt qualitates ut explicat Donel. d. lib. 4. c. 5. Faber lib. 19. coni. c. 8. l. Pichard. in §. 1. num. 2. instit de rer. div. quidquid aliter preter citatos ab Hillig. ibi litt. C. interpretetur Rebuf. in l. 5. pag. 64. supr. tit. Pinel. plures ad vocans in l. 1. 3. p.te

num. 6. C. de bon. mat. Spino in spec. test. glos. 13. princ. num. 24. Garcia de expensis c. 10. num. 11. et 12. Quibus consequens est, ut et in bonis nostris contineretur quidquid in actionibus est petitionibus persecutionibus. d. l. bonorum. 49. in fine l. adiuars. §. sic quoque d. de reivind. l. nomen. 4. C. quae res pign. oblig. pos. l. penales. 32. d. ad leg. Falc. l. si legatus 30. §. 1. d. ad l. c. Trebell. l. meorum. 91. h.t. copiose Rebuff. in d. l. bonorum 49. pag. 360. vers. notandum Tiraquel. in l. si umquam verbo bona num. 8. et seq. C. de revoc. don. Hillig. ad Donel. lib. 7. c. 11. litt. A. illud huius civilis appellationis proprium est, ut bonorum verbo universitatem quamdam patrimonij commodis et incommodis plenam queris alieni significemus l. bonorum 208. d. h. t. nimirum, quoties de universitate tractari constat veluti in bonorum possessionibus, et restitutione bonorum ex Trebelliano. l. 1. 2. et 3. d. de bon. pos. l. nam quod 14. §. ult. l. cogi 16. d. ad S. C. Trebell. ut interpretatur Alciat. et Cuiac. tract. 4. ad Afric. in d. l. bonorum 208. Donel. lib. 8. com. c. 19. vel cum princeps deportatis civitati restituit, ubi exui restitutionis actiones quoque ei et adversus eum restitutae videntur l. 3. et 4. C. de sent. passis l. 3. d. eod. tit. l. princeps. 21. inf. h.t. ubi post Alber. Bart. Cepoll. Alciat. et Rebuff. sic explicat Cuiac. lib. 11. Pauli ad edictum et lib. 16. respons. Papin. in l. 3. d. de sent. pas. Barbosa in l. si constante num. 2. d. sol. matrim. Caeterum in alijs causis et regulariter, ubi materia non refragatur, bona intelliguntur, quae deducto aere alieno supersunt d. l. subsignatum. 39. §. bona cum similibus, notat Dutrexes. lib. 2. pract. c. 58. tametsi perperam distinguant Garcia de expens. c. 11. num. 61. Covarr. Menoch et alijs laudatis supra num. 1. Castillo de usufr. c. 59. num. 17. in fine.

Plane in illa civili significatione bona hereditati comparantur, quia utroque verbo universum ius successionis non res singulas demonstramus d. l. bonorum. 208. l. 3. §. 1. d. de bon. pos. cui iungendus Cuiac. lib. 4. obs. c. 16. definitur autem hereditas successio in universum ius, quod defunctus habuit l. hereditas 62. d. de reg. iur. l. nihil 25. d. h.t. ubi cum Caius lib. 6. ad edictum tractatum de hereditatis petitione explicaret, ut apparet ex l. 1. et 3. l. licet. 10. l. quod si possessor 17. l. perditum. 27. l. idem Iulianus 35. l. utiles. 39. l. si quo 41. d. de heredi. pet. notat Cuiac. in d. l. nihil 24. Qui deus relatus ab Hillig. ad Don. lib. 6. c. 2. litt. D. commodissime hereditatem appellat successionem, idest rem quae successit quemadmodum decessionem dicimus remque accedit idest fideiussores §. fideiussores inst. de fideius. et successionem pro successore in l. cum in antiquioribus. 19. C. de iure delib. l. 2. C. ad leg. Iul. de vi publ. et pro hereditate l. mater. 19. d. de adq. her. l. 3. l. de inpub. l. 4. C. de postl. rev. ita recte interpretatur d. de adquir. her. Donel. lib. 6. com. c. 2. ubi Hillig. litt. D. Pichard. in rubr. num. 15. inst. de her. inst. quia cum defuncto eo cuius de bonis agitur, eadem per rerum naturam nullius esse incipiant l. 1. d. de divis. rer. l. 3. in princ. d. de pecul. l. denique. 13. §. quaesitum d. quod vi aut clam ne primo occupantis fierent ex regula l. 1. d. de adquir. rer. dom. fingit ius civile hereditatem imaginariam personam esse, quae in defuncti locum succedit, et hereditariarum rerum domina est l. liber. 13. §. si servus. d. ad leg. Aquil. l. 1. §. 1. d. si is quitest. lib. es. ius. fuer. l. si ante. 15. d. de interr. act. l. nonminus 31. l. 5. ult. d. de her. inst.

l. hereditas. 34. l. hereditas. 62. d. de adquir. rer. dom. ex omnanz Decius in rubr. num. 19. C. qui adm. Peralta in rubr. num. 137. d. de her. inst. Donel. et Pichard. ubi proxime Spino in spec. test. glos. rubr. 1.pte num. 17. et glos. 33. princ. num. 9. faber lib. 14. coni. c. 20. succedit autem hereditas in uniuersum ius defuncti d. l. nihil 24. l. 3. d. de bon. pos. quemadmodum et heres in quem quidquid hereditatis fuit, transfunditur l. heres. 37. d. de adquir. her. l. cum heres. 11. d. de diuers. et tempi. prescr. l. 1. §. Scæuola d. si is qui test. liber er. ius fuer. unde et hereditas iuris nomen est l. hereditatis. 119. l. pecuniæ. 178. §. hereditatis. d. h. t. quia in iure, et ex iuris fictione consistit l. 1. §. ult. d. de uis. rer. §. 1. inst. de reb. corpor. et ideo etiam sine ullo corpore iuris intellectum habet l. hereditas. 50. d. de her. pet. l. cogi. 16. §. in dequiritur d. ad. S.C. Trebell. Caldeira lib. 4. var. lect. c. 6.

Ad. l. silua. 30. usque ad finem l. pratum. 31. l. qui uenenum. 236. §. ult. h. t.

1\. Pertinet potissimum hec tractatio ad titulum de usu fructu, ut poster liquebit, et obseruat Cuiac. in l. silua. 30. h. t. quare ut rem cum iuris consultis potius, quam cum grammaticis explicemus uulgo monte de raloir moner. di estis Siluam cæditam omissis arqutijs Vallensis lib. 4. eleg. c. 56. Cuiac. lib. 10. obs. c. 25. Rebuff. in d. l. silua. 30. in princ. esse ex quorumdam sententia, quam hoc habetur, ut cædatur, quibus adijcit Seruius eam esse, quæ succisa rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur d. l. silua. 30. d. h. t. quæ tamen non sic accipienda sunt, quasi duæ cæduæ siluæ definitiones proponantur, ut sensisse uidetur Connan. lib. 4. com. c. 1. num. 5. Cuiac. in d. l. silua. 30. sed ut coniunctis definitionibus utrumque exigatur, ut silua cædua proprie sit, docent post plures Barbosa in l. diuortio. 8. §. si fundum num. 2. d. solut. matr. Castillo lib. 1. contr. de usu fr. c. 25. num. 35. Gutierrez de tutel. 3. part. c. 27. num. 2. Gedeus in d. l. silua. 30. relatus ab Hillig. ad Don. lib. 10. com. c. 8. litt. C. stirpes autem in superiori definitione a radicibus separantur, quia interdum arbores a stirpe siue trunco exciduntur, interdum ita, ne stirps lædatur l. si seruus. 27. §. si salictum d. ad leg. Aquil. l. 1. §. 1. d. de arbor. cæd. l. 3. §. 1. d. arbor. furt. cæs. ut interpretatur Barbosa in d. §. si fundum num. 2. Gutierrez d. c. 27. num. 3. Cuiac. lib. 24. obs. c. 5. quamuis aliter Alciat. et Reb. in d. l. silua. 30. Hodie uero arbores ex silua cædua excindi ita debent, ut ex stirpe illæsa maneat uulgo dicimus horca y pendon l. 7. et 20. tit. 7. lib. 7. comp. Rursus pascua silua est, quæ pecori pascendo destinata est, quales plurimæ sunt glandariæ d. l. silua. 30. in fine l. 8. tit. 33. part. 7. proinde si usus fructus cæduæ siluæ nominatim constituatur poterit fructuarius arbores indistincte cædere et uendere, et his ad usum uel quæstum uti, quia in fructu sunt l. item si fundi. 9. §. ult. l. si absente. 48. §. ult. d. de usu fr. l. diuortio. 8. §. si fundum d. solut. matr. l. diuus. 22. d. de usu et habit. l. qui fundum. 40. §. qui cum fundum d. de cont. empt. et si cui fundi in quo silua cædua est, usus fructus relictus sit non nisi ad eum modum frui licebit, quam quo pater familias uti solebat d. l. item si fundi. 9. §. ult. l. arbores. 59. §. ult. d. de usu fr. explicant Cuiac. lib. 29. obs. c. 5. et in d. l. silua. 30. Barbosa in d. §. si fundum num. 4. et 5. Castillo d. c. 25. num. 26. et 36. Hillig. ad Don. lib. 10. c. 8. litt. D. et l. rursus

siluę pasciuę ususfructus legetur poterit fructuarius pecore immisso ex pastione fructum percipere l. siquis unas 32. §. 1. d. deusufr. l. sed addes 19. §. 1. d. loc. arbores autem non cędet nisi iuxta consuetudinem testatoris vel ad usum proprium d. l. item si fundi 9. §. ult. cum l. seq. l. arboribus 12. d. deusufr. d. l. diuortio 8. §. si fundum docent Cuiac. in d. l. silua 30. Barbosa in d. §. si fundum ex num. 10. cui addendus Gratianus discept. for. 1. thom. c. 21.

Cęterum ut et alias simul rerum appellationes breuiter explicemus, superioribus proximum est quod dicimus pratum dici quasi ad fructum paratum, quia falce dumtaxat opus est ad fructum capiendum l. pratum 31. d. h. t. l. 8. tit. 33. p.te 7. et ideo cęssum fęnum ad fructuarium pertinet, non aliter l. si absente 48. §. ult. d. deusufr. l. si fructuarius 13. d.o quib. mod. usufr. amitt. notat Cuiac. in d. l. silua 30. in fine quemadmodum et si ususfructus fundi cui silua glandaria cohęret, aut siluę cędue in qua sunt arbores glandiferę legatus sit, dicimus glandem caducam, hoc est eam quę ex arbore decidit sine fructuarij opera, ad eum non pertinere d. l. silua 30. §. pen. l. si fructuarius 13. d. quib. mod. ususf. amitt. l. cum manu sata 80. §. silua d. de cont. empt. docet Castillo lib. 1. contr. de usufr. c. 77. num. 12. ~~tabularum, quam in interdicto de glande~~ Cuiac. in d. l. silua 30. Donl. lib. 10. com. c. 9. Valentia tractat. illustr. tract. 1. c. 3. num. 7. glandis autem appellatione tam in lege 12. tabularum, quam in interdicto de glande legenda, quibus permittitur ei, cuius ex fundo glans in alienum decidit tertio die colligere fructus omnes significantur l. qui venenum 236. §. ult. ibi l. 1. d. de glande leg. l. Iulianus 9. §. 1. d. ad exhib. l. qui seruandarum 19. §. ult. d. de prescr. verb. l. 18. tit. 28. part. 3. explicant Cuiac. Alciat. et Rebuff. in d. l. qui venenum §. ult. Donel. lib. 15. com. c. 36. Forcat. in penu. iuris c. 15. Opez. Pomon. in obs. c. 40. Balduin. ad leg. 12. tab. c. 19. Brisson. de V. S. verbo glandis cuius generis est, quod traditur in d. l. silua 30 §. 1. stipulę illecę verbo significare spicas Patius cent. 5. quest. 24. et in analysi ad tit. C. de lege Aquil. num. 4. in messe deiectas id est eas, quę in segete metenda excidunt de messorum manu, et in aruo relinquuntur et messe facta, arusticis cum vasant recolliguntur nondum lectas et ut interpretatur Rebuff. et Gothofr. Cuiac. in d. l. silua 30 §. 1. Brisson. de V. S. verbo stipula quas ad fructuarij heredem pertinere constat ex d. l. si fructuarius 13. d. quib. mod. ususfr. amitt. omissis hallucinationibus Alciati et Cępollę ibidem denique sciendum est, noualem terram bifariam accipi, aut pro precisa d. l. silua 30. §. 1. ~~Brisson. de V. S. verbo~~ noualis hoc est pro ea, quę nunc primum aratro proscissa est, et ex silua ad culturam redacta Cuiac. in l. qui fundum 40. §. fundi d. de cont. empt. l. ult. §. ult. d. de term. moto l. utiles 39. d. de her. pet. l. vir 8. d. de fundo dot. l. veluti 6. d. de impens in res dot. fact. c. 1. c. quid per nouale 21. ext. de V. S. l. 8. tit. 33. part. 7. quę precissa dicitur quasi antę proscissa, ut exponit Cuiac. et Rebuff. in d. l. silua 30. §. noualis quamuis proscissa reponant Gothofr. Alciat. et Budęus in an not. poster. ibidem Hotman. de verbis iuris verbo noualis aut pro agro qui anno cessat, siue alternis annis seritur d. l. silua 30. §. 1. noualis illustrant Gothofr. Cuiac. Budęus et Alciat. ibi et lib. 2. pretermiss. Gutierrez consil. 21. num. 15. Petr. Gregor. 1. part. sintagm. lib. 1. c. 2. num. 2 Turneb. lib. 18. aduers. c. 12. Ioan. Savaro in not. ad sidon lib. 8. epist. 8. Brisson. et Hotm. verbo noualis quid quid perperam repugnet Valiens lib. 6. eleg. c. 42. Rebuff.

in d. l. silua. 30. § novalis novalibus autem opponitur terra integra hoc est ea, in quam dominus pascendi gratia pecus non immittit, qualia sunt exua, quae quot annis arantur. d. l. silua 30. § integra ubi Cuiac. Ios. Scal. in epist. ad Bonaventur. Vulcanium pag. 385. quod eo pertinet ut fructuarius novalis fundi possit pecus in eum immittere quo tempore non seritur et est graminosus quamvis in terram integram non possit, quia quot annis aratur sicuti neque ex silua noualem agrum facere sationibus institutis l. quid tamen. 10. §. non tamen. 4. d. quib. mod. usus fruct. amitt. notat Cuiac. in d. l. silua. 30. Donel. lib. 10. com. c. 10. Castillo de usufr. c. 38. num. 22. et c. 25. num. 7. et seq.

Ad l. minus. 32. h. t.

Diximus in l. ut sicut. 12. ult. sup. h. t.

Ad l. Palam. 33. l. actiones 34. h. t.

Dicemus in l. coram l. pecuniae §. actionis inf. h. t.

Ad l. restituere 35 h. t.

Explicuimus supra in l. plus est 22. h. t.

Ad l. litis. 36. h. t.

1. Referenda est huius legis sententia tractationem iuris iurandi in litem quod defertur interdum actori, ut iuret, quanti litem estimet l. 1. l. 3. l. 4. §. 1. d. de in litem iur. l. tutor. 7. d. de admin. tut. Plane quamvis litis verbum a limitibus ductum videri possit ex Diui Isidori sententia in c. forus. 5. vers. litem ext. h. t. quia plerumque inter vicinos de limitibus agrorum contenditur l. sicut itaque 13. §. sed et si inter duos alias l. aequissimum d. de usufr. notat Gothofr. in nostra l. litis. 36. proprie tamen litis verbo rem in iuditium deductam de qua controuersia est significamus, ut ex Varrone et Cicerone docent Brisson. de V. S. verbo litis Hotman. de V. iuris verbo lis. eo que sensu litis et rei verba coniunguntur in veteribus formulis l. si defunctus. 9. C. de suis et leg. her. l. Papinianus. 8. §. 1. d. de in off. iuncta l. pater. 6. d. de Collat. dotis docent Brison. et Hotm. de verbo lis. Revard. ad leg. 12. tab. c. 6. Cuiac. lib. 5. obs. c. 21. et in superiori tractatu litem iure iurando estimari dicimus, quoties res in iuditium deducta estimatur l. eius rei. 46. cum seq. d. de rei vindic. l. si servus 21. §. et ideo d. de euict. l. sed et si res. 7. §. 1. d. de public. l. si propter 22. d. de rer. amit. l. lex Iulia. 7. d. ad leg. Iul. repet. l. non quocumque. 28. §. fundus et §. qui Casum d. de leg. 2. obseruat Don. lib. 26. com. c. 6. et Hillig. ibi litt. B. cum autem hoc ius iurandum in litem in plerisque actionibus tam in rem, quam in personam deferri soleat l. in actionibus. 5. d. de in lit. iur. recte Vlpianus scribit litis nomen in hac parte significare actionem omnem siue in rem siue in personam sit l. l. litis. 36. h. t. ubi Cuiac. Ceterum cum lis rem in iuditium deductam exprimat et consequenter ad litem iam contestatam proprie pertineat l. 1. d. de in lit. iur. l. 1. C. de lit. contest. l. 1. §. 1. d. de litig. ideo plerumque a causa vel

controversia distinguitur l. causas. 16. ubi Classici. C. de transact. l. diuus. § l. sed et si l. 25. § sciante ubi Gothofr. d. de her. pet. l. 1. §. 1. d. de litig. quamuis plerumque hec verba promiscue usurpantur l. pen. d. de alien. iud. l. 2. § sed si iudex d. de iud. Alciat. lib. 2. disp. c. 24. Rebuf. Cuiac.

Ad l. verbum oportere. 37. h. t.

Explicabimus commodius in l. inter hec verba. 179. h. t.

Ad l. ostentum. 38. l. queret. 135.

tat Cuiac. lib. 26. obs. c. ult. Meril. d. lib. 1. c. 26. sunt et sub disiunctive
apud stoicos, quas hi paradiazeuxeis appellant l. cum quidam 4. C. de V. et
rer. signif. ubi sic legendum monet Giffan. et Meril. in 50. decision. 16. num. 18.
pag. mihi 229. primus Cuiac. in l. si unus 27. §. sed si generaliter. d. de pact. et
in d. l. hec verba 124. explosa emendatione Alciati lib. 9. Parer. c. 18. sunt autem
sub disiunctivarum genera duo, unum, quoties ex duobus disiunctim comprehensis,
utrumque simul verum esse potest, utrumque falsum esse non potest, quia alterum
omnino verum necesse est veluti omne animal aut agit aut patitur omnis actio
in personam aut dari aut facere oportere intendit § omnium inst. de action. d. l.
hec verba 124. alterum, quoties ex duobus utrumque falsum esse potest utrumque
verum esse non potest, quia alterutrum omnino falsum veluti aut sedet aut ambulat
aut causam agit aut iudicat d. l. hec verba 124. illustrat post Agell. lib.
16\. noct. Attic. c. 8. Madera animadvers. c. 21. num. 10. Alciat. Gothofr. et Cuiac. in
d. l. hec verba 124. quo loci ex superioribus infertur hec verba misere apud veteres
agitata ille aut ille heres esto non tantum disiunctive accipi posse, ita ut alter dumtax-
at heres sit, alter non sit sed etiam sub disiunctive, ut vel uterque sit heres vel neuter
quomodo Iustinianus interpretatur, benigne tamen ut pro coniunctis habeantur, et
uterque heres sit d. l. cum quidam 4. ubi post Classicos Cuiac. Giffan. et Meril.
Barbosa in l. Gaius 46. num. 18. et seq. d. sol. mat. Madera animad. c. 34. Faber.
lib. 17. coni. c. 18. in fine Grat. 2. thome c. 211. num. 18. et c. 216. num. 32. et c.
218\. num. 28.

3 Apparet itaque sepe disiuncta pro disiunctis accipi veluti in his
verbis legis 12. tabularum uti legassit super pecunie tutele ve sue rei vel verbis
120\. ubi dicemus in f. h.t. proxime. inst. de lege Falcid. l. 1. d. de testam. tut. quibus
non aliter patri permittitur tutorem impuberi filio dare, quamsi de pecunia (id est
hereditate sua ut exposuimus in lib. 4. num. 1. sup. h.t.) simul disponat testamen-
to vel codicilis testamento confirmatis l. 3. l. si nemo 9. d. de testam. tut. d. l. sepe
53\. verb. at condicitur quem ita dextre accepit Hotman. laudatus ab Hillig.
ad Don. lib. 6. obs. c. 5. et Alberic. Cuiac. lib. 59. Pauli ad edictum in d. l. sepe 53.
etante eos Accurs. quamvis aliter Rebuff. et Alciat. ibi quemadmodum cum ita
legatur, quod dedi aut donavi aut in usum concessi ex presumpta testatoris mente
hec omnia legata videntur d. l. sepe 53. l. Lucius 88. d. de leg. 2. notat Cuiac.
in d. l. alienationis 28. §. ult. ut omittam vulgata exempla in quibus disiuncta

pro coniunctis capiuntur ex l. siquis ita 30. d. de auro et arg. l. cui iungendus Cuiac. ubi supra et lib. 26. obs. c. 34. Couarr. lib. 2. c. 5. num. 10. Madera animadu. c. 22. Gratian. dis cept. for. 2. thomo. c. 218. num. 29. et ex l. generaliter. 6. C. de inslit. et subst. l. si is qui. 13. §. ult. d. de reb. dub. quibus addendi preter clasicos Donel. et Cuiac. utrobique Madera animadu. c. 25. et 30. Faber. lib. 12. coni. c. 17. et lib. 17. c. 18. Sarmiento in l. Gallus. §. quid recte num. 10. d. de lib. et post. et in l. quintus. 10. in fine d. de auro et arg. leg. cui adscribendus Cuiac. lib. 12 obs. c. 17. Costa lib. 1. select. c. 4. Vualther. lib. 1. Miscell. c. 3. Madera animad. c. 21. num. 5. cum aliis pluribus quos cumulant Mexil. Giffan. et Cuiac. in d. l. cum quidam. 4. Alciat. et Rebuff. in d. l. sepe 53. Cuiac. in d. l. alienationis 28. §. ult. Donel. obser. c. 58. Gratian. regula 522. ex diuerso non numquam coniuncta. l. 39. et 99. intelligantur, an coniunctim? et placet separatim accipi ex Labeonis sententia, quoniam aliud est opem, aliud consilium dare, et ideo is, qui opem dedit consilio none furtiua tenetur. d. l. sepe 53. §. ult. is qui consilium sine ope dedit non tenetur. l. proinde 6. d. de cond. furt. ubi uerba ope consilio separatim accipi ut ad eam tantum pertineant qui consilium dedit, recte docuit Cuiac. Mexil. et Pichard. ubi proxime tenebitur itaque actione furti is qui vel opem vel consilium dedit d. l. sepe 53. §. ult. l. qui seruo. 36. §. idem Pomponius d. de furt. idque equum est, quia neque opem dedisse videtur, nisi qui affectu surripiendi dedit, neque consilium, nisi postea furtum sequatur ut eleganter docet Paulus, Labeonis sententiam confirmans potius cum veteribus, quam infirmans d. l. sepe 53. in fine iuncto. §. interdum inst. de oblig. que ex del. et exponit dilucide Alciato et Cuiac. in d. l. sepe 53. impedite Pichard. in d. §. interdum num. 9. Mexil. ubi proxime, et in decis. 50. in l. si quis seruo 20. num. 3. et 4. C. de furt. pag. 248. quamuis repugnet Accurs. et Rebuf. in d. sepe 53. Don. lib. 15. com. c. 29. Paciuscent. 4. quest. 29.

Coheret superioribus clarissima de coniunctorum generibus quod attinet ad ius accrescendi tam in hereditatibus, quam in legatis, questio, pertracta opportune a Paulo lib. 6. ad legem Iuliam et papiam in l. re coniuncti 89. d. de leg. 3. l. triplici. 142. d. h. t. ubi notat Cuiac. in lib. 29. obs. c. 34. et in l. un. §. his ita definitis C. de cad. toll. nos ne expatiemur aliis discutiendam relinquimus, nuda interim principiorum expositione contenti sunt ergo in hac parte coniuncti, qui ad eandem rem eodem successionis genere uocantur. §. si eadem res instit. de leg. l. 2. d. de usufr. accresc. est autem coniunctorum triplex genus, aut re tantum, aut verbis tantum, aut re et verbis d. l. re coniuncti 89. d. l. triplici 142. I. re tantum coniuncti dicuntur, qui ad eandem hereditatem vel legatum diuersis orationibus uocantur, veluti Titio Stichum do lego, vel Titius heres esto, Seius heres esto, d. l. re coniuncti 89. qui, quoniam unitate orationis non iunguntur disiuncti plerumque uocantur l. plane 34. in prin. d. de leg. 1. l. 1. §. interdum d. de usufr. accresc. l. un. §. sin vero quidam C. de cad. toll. §. si eadem res inst. de leg. verbis tantum coniuncti

sunt, quibus eadem hereditas vel legatum eadem oratione relinquitur, cum assignatione partium veluti Titio et Seio Stichum ex equis partibus do lego, Titius et Seius ex equis partibus heredes sunto d. l. re coniuncti 89. l. si ita quis. 66. ff. de her. inst. re et verbis coniuncti sunt quos nominum et rei complexus iungit d. l. triplici 142. idest, qui pariter una oratione ad eandem rem vocantur veluti Titius et Mevius heredes sunto Titio et Mevio Stichum do lego d. l. re coniuncti 89. d. l. triplici. 142. unde quesitum est, an si detracto articulo coniunctivo eadem oratione ad eandem rem vocentur re et verbis coniuncti sint, ut puta; si ita heredes instituantur Titius Mevius ex parte dimidia heredes sunto. Sempronius ex semisse heres esto, vel ita Titius Mevius heredes sunto, Sempronius heres esto, et placet quia soluta oratio est, Titium et Mevium coniunctis re et verbis accipi debere d. l. triplici 142. §. videamus Faber. de error. dec. 49. err. 2. num. 11. et dec. 100. err. 10. ubi aliter et melius explicat quamvis posteriori casu quoad hoc ut in re accrescendi ceteris preferantur non sint re et verbis coniuncti l. item quod Sabinus. 17. §. 1. ff. de her. inst. ita et in hac specie Titius ex parte dimidia heres esto, Seius ex parte qua Titium heredem me instituo, heres esto, Sempronius ex dimidia heres esto, placuit similiter ex Iuliani sententia, Titium et Seium quasi in eundem semissem coactos re et verbis coniunctos esse d. l. triplici 142. §. ult. l. Iulianus. 25. ff. de hered. inst.

Ad l. conditionales. 54. l. creditor. 55. h.t.

Coniuncta est harum legum sententia cum l. creditores. 10. sup. h.t. ubi diximus n.° 5.

Ad l. cognoscere. 56. in princ. et §. dispungere l. boves. 89. §. inter edere l. notionem. 99. §. instrumentorum ff. h.tit.

1\. Instrumentorum appellatio in iudiciis aut generalis est aut specialis generaliter instrumentum dicitur, id omne quo causa instruitur, sive testimonia sint sive persone, hoc est, sive scripture sive testes l. 1. ff. de fide instrum. l. argentarius. 10. §. edi ff. de edendo. l. pervenit. 4. ext. de testib. cog. et ideo Ulpianus lib. 1. de officio consulis, cum explicaret divi Marci orationem de dilationibus dandis instrumentorum vel personarum causa l. interdum. 36. ff. de iudic. l. 1. et 2. C. de dilat. l. 2. tit. 15. part. 3. oratione 7. d. de feriis eleganter monet per quam difficile esse instrumenta a personis distinguere in l. notionem. 99. §. instrumentorum h.t. ubi notat Cuiac. et in l. ad testium. 22. ff. qui test. fac. pos. Don. in rubr. n.° 12. C. de fide instr. quia si de facio petatur inpresentiam persone, que instruere posit (hoc est, donu presens persona sit ut explicat Alciatus et Rebuf. in d. l. notionem 99. §. instrumentorum. quamvis aliter Viglius in §. testes num. 9. inst. de testam. ordin.) causa peti videbitur, veluti si petatur ad proferendum testimonium eius, qui cum servus esset, actum gessit vel actor fuit constitutus d. l. notionem 99. §. instrumentorum si tamen iam liber sit, ut testimonium dicere possit l. qui testam. 10. §. servus d. qui test. fac. pos. l. hac consultissima 21. C. de test. §. testes inst. cod. notat Cuiac. ind. §. instrumentorum et in d. l. ad testium. 22. laudatus a 6.

245

Hillig. ad Don. lib. 12. c. 22. litt. B. erant autem actores servi, quibus in privata familia a domino rerum administratio credita erat et actum gerere dicebatur l. si ita stipulatus. 126. §. qui Chrysogonus d. de V.O. l. 1. §. ult. d. de servo corr. l. predijs. 91. l. Ossidius. 97. d. de leg. 3. l. quesitum. 12. §. idem respondit. d. de instr. et instr. leg. qui cum rationes conficerent, plerumque ad instruendas eas, que ad eorum notitiam pertinebant desiderabantur l. cum servus. 82. d. de cond. et dem. l. Pomponius 8. d. fam. her. cui iungendus Cuiac. lib. 8. obs. c. 33. docent Guilielm. lib. 3. virisim. c. 4. Raquard. lib. 5. var. c. ult. Dancir. lib. 1. thes. var. lect. c. 45. Brisson. de V.S. verbo actores Petr. faber. lib. 2. semestr. c. 24. distinguitur autem actor ab eo, qui actum gesit in d. §. instrumentorum, quemadmodum servus ab eo, qui in servitute est, quasi priori verbo ius actoris et servitutis, posteriori factum significetur ut notat Cuiac. ibi Hillig. ad Don. lib. 2. c. 11. litt. D. Rursus specialiter et frequentius instrumenta dicimus scripturas, quibus quid gestum sit, continetur, cum fide et testimonio rerum gestarum l. 4. d. de pignor. l. cum res 12. C. de probat. et passim in titulis D. et C. de fide instrum. eo que sensu cum ex edicto creditoribus in possessionem bonorum debitoris missis instrumenta eius cognoscendi et dispungendi copia fiat l. cum plures. 15. d. de reb. author iud. pos. recte Ulpianus notat cognoscere esse relegere et recognoscere dispungere vero inspectis rationibus data et accepta conferre et computationem inire d. l. cum plus. 15. l. Aristo. 5. d. de iure de lib. l. si statuliber. 6. § ult. d. de statulib. d. l. cognoscere. 56. h.t. ubi post Accurs. Brisson. de V.S. verbo cognoscere et dispungere Pamel. sunt autem rationes instrumenta que utramque paginam habent accepti et expensi l. si quis ex argentarijs. 6. §. rationem d. de edem l. emptor 47. § ult. d. de pactis illustrat Hillig. ad Donel. lib. 2. com. c. 6. litt. G. et lib. 7. c. 3. litt. C. Brisson de V.S. verbo rationes plane vulgaris illa conditio servorum libertatibus adscribi solita si rationes reddiderit sic accipitur, ut et computationem et reliquorum solutionem contineat l. quamvis 82. l. sicui libertas. 50. l. cum servus 82. l. qui sub conditione. 111. d. de cond. et dem. l. 5. l. servus 34. §. imperator. d. de statulib. docent Hillig. ad Don. lib. 8. c. 33. litt. D. Cuiac. lib. 21. question. Papin. in d. l. servus. 34. §. imperator. quamvis si quis rationes edere regetur, librum tantum exhibere debeat argentari l. boves. 89. §. inter edere h.t. late Rebuff. Brisson. verbo ra Hillig. d. lib. 23. c. 6. litt. h. l. qui libertatis. 69. § servus d. de evict. l. non solum. 8. §. si qui reddere. d. de lib. leg.

.Ad l. cognoscere. 56. §. liberorum. h.t.

Adi que scripsimus in l. nuns. 50. num. 2. sup. h.t.

.Ad l. cui precipua. 57. h.t.

.Creditoribus in possessionem bonorum debitoris missis, ex eorum numero et privato consilio constitui onus solebat, qui bonorum prescriptioni et venditioni preesset, quem magistrum ea que de re hic vocabant ret nomine defuncti l. ult. d. de curat. bon. dando, ut post theophil. in princ. inst. de successión. que fieb. per bon. vend. docet Pichard. ibi num. 4. Hillig. ad Don. lib. 23. com. c. 17. litt. A. Brisson. de V.S. et Hotm. de verb. iur. verbo magistri cum autem hec venditio infamiam debitori irrogaret §. 1. in fine inst. quib. ex caus. manum. l. 3. de inoff. test. in C. Theod. notat Cuiac. lib. 59. Pauli ad edictum l. cui precipua. 59. h.t. cum

alijs

aliis, locis, quorum meminimus, in l. creditores.10. num. 1. sup. h.t. ut pu doxi postea plerumque vel ex senatus consulto, si debitor eset vir clarissimus vel ex consensu creditorum, pretoris authoritate curator bonis dari cepit, per quem honestius bona venirent l. curator. §. l. cuius bonis. 9. d. de curat. fur. l. pretor. 9. §. his verbis. l. cum plures. 15. d. de reb. aut. iud. poss. l. 2. §. et 4. d. de curat. bon. dando l. in integrum 22. d. de minor. docet Cuiac. lib. 59. Pauli ad edictum in l. creditore. 14. d. d. reb. author. iud. et ind. l. cui precipua. 57. Fabex in iuris prud. tit. 12. princ. §. ex l. nisi. 10. l. cum unus. 12. l. creditore. 14. d. de reb. author. iud. poss. doceat magistros proprie appellari eos quibus precipua rerum cura mandata est, velut magistri exerciti, ut bonorum venditioni presint, ut observat Cuiac. in d. l. cui precipua. 57. eoque sensu magistratus dicimus a magistris, quia eorum munus est mode rari et preesse d. l. cui precipua. 57. l. 2. §. post originem d. de orig. iur. notat. Donel. lib. 1. com. c. 7. et Hillig. ibi litt. M. Petr. Gregor. lib. 19. synt. c. 18. num. 1. Briss. et Hotm. ubi supra Casaub. in capitol. in Marco pag. 150. et cuiuslibet disciplinae preceptores magistros nuncupamus l. cui precipua. 57. l. 7. tit. 33. part. 7.

.Ad. l. licet. 58. in princ. et. §. paternos.

Dixi in l. nurus. 50. num. 3.

.Ad l. cui precipua §. ult. arcam in l. pecuniae. §. persecutionis.

Diximus in l. Labeo. 19. sup. h.t.

.Ad l. portus. 59. littus. 96. l. littus. 112. in fine h.t.

1. Pertinet tit. h. portus et littoris definitiones adiri[illegible] si Curacio credimus lata de portu Borrel. de prest. reg. cathol. c. 9. de [illegible] proposita, qua et illud est, quo prohibet ne quid in flumine publico [illegible] fiat, vel in mittatur, quo statio iterque navigii deterius fiat l. 1. d. de flumin. ubi Ulpian. notat stationem sive portum esse conclusum locum adque munitum, quo merces importantur et inde exportentur et in quo naves tuto consistunt l. portus 59. h.t. l. 1. §. stationem d. de flumin. iuncta l. 1. cum inscriptione d. ut in flum. publ. h.t. [illegible] quid in flum. veluti Brundusium et alii inclyti in iure notat Lancix. lib. 4. thes. iur. c. 40. quamvis et stationis verbo interdum Petr. Gregor. lib. 3. synt. c. 14. num. 7. Don. lib. 4. c. 3. loca in foro variis hominum congressibus apta significemus l. fulcinius. 7. §. denique cum d. quib. ex caus. in poss. cui iungendus Hillig. ad Don. lib. 23. com. c. 15. litt. C. Pichard. in §. summa autem 1. c. a. num. 66. inst. de vi tenda Savaro in Sidon. lib. 1. epist. 11. pag. 81. et portus apelatione domum in lege 12. tabularum notat Cuiac. in d. l. portus 59. Pequard. ad leg. 12. tab. c. Jotho fred. in fragm. tit. de iudiciis. c. 5. unde angiportum dicimus pro angusta via sive aditu in portum sive domum d. l. portus 59. ubi Rebuf. inf. l. qui sine. 19. C. de oper. publ. l. pen. C. de metatis lib. 12 iunct. ta l. 8. tit. 33. part. 7. docte Ant. Augusti in Festum verbo angi portus Plane huc similiter referenda est littoris definitio, quae docet littus esse, quatenus maximus fluctus a mari perveniens veluti hybernus, excurrat ex currit eludit, ut cum

Sallo Aquilio docet Cicero in Topicis Quintilius lib. 5. c. ult. l. 4. tit. 28. part. 3. iuncta l. 1. §. si in mari d. de flum. l. 2. §. adversus d. ne quid in loco publ. l. littus. 112. h.t. §. flumina ubi omnes instit. de rer. divis. accepta a Cicerone cum arbiter esset finibus agrorum terminandis l. quod principis 23. d. de aqua et aque pluv. arc. notat Cuiac. in d. l. littus. 96. Florid. Sabin lib. 1. subsic. lect. c. 10. Petr. Gregor. lib. 3. Syntagm. c. 14. num. 8. quemadmodum autem littus proprietate et usu publicum est, hoc est commune omnium hominum d. l. littus. 112. §. 1. inst. de rer. divis. l. littora 51. d. de contra empt. l. quod in littore. 14. l. quamvis. 50. d. de adquir. rerum dom. iuris dictione tamen ad populum principem pertinere l. littora 3. d. ne quid in loco publ. cui addendi Don. lib. 4. com. c. 3. et Hillig. ibi litt. F. Prichard. in §. riparum num. 5. inst. de rer. div. Pacius in disput. de domin. maris Hadriat. vers. praemitto quanto Rebuff. in d. l. littus. 96. ita lacum publicum dicimus, qua maxime extat, nisi totus privatus sit d. l. littus. 112. ubi Rebuff. l. un. §. lacus. d. ut in flum. publ.

Ad l. locus. 60. usque ad finem l. ager. 27. in princ. et §. 1. l. interdum. 78. l. questio. 115. l. Urbana. 166. l. Urbana 198. l. is qui natus 210. l. fundi 211. h.t.

Recensentur his legibus agri fundi praedii, loci, possessionis et aliarum vocum differentie varie igitur cum lex duodecim tabularum usum et authoritatem fundi biennium esse sive urbana edificia sint sive rustica, iuberet, id est biennis tempore usucapi res immobiles vellet princ. inst. de usucap. pereleganter quaesitum est, quid fundi appellatione contineretur, et quatenus ab agro praedio vel possessione distaret l. questio. 115. ubi sic Alciat num. 6. et Cuiac. h.t. est autem fundi appellatio latissima ad res omnes pertinens, que solo continentur non tamen incorporalis princ. instit. de reb. corpor. et incor. Cuiac. notatus ab Hillig. lib. 5. c. 1. d. l. questio. 115. l. fundi 211. h.t. illustrant de fundi etymologia varie censentes Laur. Valla lib. 6. l. eum qui. 56. § pen. d. de V.O. l. cogi. 16. § inde queritur d. ad Trebell. eleg. c. 41. Flor. Sab. in libello de interpr. iur. civ. pag. 15. Brisson. de V.S. verbo fundus angustius acceptus Nannius lib. 1. misc. c. 19. Lips. lib. 4. Poliorceticon dialog. 2. est autem fundus integrum aliquid suis ex spatiis constans l. locus. 60. h.t. quales plerumque sunt et Villa id est rusticum edificium in fundo, et ipsius veluti accessio l. fundi 211. h.t. l. si fundum. 81. §. qui fundum d. de de leg. 1. l. fundi. 8. d. quib. mod. usus fr. amit. l. si ita testamento. 15. §. ult. d. de instr. et instr. leg. notat Connan. lib. 4. com. c. 6. num. 8. Donell. lib. 10. com. c. 18. Castillo lib. 1. contr. de usufr. c. 72. cum tamen ex diverso locum plerumque sine Villa accipiamus d. l. locus. 60. ubi cum Florentinis pandectis sic legendum et plerumque locum sine villa accipimus, quamvis temere repugnent Vall. et Florid. ubi supra confirmatur autem hec lectio ex Ulpiani instituto, qui cum lib. 69. ad edictum in interdicto unde vi. verbum unde, sic subaudiret ex quo loco non ex quo fundo l. 1. §. hoc interdictum et §. ubi autem d. de vi et vi arm. Donel. lib. 15. com. c. 32. superiorem differentiam opportune insinuavit in d. l. locus.

60. l. 2. §. recte d. si serv. vind. l. locus 26. d. de adquir. poss. pendet ita que fundi
et loci differentia ex affectione, et opinione dominij, qui si modicum locum fundi
integri animo habuerit, fundus erit, quemadmodum si fundum alij coniunxerit, ex
fundo locum faciet l. quod in rerum 24. §. quod si post testamentum l. plane
84. §. At. d. de leg. 1. d. l. locus 60. quo fit ut fundus non adiecto nomine inuti
liter legetur vel promittatur l. si domus 71. d. de leg. 1. l. ita stipulatus 115.
d. de legat. l. cum post. 69. §. gener d. de iure dot. notat Donel. lib. 8. com. c. 14
et c. 19. et lib. 15. c. [illegible] et in d. l. ita stipulatus 115. num. 11. et seq. ubi Cuiac. lib.
2. quest. papin et lib. 4. resp. Pap. in d. l. cum post. 69. §. gener. Gomez. lib. 2.
var. c. 11. num. 9. Mantica de coniectur. ult. lib. 10. tit. 1. num. 7. Fachin.
lib. 12. contr. c. 97. ut omittam loci appellationem ad urbana et rustica praedia
eque pertinere d. l. locus 60. l. 1. §. hoc interdictum d. de vi et vi l. 2. §. publi-
ci 3. d. ne quid in loco publ. fundi plerumque ad rustica d. l. fundi 211. locum ta-
ren posse veluti quaties porcio fundi est pro in diviso d. l. locus 26. l. si quis
fundum 48. d. de adquir. poss. l. si quis cum totum. 7. d. de except. rei iud. l. 5. d. de
stip. serv. fundum non posse, qua certis plerumque regionibus et finibus terminatur
l. si quis duas 6. §. 1. d. de com. praed. l. qui quatuor. 80. §. qui fundum d. de leg.
l. via 28. §. ult. d. de serv. rust. praed. d. l. locus. 60. ubi Rebuff. et Cuiac. l. is
qui 31. d. de usufr. l. et ideo sepe fundus Hillig. ad Don. lib. 10. c. 4 litt. S. a loco
distinguitur l. quam rem 98. d. de usurp. et usuc. l. quid tamen. 10. §. agri d. quib.
mod. usufr. amit. §. quod autem inst. de usucap.

Plane a fundo ager multum distat, quo verbo significamus rus-
ticum d. l. 8. tit. 33. part. 7. sine aedificio d. l. fundi 211. vel quod idem est,
sine villa l. ager 27. h. t. ubi Ulpian. lib. 17. ad edictum cum tractaret rei vindi-
catione ut colligitur ex l. Iulianus. 37. l. redemptores. 39. l. si quis hac. 41. l. quae-
dam 77. d. de rei vind. disputasset que forsam de agris ita locis stipendiarijs et tribu-
tarijs exposita agri diffinitione subijsset stipendij et tributi verba promiscue usurpa-
ri quamvis subtiliter distingui possint eleganter Cuiac. in d. l. ager 27. et lib. 7 obs.
c. 8. laudati ab Hilligero ad Don. lib. 4. c. 19. litt. A. noster Valentia tract.
2. c. 2. num. 2. et seq. Lanciz. lib. 2. thes. var. c. 151. illud notandum agros hos
stipendiarios et tributarios cum adquiri non possent ex iure quiritum usu tantum sive
possessione, ut augum. ex §. per tradit. eum ubi Theophil. ins de rer. div. princ. inst. de
usuc. l. un. C. de usuc. transf. l. cum sponsus. 12. §. in vectigalibus d. de Public. no-
tant laudati ab Hillig. ad Don. lib. 4. c. 19. litt. A. noster Valentia tract. 2. c. 2.
num. 2. et seq. possessiones apud veteres appellari d. l. questio 115. quam ita dextre
accepit Brisson. et alij quorum nomen dator Hillig. ad Don. lib. 5. c. 5. litt. B. Ant.
Augustin et Ursin. ad Festum verbo possessiones quamvis aliter Rebuf. Alciat.
et Cuia cius ibi Connan. lib. 3. com. c. 8. sicut e contrario agri vocantur per excellentiam
hi qui per usum comparantur, quorum proprietas adquiri potuit d. l. questio 115.
quidquid aliter de agri verbo sentiant Petr. Gregor. lib. 18. c. 23. num. 3. Garcia de

[1]

.. pons. e. ... num. 58. Vall. lib. 4. c. 56. Flor. de interpret. iur. pag. 155. q... uit si possessiones legatæ sint, fundorum quoque proprietas data videatur l. in tedium 79. d. h.t. ubi Cuiac. l. uxorem 41. §. legatum erat d. de leg. 3. notant Vallencia ... 2. c. 1. num. 16. Amaya lib. 1. obs. c. 16. num. 5 Steuvechius ad veget. lib. 4. c. ... princ. rursus prædij commune nomen est tam agri quam possessionis d. l. ...

Sequebatur alia nobilis quæstio de prædijs et mancipijs tam urbana quam rustica comprehensa in l. urbana 198. l. Aquinatus 210. h.t. disputant præter Alciat. Cuiac. et Rebuf. in his locis Donel. lib. 11. com. c. 4. et Hillig. ibi litt. A. B. et seq. Ranchin. lib. 2. ... var. c. 89. id est etiam si in hereditate corporales res nullæ sint, iuris tamen intellectu esse et consistere videtur adeo ut hereditatis petitio adversus iuris possessorem competat l. regula iuris 9. l. quod si in diem 16. §. Iulianus l. item videndum 18. §. ult. d. de her. pet. sicque interpretatur post Accurs. ind. l. hereditas 50. Cuiac. lib. 6. quæst. Papin. ibidem Donel. lib. 6. com. c. 1. Hillig. ad Don. lib. 6. c. 2. litt. g. et relati a Castillo lib. ... contr. c. 17. num. 2... quamvis ille dissentiat atque aliter nec male interpretetur annuente Benedicto Dinello lib. 1. select. c. 11. num. 16. est igitur hereditas Pichard. ad tit. d. de ... num. 15. sicuti et bona in appellatione civili universitas quædam iuris alieni commodis et incommodis referta d. l. bonorum 208. h.t. d. l. 3. d. de bon. pos. et ideo argumentum et deminutionem recipit l. item veniunt 20. §. item non solum d. de her. pet. l. pecuniæ 178. §. hereditas ubi Cuiac. d. h.t. iuncta l. 2. d. de her. vel act. vend. cum Cuiac. lib. 2. obs. c. 30. vide Ceballos com. cont. com. quæst. 586. num. 89. et hereditatem dicimus etiam damnosam sicuti et bonorum possessionem d. l. hereditas 119. d. l. 1. 2. et 3. d. de bon. pos.

Quo similitudinis exemplo id tandem fit, ut quod ad legem papiam attinet hi qui ex ea hereditatem capere non poterant, arcerentur etiam bonorum possessione l. non est ambigendum 12. §. ult. d. de bonor. pos. l. hereditatis 138. h.t. quam sic accipiunt Spino in spec. test. glo. 27. princ. num. 48. Duarend. lib. 3. var. c. 4. Balduin. ad leg. Pap. pag. 99. in fine Pichard. in rubr. n. 8. inst. de bon. pos. Cuiac. in d. l. hereditatis 138. quia bonorum possessor quamvis heres non sit, a prætore tamen heredis loco habetur l. prætor 117. d. de l. 2. d. de bon. pos. l. cum emancipatus 13. d. de bon. pos. cont. tab. §. bonorum d. ad S.C. Trebell. l. in conditionibus 19. §. si patronus d. de cond. et dem. cui iungendus Covar. in §. et quid si tantum 5. part. num. 37. Sarmento ibidem num. 33. Hillig. ad Don. lib. 7. c. 14. litt. C. Tiraq. in tractat. le mort saisit le vif 2. part. declarat. 2. n. 7. faber. de error. pragm. dec. 32. err. 7. num. 7. eoque pertinet, quod legimus in l. heredis 170. h.t. heredis appellatione in oratione divi Severi, quæ de confirmandis donationibus inter coniuges morte donantis successores omnes, tam legitimos, quam honorarios, tam primos, quam ulteriores significari l. heredis 170. d. h.t. quamvis orationis verbis specialiter non nominarentur l. cum hic status 32. §. ait oratio d. de donat. inter. observat Cuiac. in l. heredis 65. in fine h.t. quibus consequens est quod vulgo dicimus heredis appellatione regulariter heredis quoque heredem et deinceps significari l. qui per successionem 194. d. de reg. iur. l. si quis filiam familias 8. §. ult. d. de adq. her. l. ult. C. de her. inst. l. 2. l. si quis in testamento

15...

15. ð. de liber. l. cui addendus Brisson. lib. 1. de solut. pag. mihi 268. Hillig. ad Don. lib. 16. c. 22. litt. D. adeo ut heres heredis accessione possessionis primi testatoris ad usucapionem uti possit l. 2. §. etiam. 18. ð. pro empt. d. l. heredis 65. ubi Cuiac. d. h.t. iuncta l. Pomponius 13. §. quesitum ð. de adquir. pos. notat Donel. lib. 5. com. c. 20. unde et in formula pretoriarum stipulationum veluti in stipulatione de rato l. 3. l. si sine. 22. §. si in stipulationem d. rat. rem hab. verbo heredis ulteriores etiam heredes recipiuntur l. sciendum ubi Cuiac. 70. h.t. iuncta l. 2. ð. de pretor. stipul. idque est ex proprietate verbi heredis ut docet Rebuff. in d. l. heredis 65. circa finem Tiraq. in tractat. le mort. saysit le vif. 2. p. te declarat. 5. num. 12. et de tractat. conuent. §. 1. glos. 6. num. 21. Gratian. discept. for. 1. thomo. c. 104. num. 1. et thomo 2. c. 266. num. 6. cessat autem heregula paucis in cassibus veluti in substitutione pupillari his verbis concepta quisquis mihi heres erit idem filio heres esto, que proximum tantum et scriptum heredem continent et ideo heredis heres non quia cum incertus sit institui non potest nec ex iuditio certo venit l. sciendum. 70. l. ex illa. 227. in fine h.t. l. qui liberis. 8. §. hec verba ð. de vulg. late Duaren. ad tit. ð. de vulg. c. 15. pag. mihi 394. Donel. lib. 6. com. c. 26. Gilquen. in l. ult. num. 8. C. de her. inst. sed et indicto, quo pretor ei quem heredem esse oportet intestato mortuo, bonorum possessionem unde legitimo pollicetur l. 1. l. 4. d. unde leg. l. un. §. 1. ð. ut ex legibus proximus heres, non heredis heres continetur d. l. ex illa 227. ubi Alciat. Rebuff. et Cuiac. sic et in lege Aelia Sentia, que accusationem contra ingratos libertos patronis et eorum filijs heredibus constituit ut constat ex d. l. sciendum 70. §. 1. ubi Rebuff. iuncta l. siquis hac leg. 30. cum inscriptione ð. qui et aquibus notat Cuiac. lib. 21. obs. c. 6. Hillig. ad Don. lib. 2. c. 13. litt. C. ad Causabon. Cuiac. lib. 65. digestor. Iul. post. leg. communi 25. de bon. lib. in notis ad spartian. pag. mihi 74. (quamuis de origine pene seruitutis in ingratos libertos digladientur Riquardus conn. et Cuiac. laudati ab eruditissimo nostro iuris consulto Amaya lib. 2. obs. c. 6. nº 13. Lips. in Tacit. lib. 13. annal. schol. 81. Iuanes sauaro in sidon. lib. 9. epist. 10. in fine) filius proximus heres significatur, non heredis heres d. l. sciendum 70. §. 1. l. pen. C. de oper. libert. quemadmodum in operarum exactione dicimus filium a liberto paterno eas petere posse, si patri proximus heres sit non si peralium patris heredi heres extitit d. l. sciendum 70. §. veluti ex here datus filius qui patris heredi heres 1. l. cum patronus 22. §. cum libertus d. de oper. libert. quamuis ad filium qui heres non extat, idest, qui obtinet operarum petitio transmittatur l. si operary 29. ð. de oper. lib. explicat Cuiac. lib. 17. obs. c. 14. et in recit. ad tit. C. de usuc. pro her. Don. lib. 2. com. c. 18. Roder. Xuarez alleg. 27. num. 1. quamuis aliter Fab. priuiueg. pr. tit. 5. princ. 2. illat. 18. ut alias eius regule exceptiones Barbos. in l. si constante 25. §. ult. num. 23. ð. sol. mat. omittam quas recensent Tiraquel. Rebuff. Gilquen. et Gratian. ubi proxime Hillig. ad Don. lib. 8. c. 29 litt. O. et lib. 10. c. 17. litt. E. Grat. discept. for. 1. thomo. c. 181. Caballos com. cont. com. 2. thomo quest. 807. Castillo de usufr. c. 16. num. 30. illud pro coronide notandum

118

Et, heredis verbum, quamuis proprie et regulariter referatur ad universi iuris successores l. in pari 128. §. 1. d. de reg. iur. interdum tamen ex voluntate contrahentium ad Legatarium quoque qui singularis successor est pertinere, velu cum fundus vectigalis siue emphiteuti carius in perpetuum locatus est, ita ut ad heredes quoque locatio transiret. l. in conventionibus 219. ~~Barbosa in l. quia~~ d. h. t. sidomius 7. 1. §. ult. d. de leg. 1. explicant Cuiac. lib. 2. resp. Pap. in d. l. in conventionibus 219. Barbosa in l. quia tale 19. num. 21. d. solut. matr. Gratian. discept. for. thomo 2. c. 372. num. 12. Hillig. ad Don. lib. 9. c. 14. litt. d. Galdus de extinct. emphyteus. c. 10. num. 17. Gregor. in l. 28. tit. 8. glos. 5. Dimit. 2. p. art. 5.

Ad l. plus est. 22. l. restituere 75. l. aliud 72. §. ult. l. hec verba 78. l. restituere 75. l. cum pretor 81. l. ult. d. h. t.

Cum restituere dictum sit quasi rursus statuere, ut ex Varrone notat Oedeus, cuius meminit Hillig. ad Don. lib. 20. com. c. 5. litt. A. hoc est in statum pristinum reducere ut interpretatur Vlpian. in l. 1. §. restituas d. ne quid in loco publ. l. quod si minor 25. §. restitutio d. de minor apparet restituendi verbum plenissimam significationem habere l. videamus 58. §. in Fauiana d. de usur l. plus est 22. in fine l. ult. §. ult. h. t. docent Donel. lib. 21. com. c. 4. et c. ult. Menoch. apud Hillig. d. lib. 20. c. 5. litt. A Classici in rubr. d. de in integr. restit. unde fit ut tam in actionibus in rem, quam in personam restituere is videatur qui causam omnem post litem contestatam actori restituit siue representat l. Iulianus §. idem Iulianus l. preterea 20. l. qui 68. d. de rei vind. l. cum fundus 81. d. de reb. cred. l. 2. d. de usur. l. quesitum 91. §. ult. d. de leg. 1. l. restituere 75. l. ult. §. ult. d. h. t. causam autem accipimus pro omni commodo utilitateque, quam habiturus esset petitor l. litis contestate tempore res illi restituta fuisset d. l. preterea 20. d. l. cum fundus 81. d. l. restituere 75. l. restituere 75. d. h. t. quo ad edictum edilitium refert Cuiac. ibi iuncta l. cum autem 23. §. Iulianus l. ediles 25. §. item sciendum l. facta 60. d. de edil. ed. plane cause et restitutionis verbo comprehenduntur in primis fructus rei petite post litem contestatam. d. plus est 22. l. restituere 75. d. l. videamus 58. §. in Fauiana d. de usur. l. in condemnatione 173. §. 1. d. de reg. iur. l. 2. C. de her. pet. quorum prestandorum necesitas et origo in actionibus in rem descendit in l. 12. tabularum, que a possessione rei aliene post litem contestatam duplos fructus prestari constituit, ut colligitur ex l. un. de usur. rei iud. in C. Theodos. l. 1. de fruct. et lit. expens. item Paulo lib. 5. sent. tit. 9. vers. ex die, qui et maiores et ampliores fructus dicuntur in l. 6. §. ult. d. mand. l. rescriptum 12. §. 1. d. de distr. pign. l. sin autem 8. §. 1. d. de neg. gest. Barbosa in rubr. 3. part. num. 78. d. sol. matr. iuncta l. videamus 19. cum inscriptione d. de usur l. Iulianus 9. §. quantum in fine ubi extat Faber. d. ad exhib. obseruat Cuiac. lib. 5. obser. c. 21. et lib. 9. c. 19. et lib. 6. quest. Pap. in d. l. 2. d. de usur Hillig. ad Don. d. lib. 20. c. 5. litt. A. et K. Turneb. lib. 18. advers. c. 27. Revard. ad leg. 12. tab. c. 6. Joseph. Scalig. A. d. et Ursin. in not. ad fest. verbo vindicie quamuis in actionibus in personam ex equitate fructuum cause nomine prestationem post litem contestatam admiserint Sa-

Sabiniani l. videamus 38. §. si actionem d. de usur. quorum sententia vulgo recepta fuit d. l. 2. d. de usur. d. l. cum fundus 91. d. de rei. vind. ubi notat Don. num. 4. Cuiac. tract. 7. ad Afric. in l. quæ situm 37. d. de usur. et in d. l. restituere 35. faber lib. 15. coni. c. 1.

2. Continetur etiam restitutionis verbo causa usucapionis d. l. restituere 35. nempe in vindicatione rei, quam si possessor post litem contestatam usucepcrit iuxta l. 2. §. ult. d. pro empt. perinde ac si usucapta non esset restituere cogitur l. si post acceptum 18. d. de iudic. l. more 26. d. eod. l. nec bona 10. C. de præscr. long. temp. l. 29. tit. 29. part 3. explicant Donel. d. lib. 20. c. 5. et lib. 5. c. 21. ubi Hillig. litt. F. Bened. Pinel. lib. 1. select. c. 17. num. 17. quibus consequens est, quod dicimus interdictis restitutoriis de facto nimis sive in locum publicum de novi operis nuntiatione, vel quod vi aut clam, quibus prætor opus factum restitui iubet l. prætor 20. d. de oper. nov. nunt. l. 2. §. prætor ait d. ne quid in loco publ. l. 1. d. quod vi aut clam damnum actori datum, omnemque utilitatem præstandam esse d. l. videamus 38. §. in interdicto l. semper 15. §. hoc interdicto d. quod vi aut clam l. 2. §. restituas d. ne quid in loco publ. l. quæsitum 8. §. ex hoc interdicto d. de prec. l. cum prætor 81. h. t. quam sic accipiunt Alciatus Rebuff. et Cuiac. ibi et his verbis eam rem recte restitui, quæ in veteribus cautionum formulis adiici solent l. qui Romæ 122. §. Callimachus d. de V. O. l. rem 11. §. cum tabulis d. de duob. reis l. lecta 40. d. de reb. cred. l. iam tamen 5. §. nunc videamus d. iudic. solvi, fructus etiam continentur l. hæc verba 75. d. h. t. tam ex proprietate verbi restituere quamvis refragentur Cuiac. Alciat. et Rebuff. in d. l. hæc verba 75. quam quia verbum recte viri boni arbitrium significat l. stipulationi 2. §. habet cum seq. d. de oper. nov. nunt. l. iam tamen 5. §. nunc videamus l. ex clausula 17. cum seq. d. iudic. solvi l. recte 64. d. de iudic. l. hæc autem 5. §. recte d. quib. ex caus. in poss. eat. d. l. hæc verba 75. observabat Briss. lib. 1. select. c. 9. Fab. de err. dec. 89. err. 9. et præcedentibus et eo non laudato Gothofred. in d. l. rem 11. §. cum tabulis d. de duob. reis Hotman. de verbor. iur. verbo recte superioribus causis non tenetur l. ex hoc edicto 8. d. de alien. iud. mut. caus. fact. quemadmodum in hac formula his rebus recte præstari quæ heres a legatariis stipulatur legata sibi reddi evicta hereditate l. 1. §. §. si legatarius d. sicut plus quam per seq. Falc. viri boni arbitrium inest, et ideo sic accipitur ne damnum vel periculum heres sentiat d. l. 1. §. si legatarius l. aliud 71. §. ult. ubi Cuiac. d. h. t. conda l. ipsi quoque 19. d. rei vind. l. redhibere 21. §. item Pomponius d. de ædil. ed. ut omittam subtilem illam differentiam quam inter recte, et rite observat Cuiac. referente Hilligero ad Don. lib. 6. c. 12. litt. P. et ante eum Accurs. in l. 2. verbo recte d. de inoffic. test. Rebuff. in d. l. hæc verba 75. complectitur igitur restituendi verbum non tantum corporis sed etiam causæ et fructuum præstationem ex interpretatione iuris d. l. ult. §. ult. d. h. t. quare in restitutionibus in integrum ob metum illatum vel alienationis iudicii mutandi causa, restituendi verbum sic accipimus, ut fructuum et possessionis præstationem contineat l. metum 9. §. ex hoc edicto l. illud 10. §. ult. l. sed et partus 12. d. quod met. caus. d. l. plus est 22. ubi Cuiac. h. t. h. t. et ideo scriptum est plus esse in restitutione, quam in exhibitione quia cum

Exhibere sit presentia tantum rei prebere d. l. plus est 22. l. 4. d. qui satisd. cog. l. 2. ad exhib. l. 3. §. ait 8. d. de liber. hom. exhib. qui rem exhibet, in supe

Plane quod attinet ad actionem ad exhibendum, verbo exhibendi restitutio plenissima continetur l. Julianus. 9. §. quanty d. ad exhib. Don. lib. 20. c. ult. et Hillig. ibi litt. CC. et ideo recte traditum a Labeone lib. 1. pithanon id est verisi l. ult. §. ult. ubi Cuiac. h.t. quemadmodum autem restitutio accipiatur, quoties quis a principe rest. explicant Alciat. Rebuff. in d. l. plus est 22. Foxun. in l. Gallus §. idem credendum num. 290. d. de lib. post. Grat. 2. tomo c. 209. num. 7.

Ad l. rei 23. h.t.

explicavimus in l. 4. num. 2. sup. h.t.

Ad l. nihil 24.

explicavimus in l. princeps 21. num. 3. sup. h.t.

Ad l. recte 25. in princ. et §. ult. l. partum 26. l. appellatione 72 l. litus 96. §. 1. l. pupillus 239. §. ult. d. h.t.

Exposuit Paulus lib. 21. ad edictum conditionem actionis in r. ut colligitur ex l. 2. l. 4. l. si res mobilis 10. si vero 12. l. quod similit. 14. d. l. 16. l. si a bone 21. l. in re 23. l. sin autem 27. l. ceterum 31. l. fructus 33. l. ex diverso 35. d. de rei vindic. cum autem vetus vindicationis formula hec fuerit, fundus Tusculanum qui est in agro Sabino eum ego ex iure quiritium meum esse aio l. 1. §. per hanc. l. l. si in re 6. in fine l. in re 23. §. item que cum. d. de rei vindic. observat Renuardus relatus ab Hillig. ad Don. lib. 20. com. c. 1. litt. A. commodissime docet Paulus in l. recte 25. h.t. recte dicere eum qui fundum quem vindicat, suum esse ait, quamvis usus fructus ad alium pertineat si modo proprietas eius sit, ut interpretatur Cuiac. in d. l. recte 25. notatus perperam ab Hillig. ad Don. lib. 10. com. c. 2. litt. D. quia cum usus fructus sit ius sit utendi et fruendi rebus alienis princ. inst. de usufr. l. 1. d. eod. tit. l. uti frui 5. d. si usus fr. pet. aparet usum fructum servitutis potius partem id est speciem (ut cum Accursio interpretatur Cuiac. et Rebuff. in d. l. recte 25. Don. lib. 10. com. c. 3. ex glosa emendatione Fabri lib. 15. con[i]ect. c. 8. quam confirmat Rebuff. in d. l. recte 25. vers. tamen postea) esse potius quam dominij d. l. recte 25. l. Mevius 95. §. fundum, usus fructus enim et si in iure non in parte consistat d. de leg. 2. neque ignoro vulgatam illa usus fructus divisionem, in causalem et formalem quam ab Accursianis accep tam et regio nostro iure receptam ex l. 24. tit. 31. part. 3. defendunt Donel. d. lib. 10 c. 2. Hillig. ibi litt. L. Castillo de usufr. c. 1. num. 16 et seq. Radulf. Fornier. lib. 1 rer. quot. c. 18. Rebuff. in d. l. recte quamvis renitatur Alciati ibidem Faber lib. 15 conj. c. 8. Corras et alij quorum meminit Hillig. et Castillo ubi supra Felitian. in proemio oper. decens. num. 13. causalem usum fructum dicimus quem rebus suis ex causa proprietatis habet et iure dominij cui coniunctus dicitur formalem vero, quem quis in alienis rebus iure servitutis habet, qui a proprietate separatus est l. 9 et 5. d. si usus fr. pet. l. si ita stipulatus 126. §. 1. d. de V.O. l. si cum argentum 21. §. si fundum d. de except. rei iud. l. sempronius 26. d. de usufr. leg. ille dominij pars est l. qui usum

fructus

qui usum fructum. 5 §. d. de V.O. l. si a reo d. de fide iuss. hic quamvis in multis tamen eau
sü partis dominij instar et effectum obtinet, quia emolumentum rei continet l. ususfructus
4. d. de usufr. d. l. Mevius 65. §. fundo l. cum filius 76. §. dominus d. de l. 2. l. in
venditione 8. d. de reb. author. iud. poss. proprietamen non est pars dominij d. l. recte 25.
d. l. Mevius 65. §. fundo l. et per ius iurandum 13. §. illud d. de accept. explicavit præ
ter laudatos ab Hillig. et Castillo ubi suprà Don. lib. 9. com. c. 9. et lib. 16. c. 21. Castillo
de usufr. c. 52. eleganter Cuiac. lib. 17. quæst. Papin. in l. si Titio 33. §. 1. d. de usufr.

2. Plane quamvis pars pro diviso qualis est in fundo certis regionibus
distincto pars propriè non sit et totum potius vocetur l. si quis duas 6. §. 1. ubi Gothofredus
d. comm. præd. pars autem pro indiviso iuris magis intellectu, quam corporis divisione per
cipiatur, veluti quota, l. 5. d. de stip. seru. l. Mevius 66. §. duorum d. de leg. 2. notat Hi
llig. ad Don. lib. 4. c. 20. litt. A. in hoc tamen vindicationis tractatu utraque partis appe
llatione continetur, et vindicari potest d. l. recte 25. §. ult. l. si in rem 6. l. Pomponius
8. l. et ex diverso 35. §. ult. d. de rei vind. iuncta l. si quis cum fundum 43. d. de ad
quir. poss. l. si quis cum totum 7. d. de except. rei iud. l. 5. d. de usufr. docet Cuiac. in
d. l. recte 25. §. ult. quamvis perperam labatur Donelus d. lib. 10. c. 2. et lib. 20. com.
c. 4. quia rei appellatione tam in formula rei vindicationis quàm in prætoria stipula
tione rem pupilli salvam fore, pars etiam continetur l. 4. §. 1. d. de damno infecto
l. et si ad species 8. d. rem pupilli salv. fore l. appellatione 72. ubi Cuiac. d. h. t. iunc
tâ l. quæ de tota 76. d. de rei vind. exornant Hillig. ad Don. lib. 10. c. 18. litt. b. et
lib. 20. c. 4. litt. X. Alciat. et Rebuff. in d. l. appellatione 72. quibus consequens
est, ut quod attinet ad adquisitionem attinet insulæ in flumine publico natæ iuxta §.
insula 20 inst. de rer. divis. l. adeo 7. §. insula d. de adquir. rer. dom. l. 1. §. si insu
la 6. d. de flumin. prædia aliquorum esse dicantur non solum si communiter possidean
tur, et pro indiviso sed etiã si pro diviso alio aliud habente l. littus 96. §. 1. ubi Cuiac.
d. h. t. l. inter eos 29. d. de adquir. rer. dom. ubi accipiendus est verbum non utique
pro non solum, ut observavimus in l. bona 45. num. 2. sup. h. t. quod si nolit 31. §. cul
pam d. de ædil. ed. l. si gratuitam alias l. si rem tibi. 12. §. si cum mihi d. de præ
scr. verb. et alijs probat Brisson. de V.S. verbo utique et videtur sensisse Alciat. in
d. l. littus 96. §. 1. quamvis aliter Reb. et Cæpolla ibidem. ut omittam temera
riam emendationem Gothofredi in d. l. littus 96. §. 1. iuncto Petro Fabro lib. 1. se
mestr. c. 23. Hieron. Magio lib. 4. Miscell. c. 2. unde etiam fit ut si quis noxali ac
tione servi nomine conventus interrogetur in iure sive apud prætorem an servus,
qui noxam nocuit, suus sit et iurato responderit, suum non esse iuxta formam
l. quoties 21. §. prætor d. de noxal. act. neque adiecerit communem sibi cum alio non
esse ambigue respondisse videatur l. pupillus 29. §. ult. ubi Cuiac. d. h. t. et ideo
in solidum, perinde ac si falsò respondisset, conveniri posit l. 1. §. interdum d. si quadrup.
pauper. fec. vid. l. si quis interrogatus 8. l. de ætate 11. §. qui tacuit, et §. nihil d. de in
terrog. act. quia verbo suum aut meum tam res, quæ in solidum quam quæ pro parte
mea est, significatur l. servi 5. §. 1. et ult. d. de l. 1. l. si quis servus 74. d. de leg. 3.
l. 1. §. domini d. ad S.C. Trebellian. l. illud 46. d. de ritu nupt. d. l. pupillus 29. §.
ult. ubi Alciat. et Rebuff. Hillig. ad Don. lib. 8. com. c. 19. litt. O. Stef. orat. dis
cep. for. thom. 2. superioribus finitima est illa quæstio an partus ancillæ furtivæ sit pars

matris, in qua Marcellus affirmabat, ut colligitur ex l. 1. §. ex hoc rescripto d. de inspic. ventre l. 5. d. de ventre in poss. mitt. l. si aliena 10. §. scevola d. de usurp. et usuc. l. in falcidia 9. §. 1. d. ad Leg. Falc. scevola vero negabat cuius sententia probatur ab Vlpiano in l. partum 26. h. t. d. l. si aliena 10. §. scevola ad eat, qui plures et plura volet Hillig. ad Don. lib. 4. c. 23. litt. A. et c. 25. litt. b. et lib. 22. c. 5. litt. D. Cuiac. in d. l. partum 26. et lib. 15. obs. c. 20. Merill. lib. 1. obs. c. 16. Benedict. Pinel. lib. 2. var. lect. c. 1. num. 8. et 14. exacte Amaya lib. 1. obs. c. 1. §. 2. ex num. 2. et seq. Gregor. in l. 14. glos. 3 tit. 10. part. 1.

Ad l. Ager 27. in princip. et §. 1. d. h. t.

Explicauimus huius loci sententiam in l. Locus 60. in f. h. t.

Ad l. alienationis 28. in principio et §. 1. h. t.

Cum ex leg. 2. tabulary rei litigiosae alienatio prohibita sit l. 1. d. de litig. et multi magis inter coheredes aut dominos rei com. accepti iudicio familiae herc. vel commun. diuid. l. alienationes 13. d. fam. l. 1. C. comm. diuid. opportune quaeritur apud Paulum quid verbo alienationis contineatur ut observat Cuiac. in d. l. alienationis 28. cuius epigraphem probabiliter refert ad libr. 23. Pauli ad edict. ingo egisse videtur de iudicijs familiae erciscundae et communi diuidundo ut apparet ex l. veniunt 9. l. heres 25. l. si pignori 29 in l. alienationis 28. h. t. l. nouellum 56. cum aliis d. fam. herc. l. 1. l. etsi non omnes 8. l. item 10. d. com. diuid. alienationis sane verbum proprie acceptum eum actum significat, per quem dominium transfertur l. 1. C. de fundo dotali l. alienatum 67. in fi. h. t. quamuis prohibita alienatione non tantum dominij translatio sed ut usus fructus aut seruitutis impositio et pignoris atque hypothecae obligatio interdicta censeatur l. ult. C. de reb. alien. non alien. l. 43. tit. 5. part. 5. Authent. de non alien. §. nos igitur collat. 2. explicant gomez 2. thomo var. c. 14. num. 16. et thomo. 1. c. 12. num. 35. Ricciu in collect. decis. 2. p^te coll. 466. et 3 p^te decis. 694. Molin. de primog. lib. 1. c. 20. et 21. Castillo de usufr. c. 54. Pinel. in Authent. nisi Triceuale num. 28. C. de bonis mat. Hillig. ad Don. lib. 5. c. 4. litt. A. Nauarro l. 4 thomo in comment. de alienat. rer. eccles. num. 1. Tiraquell. et alij laudati ab Hillig. ad Don. lib. 9. c. 10 litt. A. et seq. et lib. 13. c. 6. litt. M. Pinel. in l. 1. 3. p^te num. 18. C. de bon. mat. et in l. 2. p^te 2. c. 1. num. 14 Barbosa in l. usufructu 58. num. 16. Molina de primog. lib. 1. c. 21. d. solut. matr. Ne pte a Pauli verbis digrediamur monemus breviter alienationis verbo regulariter usucapionem etiam contineri d. l. alienationis 28. l. ubi lex 24. d. de usurp. et usucap.

Prohibetur igitur l. 1. l. etsi non omnes 8. l. item 10. d. com. diuid. usucapio in superioribus actionibus nempe post litem contestatam, quia si ante capta sit ab eo qui heres non erat, utiliter implebitur l. sed etsi usucapio 19. d. fam. herc. haec enim alienatio necessaria est, quae prohibita non censetur l. 1. d. de fundo dot. l. alienationes 13. d. fam. herc. ubi Cuiac. lib. 4. quaest. Papin. cui iuuendus Zaballos com. cont. com. quest. 805. num. 8. Gratian. discept. for. 1. thomo c. 108. num. 3. et thomo 2. c. 334. num. 10 et seq. Bar

bosa in l. 1. § p.te num. 11. d. sol. matr. sur dus decis 254. num. 6. Riccius in collect. decis. 1 p.te collect. 630. prohibitio itaque alienationis regulariter usucapionem complectitur l. 1. ult. d. pro dote l. si fundum 16. d. de fundo dotali docent communi Rebuff. et Alciat. in d. l. alienationis 28. Cuiac. lib. 24. obs. c. 9. Barbosa in d. l. 1. § p.te num. 83. et in effectu Fachin. lib. 13. contr. c. 80. Molina de primogen. lib. 4. c. 10. Bened. Pinel. lib. 1. select. c. 17. num. 11. et laudati a pinello ubi supra, quamvis ille cum paucis repugnat. Hillig. ad Don. lib. 5. c. 4. litt. A. sed et si heres aut dominus rei communis post litem contestatam servitutem pred. hereditarij vel communis non utendo amitti patiatur. alienasse videtur l. Iulianus 5. cum seq. d. de fundo dot. l. 3. §. pen. d. de reb. cor. d. l. alienationis 28. §. 1. ubi Cuiac. et Rebuff. idem Cuiac. lib. 7. obs. c. 23. et lib. 11. c. 28. Hillig. ad Don. lib. 11. c. 18. litt. A. tandem sciendum est alienasse eum non videri, qui occasione adquirendi non utitur veluti si hereditatem delatam omittat d. l. alienationis 28. §. 1. l. qui autem 6. in princ. et §. 1. d. que in fraudem cred. l. si postulante 67. §. 1. ~~iuncta l. si optione~~ et seq. d. ad S.C. Trebell. l. 3. §. si maritus d. de donat. in tex. l. nemo 68. §. 1. d. pro socio vel si optionem ita legatam, ut in incertum tempus optet, legatarius, non amplectatur d. l. alienationis 28. §. 1. iuncta l. si optione 10. d. ad exhib. l. mancipiorum 6. d. opt. vel elect. leg. explicant Faber lib. 8. coni. c. 19. Schifordeg. lib. 1. ad Fabr. tract. 9. quest. 1. et seq. Acevedo in l. 3. tit. num. 140. tit. 10 lib. 9. compil. et in l. 3. tit. 4. num. 6. lib. 5. compil. Hillig. ad Don. lib. 23. c. ult. litt. C. Riccius collect. decis. 1. p.te 2. coll. 966.

Ad l. alien. 28. §. ult. l. coniunctiones 29. h. t.

Dicam in l. sepe 53. inf. h. t.

Ad legem Paulus in Florentinis. l. debitorem. 99. ff. de Solution. Commentarius.

De facultate aut necessitate certi generis nummos solvendi, et ad quem incrementum, seu decrementum aestimationis monetae pertineat brevis et utilis disputatio.

Num. 1.

Scholasticas et forenses disputationes, quas superiori anno faventibus omnibus melioris geny, ingenij q3 auditoribus dictare cepi, hodie continuaturus ordior merito ab illa, quae circa varias nummariorum debitorum solutiones in nobilissima hac. l. Paulus tractari solet. est enim res hoc tempore iudiciorum usu celebris, frequens, et legum atq3 interpretum varietate difficillis. quare ut clare et breviter explicemus praemittendum est in moneta legitima tria praecipua ex rei natura recepta desiderari in cap. quanto. 18. ubi patris extra. de iur. iur. materiam, formam et pondus ex d. Isidoro lib. 16. origin. c. 17. glossa communiter et exprimitur in l. 1. ff. de contr. empt. l. 1. C. de veter. num. potest. lib. 11. novella Leonis. 92. ubi numismatis omne genus, quod quidem formam materiamq3 non adulteratam, et plenum pondus habeat. et probatur gen. c. 23. et apendit illi quadringentos siclos argenti probati monetae publicae. quae verba explicant post alios Felicianus de censib. 2. tom. lib. 4. c. un. n. 16. et ex nostratibus Marquez in guvernatore lib. 2. c. ult. § 2. Basilius legionens. 1. p. var. disput. relect. 1. p.te 1. in principio. Cum enim commerciorum necessitas et difficultas permutationum pecuniarum usum requireret, naturalis ratio suassit eius de materia electioi publice aequalis apud omnes fere gentes aestimationis. l. 1. ff. de contr. empt. l. 1. ubi speciei proba. C. de veter. numism. potest. lib. 11. et facilis atq3 accommodata ad commercia tractationis, ut ait arist. lib. 1. polit. c. 6. qualia sunt prae caeteris metalla aeris, auri, atq3 argenti. princip. inst. quibus mod. re contr. oblig. l. 2. § eodem tempore 30. ff. de orig. iur. l. lege cornelia. 9. ff. ad leg. cornel. de fals. explicant Hotman. lib. 4. antiq. 1. p. c. 1. Petrus greg. lib. 36 sintagm. c. 2. n. 2. et seq. dempster in paralipomenis ad Rosin. lib. 7. antiqut. c. 31. Marcell. Donat illucidation. 1. in Vopiscum in Tacito. Antonius Faber de varijs nummariorum debitor. solut. c. 1. Marquez d. c. ult. § 2. deinde metallo electo formam sensiguram publicam imprimi placuit, quae nummi quantitatem, et aestimationem legitimam designaret. d. l. 1. ff. de contr. empt. qualis erat apud Romanos imago principis. d. l. 1. l. 3. C. de veter. numism. potest. lib. 11. l. un. C. Theod. si quis solidi circulum exteriorem, et in pragmatica Iustiniani. C. de mutatione solidorum. explanant praeter laudatos ubi proxime Hotman. d. lib. 4. c. 5. Caesar Buleng. lib. 2. de imperat. rom. c. 15. gaspar Ant. Thesau. de aumento monet. 1. p. n. 7. Cuiac. lib. 19 observat. c. 25. denique post formam et materiam monetae pondus certum metalli singulis numis

Ac ubi necesse fuit, ut ex quantitate, et pracio materiæ legitima nummi cuiusque æstimatio statueretur. unde in moneta in primis legitimum pondus requiritur. c. quanto 18. extr. de iure iur. d. l. 1. C. de veter. numism. potest. lib. 11.

Num. 2 His tribus præcedentibus materia, pondere et forma accedit æstimatio legis authoritate nummo cuique assignata, quæ extrinsecam bonitatem monetæ vocant interpretes. et ideo inter naturales partes numismatis non recensetur ab Isidoro d. lib. 16. quem immerito carpit Hotman. ubi sup.a c. 2. quoniam effectu ipso in his distinetur, semper enim naturali æstimationi metalli, quam intrinsecam vulgo dicimus respondere solet et debet. Nec ab ea potest recedere regulariter nisi quatenus impensa formandæ monetæ postulat, aut moderati auri ratio omnem materiæ pracium patitur, ut eleganter d. Thom. de regimine princip. lib. 2. c. 13. late post multos Marquez et faber ubi sup.a Couarr. in collat. veter. numism. c. 7. n. 4. plane cum pecuniæ usus ad merces omnes æqualiter æstimandas inventus sit. d. l. 1. ff. de contr. empt. l. si ita 42. ff. de fideiuss. aparet in numis, quatenus nummi sunt principaliter considerari debere æstimationem eorum publica authoritate definitam. l. cum status 29. l. si is cui nummos 94. ff. de solut. l. 1. §. n solum. ff. ad l. falcid. quoniam secundum hanc suo munere alias res æstimandi funguntur, et ideo pracium numismatis potestas eius dicitur. in l. 3. ff. de eo quod certo loco, et in rubr. C. de veteri numism. potest. lib. 11. notat Hotm. illustr. quæst. c. 19. Cuiac. lib. 8 quæst. Papin. in d. l. si is cui nummos 94. ff. de solut. Annerus Robertus lib. 1. rerum iudic. c. ult. Sic quod explicandum est quod Paulus ait in d. l. 1. ff. de contrah. empt. monetam semel signatam usum scilicet æstimandi, et dominium rerum præbere non tam ex substantia, quam ex quantitate, hoc est non tam ex vi materiæ, et qualitatis metalli, quam ex æstimatione publice statuta, quæ nummorum quantitas vocatur. l. cum aurum 19. ff. de auro et argento leg. l. quæ extrinsecus 66. ff. de v. o. l. si is cui nummos 94. ff. de solut. ita exponit Cuiac. lib. 33 Pauli ad edictum in d. l. 1. faber. q. pro ration. ubi sup. Duarenus lib. 1. disp. c. 6. et ad tit. de in litem iuran. num. 6. forcat. [dialog. 96]. Couarr. d. c. 7. n. 2. omissa emendat. Budæi, inan notat. prior. in d. l. ~~prior et aliis~~ 1. et aliis interpretationibus Charondas lib. 3. verisim. c. 11. Robert. lib. 3. senten. c. 6. Pinnell. in rubr. C. de rescind. vend. c. 3. n. 7. Thesauri de aumento monetarum. 1. p. n. 6.

Num. 3. Ex superioribus facile veluti manuducimur ad propriam legis nostræ quæstionem, quam ut recte ponamus, monendi estis in florentinis pandectis legis nostræ principium ita conceptum esse debitorem non esse cogendum, et deinceps. Hanc autem lectionem, quamvis improbent fere omnes et inter eos Cuiac. l. quoties 99 in fine. ff. de v. o. ubi pro verbo debitorem reponit, creditorem, quoniam inepta, aut inconspecta quæstio foret de debitore in aliam formam nummos accipere cogendo, cum debitoris sit solvere non accipere. idem tamen Cuiac. lib. 4 resp. Pauli in præsenti retenta florentina lectione speciem

fingi

franoi posse ait in debitore, qui promissit centum aureos ex causa mutui sibi nume-
randos iuxta legem. si ita. 6. § 1. cum. leg. seq. ff. de nouat. in quo quaeri potest an si
postea in aliam formam aurei offerantur cogatur eos accipere hic debitor, et promissor
ex causa mutui. verum utrumque sit recepta magis est alia lectio, quae in vulgatis
et basilicis sic habet. Paulus respondit creditorem non esse cogendum. eamque tanquam
veriorem, et clariorem probant post accursianos omnes hic. Hottman. illustrium
quaest. 19. Petr. faber in l. generaliter. 78. ff. de reg. iuris Donel. in l. 3. ff. de rebus
creditis. Brison lib. 2. de solut. quorum et mea sententia quaestio huius legis est, an
is ei qui mutua centum accepit in aureis nummis certae formae liceat haec centum
soluere creditori suo in nummis alterius formae, et cogendum esse creditorem accipere
probare videtur id quod diximus in nummis quantitatis sive aestimationis publicam prin-
cipaliter considerari. l. si is cui nummos. 94. h. tt. l. quae extrinsecus. 69. ff. de V. O.
Ut proinde liberandus debitor videatur, qui eandem quantitatem, id est centum, quam in
in alia moneta forma creditori suo restituit, quasi solutione eius quod debetur
princip. Instit. quib. mod. toll. oblig. ex contrario creditorem accipere non cogendum, su-
ademur ex eo quod diximus ex natura monetae formam eius desiderari. l. 1. C. de ve-
ter. numism. potest. lib. 11. l. un. C. theodos. si quis solidi circul. exter. et ideo cum in
aliam formam numi redduntur, aliud pro alio inuito creditori solui videtur, quod non permittitur
l. 2. § 1. l. 3. ff. de reb. cred. l. manifesti. 17. C. h. tt. tam contrariis rationibus coactus
Paulus noster consultationi ex facto respondet rem ita temperans ut significet cre-
ditorem etiam in aliam formam numos accipere cogi posse, quia in his solam aestimationem
et quantitatem inspicimus. l. 1. ff. de contr. emptione. Notat Cuiac. in l. quae extrinsecus
69. ff. de V. O. eadem autem quantitas est cuiuscumque formae moneta sit, sed haec ita nisi
ex solutione nummorum alterius formae damnum aliquod creditor passurus sit. quo casu
iniquum esset cogi eum accipere, veluti si pecunia grauis et onerosa ad gestationem, aut
quae in alia provincia non admittitur peregre transportaturo reddatur. l. ubi autem. 4. in vulga-
tis. l. 6. § melior. ff. de in diem addict. sic enim damni verbum de eo quod patrimonii
deminutionem aliquam contineat argumento ex l. 3. ff. de damno infecto. neque ex sola affectione
creditoris alterius formae nummos recusantis aestimetur, quoniam haec in nummis iusta
non est. l. nummis. 3. ff. de in litem iur. accipi unt post accurs. hic. vers. vel expone
Barth. Cum. et Cast. in psenti Donel. in d. l. ff. de reb. cred. et lib. 16. comm. c. 9. ubi Hillig.
litt. m. Hotman. d. q. 19. fachin. lib. ~~..~~ 2. ~~..~~ c. 10. vers. quod probatur. Ant. faber
de veris nummar. debitor. solut. c. 3. ad finem

Haec certa, recta que legis nostrae expositio est, quam disputari Num. 4.
solet an si damnum creditor creditor non patiatur cogi possit accipere non solum nummos ve-
luti in aliam formam simplices aureos pro duplicibus, idest, escudos por doblones, sed
etiam alterius materiae, veluti argenteos, aut aereos pro aureis. in qua quaestione pro creditore
ne accipere cogatur expenditur quod vulgo dicimus aliud pro alio solui non posse. l. 2. § 1.
ff. de reb. cred. aliud autem pro alio soluitur cum aes pro argento, aut argentum pro auro datur
l. in venditionibus. 9. § ult. cum. l. seq. ff. de contrah. emp. l. si cum aurum. 92. h. tt.

Accedit quod scriptum est mutuum reddi debere in eodem genere, et in eadem qualitate l. 3. ff. de reb. cred. qualitatis autem verbo subst. et materiam rei intelligimus l. si sterilis. 21. §. quasi quis. ff. de act. empti, et ideo cum pecunia ~~contenta~~ extra diversae materiae sit ab argentea, aut aurea mutui obligatione non liberat, et cum diversi generis sit non fungitur vice pecuniae creditae, quia functionem non recipit, nisi in suo genere. l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. His praecipue argumentis movetur Barth. in praesenti ut existimet non posse liberari debitorem alterius mat. nummos creditori soluere. Sentiunt post Castr. et Alber. hic. Jason in l. si amplius. §. ult. n. 11. vs. nec obstat. ff. de leg. 1. Parlador. lib. 2. rer. quotid. c. ult. 9. p. §. ult. 17. n. 17. faber. de var. numm. debit. solut. c. 3.

Num. 9. Verum generali totius Europae consuetudine receptum est tam in mutuo quam in caeteris pecuniariae quantitatis obligationibus debitorem alterius quam acceperit materiae nummos soluere. idque ita in praxi observari extra recepti iuris tenorem testatur Barth. hic. Gutierrez lib. 2. pract. q. 179. Thesau. de aumen. monet. 1. p. te. n. 79. Parlador. et Faber ubi supra. Gutierr. lib. 2. pract. q. 179. Menoch. cons. 49. n. 19. lib. 1. Curtius sen. de monet. q. 9. n. 23. Matheus de Afflictis decis. 90. Boer. decis. 327. Ego semper putavi hanc sententiam non solum iudiciorum usu, sed etiam apertissima iuris ratione probari ut existimat Cumanus hic. n. 7. Hiero. Butigella in l. cum quid. 3. n. 26. et seq. ff. de reb. cred. Hotom. Illustrium. q. 19. et lib. 4. antiq. Rom. c. 4. Pinell. in rubr. 1. p. c. 3. n. 16. C. de resc. vend. confirmat hanc sententiam quod vulgo dicimus in nummis quantitatem, et aestimationem publicam semper inspici. l. qua extrinsecus. 69. ff. de v. o. l. si cui nummos. 99. supra h. t. et inde qui eadem centum summa dedit recepit, tametsi in alterius materiae nummis frustra id recuset. l. nummis. 3. ff. de in litem. iur. deinde quia quoties centum auri aut argenti pondus ex testamento, aut ex contractu debetur placet non mat., sed aestimationem ponderi sequentem praestandam esse. l. 1. §. ult. l. cum certum. 9. ff. de auro et argento leg. l. si quis argentum. 39. C. de donat. denique probat hanc sententiam Paulus noster, quia dum fatetur creditorem, si damnum patiatur cogendum esse in aliam formam nummos accipere, admittit idem. neque enim in moneta formae et materiam requirimus, ut monuimus supra n. 1. expendit Butigella in d. l. cum quid. n. 28. ff. de reb. cred.

Num. 6. Ex superioribus satis constat tam in mutuo et caeteris conventionibus, quam in annuis reditibus, quos censos dicimus, etiam si debitor in argenteis aut aureis nummis sortem acceperit soluere posse et censum redimere in moneta quavis currente, ut scriptum est in clem. 2. de decimis. lib. 6. tit. 19. lib. 6. novae comp. adeo ut etiam in minutissimis nummis aereis recte soluatur, ut argumento ex l. nummis. 79. ff. de leg. 3. docet Gutierr. lib. 2. pract. q. 179. Caldas de empt. c. 22. n. 36. Farinac. in novis. Rot. decision. 799. n. 2. Tiraq. de retractu lignagier. §. 1. glos. 20. n. 4. et seq. Thesaur. de aumen. monetae. 1. p. n. 26. nisi scilicet damnum creditor patiatur ex solut. alterius monetae. quo casu rem a iudice

iudice sic temperandam, ut neq. onerosus creditor, nec debeat, debitor audiatur argum.to ex l. si servus § 29. ff. de pignor. act. Notant in Rubr. 1. p. c. 3. n. 17. C. de rescind. Rodriguez de annuis reditibus lib. 2. q. 18. n. 46. et lib. 2. q. 19. n. 93. Parlad. dicto cap. ult. 5. p.te § 17. n. 20. gratian. discept. for. 1. thom. c. 93. n. 28. faber. d. c. 3. Nec refragatur Iuris sent.a, quod si expendimus pecuniam, et mutuo soluendam in suo genere functionem recipere, et eiusdem qualitatis reddi. l. 2. § 1. ff. de reb. cred. quia cum primum et praecipuum monetae munus et functio sit aliarum mercium aestimatio l. si ita 42. ff. de residuis, et ideo quantitas et aestimatio aptius quam qualitas materiae inspicitur in nummis. l. 1. ff. de contr. empt. rectissime dicitur etiam alterius metalli nummi reddantur, functionem eos recipere in suo genere, ut viderat Butigella in d. l. cum quid. n. 28.

Nec rursus obstant nimis argumentum ex d. l. venditoribus. 9. § ult. ff. de contr. empt. d. l. si cum aurum. 50. ff. de solution. Loquuntur de certa specie auri aut argenti vendita aut promissa, ubi si per errorem pro argento plumbum vendatur, aut pro auro promisso aes soluatur, placet viciari venditionem et soluentem non liberari, idcirco scilicet quoniam in massa argenti vel auri mat.am solam inspicimus, quae si diversa sit non pot. fungi vice eius quae venditur aut promittitur quemadmodum moneta vice alterius monetae. d. l. quae extrins. 69. ff. de contr. empt. Vide etiam fit ut debitor pecuniae etiamsi massam auri vel argenti soluat, quae quantitatem debitam efficiat non liberetur, ut argum.to ex l. si ita 42. ff. de residuis. docent decius in l. 2. § 1. n. 10. ff. de reb. cred. Pinell. in Rubr. 1. p.te c. 3. n. 14. C. de rescind. et e converso cum aurum aut argentum omne species certa legata est, argentum publica monetae forma signatum non continetur l. cum aurum 19. l. quintus 27. § § 1. ff. de auro et argento leg. forcat. dialog. 38. n. 1. Hillig. ad donel. lib. 19. lett. C. et lib. 16. c. 9. litt. M. Tiraq. de retract. lignag. § 1. glossa 20. Sed si certum auri vel argenti pondus legetur, aut ex contractu debeatur placuit debitorem haeredem pecuniam in nummis, aut mat.am ipsam praestare posse, quoniam ponderis adjectio facit, ut quantitas debita videatur. l. si quis argenti 39. C. de donat. l. 1. § ult. l. cum aurum 19. l. Titiae 39. ff. de auro et arg. leg. docent post classicos Curacius lib. 19. resp. Pauli d. l. Titiae 39. et lib. 12. obser. c. 37. Iaso in d. l. 2. § 1. n. 4. ff. de reb. cred. Nec adversatur obscurus textus in l. cum certi. 9. ff. de auro et argento legato ubi, certo argenti pondere legato non materiam, sed speciem praestari debere scriptum est, quia post Pinel. d. c. 3. n. 18. ubi nondum necdum, nec solut, respondendum est verbum illud non debet, aut accipiendum pro verbo potest, cum alberico in d. l. cum certum. Pacio cent. 6. q. 41. aut pro non necesse est, seu non cogitur, ut significet electionem esse haeredis materiam, an speciem praestet, ut explicat post accursium Hillig. ad don. lib. 8. comment. c. 19. litt. M. illud non praetermitto illud apud nos hodie more iudiciorum receptum esse, ut qui pecuniam debet argentum rude non signatum offerens liberetur, ut testatur post Cifuentes in l. 70. Tauri. Parlador. d. c. ult. 5. p. § 17. n. 19. quod ad strictam iuris esse scio, et an ita in praxi obseruetur dubito, credo potius neganti Pinello d. c. 3. n. 24; Num. 7.

num. 8. Verumque quod posuimus de solutione in alterius materiae nummis admittenda locum habent quoties simpliciter aurea, vel argentea pecunia data est, et aerea solvitur. Caeterum si ab initio venerit, ut in eodem monetae genere solveretur alia et obscura quaestio est, in qua quamvis plerique existimaverint posse debitorem alterius materiae moneta solvere, idque consuetudine receptum authore Couar. in collat. veter. numism. c. 7. §. vn. n. 1. Puteo. decis. 149. n. 2. lib. 6. Valencuela cons. 30. per totum. praecipue num. 40. et Ludov. cons. decens. 1. p. c. 2. q. 4. ar. 9. n. 12. Verius tamen est tam in mutuo caeteris que conventionibus pactione stricte servandam, si modo in eo monetae genere accepta pecunia sit, quo promittitur, ut argumento ex l. semper 34. ff. de reg. iuris. docet post multos Parlador. d. §. 17. n. 21. Rodriguez de annuis redditibus lib. 1. q. 12. n. 93. Thesaur. de aumento moneta. 1. p. n. 61. Gutierrez lib. 2. pract. quaest. 179. n. 2. Farinac. decis. 761. et decis. 623. n. 2. alter Thesaur. decis. Pedemont. 174. n. 9. Barbosa in remissi. ad ordin. lib. 9. tit. 21. n. 1. Expende l. circa 19. C. de locato. Cussan. in l. si olei 21. ubi Curac. laudat. C. eod. Si in autem obligationi conditio adiiciatur certum nummorum genus solvendi, cum non id acceperit debitor quamvis adhuc pactioni standum per eos se sentire videantur nuper laudati. Et probat in l. 6. tit. 21. lib. 9. comp. apud Matienco in l. 9. n. 9. tit. 11. lib. 9. Spilat. Faber de varijs numor debit. c. 7. Apud nos tamen decisa quaestio est regia pragmatica publicata Matriti anno 1629. cuius haec tria capita ad rei explicandam verbis ipsis subiicio.

num. 9. Primum est, que en las obligaciones o contratos ya hechos de pagar en oro o en plata los deudores cumplan lo que no vuieren recevido en las dichas monedas o en pasta con pagarlo en moneda de vellon a raçon de los dichos diez por ciento. Idque inspecta praesenti argentei, et aurei numismatis qua laboramus, pecunia, iuri et aequitatis rationi convenit. ut argum. ex l. non dubium 19. §. ult. ff. de leg. 3. agnoscunt Puteus censius et Valencuela ubi proxime Gratian. 1. tom. discept. for. c. 99. n. 34. et cap. 94. n. 69. Pinel. in rubr. 1. p. c. 3. n. 17. C. de rescind. Secundum caput ait, que esto mismo se entienda en los censos que tuvieren condicion de pagar los reditos en plata; porque an de cumplir los deudores con pagarlos en vellon, y el trueco de lo que montaren a raçon de los dichos diez por ciento, o a como corriere, si passare a menos al tiempo de la paga, y esto se entienda tambien en el capitulo precedente, que trata de las obligaciones. Ex his aut corrigenda aut dirigenda quae circa conditionem solvendi redditus annuos in argenteis, aut aureis nummis scribit Rodriguez de annuis reddit. lib. 2. q. 19. n. 93. Tertium caput ait, que no se puedan hacer, ni hagan despues de la promulgacion desta ley obligaciones algunas de qualquier calidad que sean o pagar en oro, o en plata, sino fuere lo que se vuiere recevido en ella y que si se hicieren, o cerca desto vuiere alguna simulacion o fraude sean en si ningunas, i de ningun valor y effecto. Utilissima est haec prohibitio in hac praecipue monetarum auri et argenti difficultate, ob quam tam enormiter apud nos crevit lucrum aut premium, quod pro permutatione nummorum datur, et proprie collybum dicitur. eoque sensu constitutum est ut omnes solidi uno pro cuo

distinentur. l. vn. C. Theod. si qui solidi circul. exter. Novella Theodosij de pretio solidi. et vt eleganter Cicero orat. 9. in Verrem collybus esse qui potest, cum vtantur omnes vno genere nummorum. illustrat Budeus in annotat. prior. in l. vlt. in fine ff. de pignor. act. Cuiac. lib. 10. obseruat. c. 14.

Sed quæ cum Paulo disseruimus de nummis etiam alterius forma, materiæque reddendis habent hanc exceptionem, nisi reprobata pecunia soluatur, quæ soluentem debitorem non liberat. l. elleganter 24. §. qui reprobos. ff. de pignorat. act. exornat Cuiac. ad tit. C. de falsa moneta ellegantissime, et ideo creditor ad hunc quantitatem debitam potest, sed exceptione doli a debitore submouebitur, nisi nummos quos accepit reddat. vt in simili specie scriptum est in. l. si ij aurum 50. ff. de solut. et quamuis sciens debitor dederit, cum liberare se voluerit, et creditorem decipere non præsumitur ut argumento ex l. Campanus 47. ff. de oper. libert. deludit post multos Castillo lib. 2. contro. c. 23. n. 10. sieque explicanda sunt cum Accurs. et Castren. in d. l. elleganter. 24. §. qui reprobos illa verba, reprobis videlicet nummis reddendis quamuis Triboniano adscribat Faber in rationali ibidem. reprobos autem nummos vocamus, qui formæ ponderis aut materiæ probæ non sunt, quos falsos et adulterinos dicimus. l. 1. C. de falsa moneta l. 2. C. quibus ex causis serui pro præmio. l. sacrilegij. 6. §. 1. ff. ad l. Jul. pecul. l. lege. 9. ff. ad leg. Corn. de fals. late Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glossa. 10. n. 11. qualis est ærosa pecunia. cuius mentio in l. creditor. 102. ff. h. tit. hoc est, quæ cum aurea et argentea videatur multum æris admixtum habet, ut omissis Alciati et Forcatuli emendationibus explicant patres laudatos ab Hilliq. ad Don. lib. 16. com. c. 9. litt. m. Thesaur. de aum. monetæ. 1. p. n. 11. Dempster in Rosin. lib. 7. antiquit. c. 31. Marcell. Donat. dilucidat. l. in Vopisc. in Tacito in fine Hotman. lib. 9. antiq. c. 1. in fine, et præsensit Cuiac. in d. l. creditor. Exempla varia mutationis monetæ vide apud Petrum Greg. 3. de rep. c. 6. n. 22. et seq. Num. 10.

Verum ut ad quæstiones de mutatione monetæ iam progrediamur, si ponamus publica lege certum monetæ genus ita improbatum, ut deinceps non sit in vsu, superioribus consequens est reprobatam hanc pecuniam etiam si specialiter promissa esset a debitore solui non posse. d. l. elleganter. 24. §. qui reprobos. sed eandem quantitatem soluendam esse in moneta et loquimur vsuali iuxta æstimationem reprobatæ monetæ. cap. cum canonicis 26. ext. de cens. Et hæc verior et receptior sententia est, quæ post gloss. ibi in d. c. cum canonicis firmant Albertus Brunus de moneta. 2. part. n. 1. et seq. Anton. sola eodem tractatu casu. 22. Thesaur. de augment. monet. 1. p. n. 99. et 64. Franciscus Marc. decis. 632. parte. 2. Zauallos commun. Com. quæst. 219. Riccius collectan. decis. 1223. Vnde explicandum est quod extat in d. l. creditor. 102. in fin. hoc tit. periculum pecuniæ, quam debitor obtulit creditori et ille quasi alia die accepturus distulit, et pupillaris pecuniæ quam tutor penes se habuit donec idonei debitores inuenirentur quibus mutuo daret si postea ea pecunia quasi ærosa reprobata sit, nec pertinere ad creditorem, nec ad tutorem, sed potius ad dominum pecuniæ vel debitorem, vel pupillum, scilicet si ponamus, ut præsupponendum est in d. l. creditor 102. quemadmodum tutorem donec idonea nomina inueniret, ita iusta ex causa creditorem oblatam pecuniam accipere distulisse vel quia inopportune loco aut tempore

offerebatur, ut observant Accursius Barth. et Castr. ibi. Cuiac. tract. 8. ad African. in l. si soluturus. 39. ff. h. tt. vel quod similius veri est quia cum pecunia postea quam si droga reprobata fuerit legitima oblatio non fuit, et recusari potuit donec nummi probentur. l. si soluturus. 39. ff. h. tt. aut propter suspicionem reprobationis postea secutae ut notat Cuman in presenti n. 2. et in d. l. Creditor. 102.

Num. 12. Haec tamen quae docuimus vera sunt quoties certa monetae species in totum reprobata est, et non usualis effecta. Subtilior et utilior quaestio si ponamus monetae aestimationem legitimam, quam extrinsecam dicimus publica lege mutatam esse, ita ut vel augeretur vel minueretur manente eadem bonitate, et quantitate materiae, quam extrinsecam aestimat quod vulgo vocant, ut ecce apud nos aureorum quos escudos dicimus valor et aestimatio, cum olim esset quadringentorum marapetinorum ex l. 13. tt. 21. lib. 9. compilat. postea auctus est usque ad summam quadringentorum et quinquaginta marapetinorum ex l. 16. tt. 21. lib. 9. compil. in quaternione. Sic similiter hodie valor aereae monetae diminutus est usque ad dimidiam veteris aestimationis, ut apparet ex pragmatica regia publicata Matriti hoc anno. 1628. In his itaque speciebus ut distincte cognoscatur ad quem periculum mutationis monetae pertineat distinguendi sunt duo casus. primus est cum quoties in obligationem deducta erat certa monetae species veluti centum aurei in auro soluendi, aut centum in moneta aerea cuius aestimatio extrinseca aucta postea aut diminuta est. hoc enim casu siquidem emittit monetam debitor acceperit ut eamdem restituere precise cogi possit iuxta tradita supra. n. 8. et. 9. placet sive aestimatio monetae promissae extrinsecus creverit, sive decreverit eumdem semper aureorum numerum, aut aereae monetae restitui creditori debere, ut proinde si aestimatio extrinseca diminuta sit tempore solutionis, damnum sit creditoris qui centum in speciebus monetae quam dedit accipere cogetur, quamvis nunc tanti non sint quanti olim erant tempore contractus. et e contrario si valor augeatur commodum sit creditoris, cum semper idem numerus aureorum, vel alterius monetae in obligationem deductae soluendus est quamvis hodie pluris sit quam fuerat tempore contractus. Ita resolvunt late Anton. Sola de monetis casu. 24. Ant. fab. de varijs numm. debit. solut. c. 2. Narbona in l. 16. glos. 1. n. 19. tt. 21. lib. 9. compilat. l. plerumque. 10. ff. de iure dot. l. cum dotem. 10. C. eod. Menoch. consil. 49. n. 11. et seq. lib. 1. Garma decis. 379. et ita intelligendus Cuiac. in l. 99. in fine. ff. de v. o. et Budell. de monet. c. 2. n. 9. et 24. Couarr. in colat. veter. numism. c. 7. § vn. n. 9. Ant. fab. de varijs nummar. debitor. solut. c. 2. Narbona d. l. 22. glos. 1. n. argumento ex l. rutilia 69. l. imperatores. 71. ff. de contr. empt.

Num. 13. Secundus casus est quoties certum monetae genus debitor accepit a creditore sine speciali pacto in eadem moneta soluendi, et ea postea principis edicto mutata est cum incremento, aut decremento extrinsecae aestimationis, quo casu tam in mutuo et dote quam in emptione, et annui redditus redemptione tempus solutionis inspiciendum esse, et consequenter si debitor in mora non sit consequenter lucrum aumenti et damnum diminutionis ad creditorem pertinere, qui centum in speciebus monetae quam dedit aut in alijs usualibus accipere cogitur, etiam si nunc tanti non sint, quanti tempore contractus erant, et e converso eadem centum accipit etiam si maiorem summam nunc efficiant. argumento ex l. 2. C. de veter. numism. potest. lib. 11. docet Cuiac. ibi. Ant. fab. ubi s. c. 9. Sola d. casu

Sola. d. casu. 29. n. 4. Budell. de monet. c. 2. n. 23. et seq. Thesaur. ubi proxime n. 92. et 60. post multos Narbona in d. l. 21. glos. 1. n. 7. Rodriguez de annuis reddit. lib. 2. q. 19. n. 92. Ann. Robert. lib. 1. rerum iudicat. c. ult. et lib. 4. c. 20. Michi tamen verior videtur aliorum sententia existimantium contractus tempus inspiciendum esse, et ideo commodum et incommodum mutationis ad debitorem pertinere, qui semper quantitatem nummorum quos accepit veluti centum reddere debet iuxta aestimationem quam habebant tempore contractus etiam si nunc diminutio valore extrinseco pluribus nummis opus sit ad eam summam implendam, et e contrario si valor creuerit solam quantitatem acceptam, quamuis nunc paucioribus nummis efficiatur, restituere cogitur. et rectissime resoluunt post Abbatem et alios in cap. quanto 18. ext. de iureiurando Hotm. illustr. quaest. 19. Noster Basilius variar. resolut. 1. parte 4. in princip. plures laudati a Narbona ubi sup.ª n. 9. Fachineo lib. 2. contr. c. 9. et probari videtur in l. creditor. § 1. o. 2. h. tt. l. 2. vs.º y en quanto a los contractos tt. 13. lib. 4. Compil. ubi Matienzo glos. 2. n. ult. idque extra controuersiam omnem est quoties moneta accepta quantitas non reducitur ad certam speciem nummorum veluti si ponamos centum ducatos, ita loquimur acceptos esse in moneta aerea cuius postea aestimatio diminuta est per pragmaticam, cuius meminimus, quia cum nullus apud nos nummus sit, qui vocetur ducatus apparet obligationem esse genericam, et ideo debitorem eandem summam centum ducatorum soluere debere, quia mutatio quae contingit in speciebus monetae aereae considerari non potest in ducatis, ut docet Budell. de monet. c. 2. n. 29. Menoch. cons. 49. n. 19. lib. 1. Haec tamen omnia vera sunt, nisi creditor aut debitor in mora fuerit quominus quantitatem debitam ante mutationem acciperet, aut solueret, quo casu ad eum periculum spectat, qui moratus est ut fatentur praeter laudatos Couarr. in colat. veter. numism. c. 7. § 1. n. 4. Thesaurus ubi sup.ª n. 93.

Ad legem non iustam 4 C. ad senatus consultum Trebellianum, Commentarius.

1 In hac nobilissima lege explicanda solenne illud meum seruabo, ut inprimis rescripti speciem et contextum exponam, et quasi controuersiae statum ponam, postea questiones illas, que propriae huius loci sunt de repetitione fideicommissorum a substituto aut coherede, et retentione quartae adimenda ei qui coactus adiit, liberius persequuturus. species legis haec est; quidam auia sua et fratre suo eiusdem auiae nepote heredibus institutis, auiam solam rogauit, ut portionem suam restitueret Quintianae. Mortuo testatore auiae hereditatem repudiauit calliditate et fraude ut ait lex nostra, hoc est, eo consilio, ut portio eius non ad extraneam, nempe Quintianam fidei commissariam, sed ad coheredem nepotem suum deuolueretur qui rogatus non erat quintianae restituere videbat enim non hadita hereditate ab eo qui rogatus est, fideicommissum eiusdem hereditatis intercidere l. ille a quo 13. §. quid ergo l. l. itatamen 27. §. quoties d. hoc tit. cum iungendus Cuiac. lib. 90. digestor. Iuliani ibidem et lib. 3. obs. c. 6. Costanic. si pater 1. pte verbo instituit num. 4. de test. lib. 6. Robert. lib. 1. animadu. c. 20. et Mercator in notatis ibidem Hillig. ad Don. lib. 8. c. 22. litt. K. et portionem repudiatam adquiri coheredi vel ex iure accrescendi l. qui ex duobus 53. §. ult. d. de adquir. hered. l. 3. §. ult. d. de bonor. posses. vel etiam ex substitutione, si coheredem hunc nepotem auiae substitutum fuisse ponamus l. testamento 6. C. de impuber. quomodo in nostra spetie ponit post Accurs. et Bart. Ant. Faber. lib. 18. coniect. c. 19. ad finem et utrumque et probabile agnoscunt Alber et Baldus hic num. 5.

2 Post repudiationem postulante fidei commissaria pretor auiam adire iusit, et restituere inspecto nempe singulari illo iure quo in hoc casu utimur et heres hereditatem repudiatam adire cogi possit, l. nam quod. 14. §. 1. d. h. t. l. 2. §. ult. d. de suis et legit. her. quamuis regulariter contrarium sit l. sicut 4. C. de repud. her. decessit tamen auia prius quam pro herede gereret, quamuis coacta iam adire, ut ait lex nostra, idest, post iussum et decretum pretoris antequam cum effectu hereditatem adquireret ut explicant cum alciat. verbo coacta clasici omnes et Giffan. in presenti largiter labitur Cuiac. in recitat. ad hunc tit. et lib. 18. obs. c. 12. contendens auiam in nostra spetie re ipsa et cum effectu addiuisse, quod si euenisset numquam ad coheredem auiae portio diuolueretur neque ex iure accrescendi quia portio semel adita ad heredes transmittitur non coheredi accrescit l. 1. §. interdum d. de usufr. acresc. l. un. §. his ita C. de caducis toll. neque ex substitutione que adita ab instituto hereditate expirat l. post aditam 5. C. de impuber. ut expendit Don. hic num. 1. Ant. Faber. lib. 6. coniect. c. 19. in fine Quibus addo, quod si auia reuera addiecisset frustra expectaretur ut pro herede gereret, quod quodammodo lex nostra suponit quoniam hereditas semel quesita amplius adquiri non potest pro herede gerendo §. sic itaque dis exteris instit. de action. nisi in singulari illo casu, qui proponitur in l. siquis mihi 25. §. sed quid. si mandauit d. de adquir. hered.

. Sed iam nunc superioribus quominus progrediamur, duo obstant quibus probari aperte videtur auiam in nostra specie adire cogi non debuisse, quia cum substitutus ei nepos esset, ut posuimus supra num. 1. in fine, tacite ei permisisse defunctus videtur, ut repudiet, nec fraudem fidei commissario faciat l. 1. §. si proponatur. l. quia autem 6. vers. plane d. si quis omis. caus. testam. l. debitor 59 in fine principij d. h. t. tum etiam quia cum portio repudiata coheredi adquiratur cum onere fidei commissi restituendi, ut lex nostra fatetur, nihil interest Quintianae auiam adire, et ideo cogi non debuit l. nam quod. 14. §. l. si patroni 55. §. qui fidei commissam. vel secundum que. d. h. t. numquam enim auditur qui petit nisi sua interesse doceat l. si quis 6. §. ex hoc edicto d. de edendo l. sin autem 27. §. si homo d. de rei vindic. c. cum inter 16. de elect. e. verisimile §. vers. cum igitur de testibus et attestat. post multos Tiraquel. de tract. lignag. §. 1. glos. 2. num. 5. Primae tamen difficultati respondendum est testatorem cum heredi suo extraneo substituit non eo animo esse, ut repudiandi facultatem det quae superuacua esset, cum haec eadem iure communi tribuatur l. gerit. 87. d. de adquir. her. l. nec emere 16. C. de iure delibe. §. ult. instit. de hered. qualit. sed ut sibi prospiciat substituto herede in eum casum in quo institutus heres esse nolet aut non poterit Iulianus 26. d. si quis omis. caus. testam. nisi cum idem substitutus et sibi ipsi substitutus est ubi dubium non est quin testator substituendo permiserit repudiare ex institutione cum non possit adire ex substitutione nisi institutionem omittat unde quamuis omittat non incidit in edictum d. l. 1. §. si proponatur l. quia autem 6. vers. plane d. si quis omis. causa test. Bened. Aegid. lib. 1. select. c. 4. num. 8. idemque est, si institito ex parte legauerit sub conditione si heres non extiterit quo casu in voluntate heredis testator aditionem posuisse et ideo non cogitur adire quamuis restituere rogatus sit nisi ei legati lucrum a fidei commissario offeratur d. l. debitor 59. in fine iuncta l. apud Iulianum 11. l. ita tamen 27. §. si praeceptis d. h. t. id circo extra hos casus, quamuis iure communi repudiare heres possit, qui substitutum habet si tamen fideicommissarij intersit cogi potest adire et restituere ut in praesenti agnoscunt, quamuis non satis explicent Castr. num. 2. Fulgos. num. 4. Alberic. in l. 1. C. si omis. sit causa testam. et in simili specie Faber. de error. pragmat. dec. 82. err. 6. num. 17. quamuis aliter cum alijs Baldus hic num. 5.

. Interest autem (ut iam secundae obiectioni faciamus satis) fidei commissariae in quaestione nostra cogo abiam adire et restituere, quamuis per inde a coherede fidei commissum quasi tacite repetitum debeatur, tum quoniam tutius est a auia petere expressis defuncti precibus obligata quam a coherede ex tacito iudicio, quod plerumque in dubium vocari potest l. licet imperator 74. d. de legat. 1. et aduertit Fulgos. hic num. 7. tum etiam quoniam si auia coacta restituat, consequetur fidei commissaria integram hereditatem a quarte detractione immunem, quam coacta adire retinere non potest ut ait lex nostra

iuncta l. nonquod 14. §. qui compulsus d. l. ita tamen 27. §. qui respectam d. h. t. cumtamen aliud esset si portio coheredi aut substituto accresceret, nullo precoris iussu precedente nam si ex sua persona quartam deducerent ut considerant Bartol. hic num. 1. Ruinus in l. 1. num. 18. d. de vulgari Cuiac. lib. 18. obser. 12. quamuis perperam contra putet Faber lib. 6. coniect. c. 14. Giffan. hic in fine.

§. Sed ut in explicandâ legis nostrę questione iam pergamus in proposità specie duo quę sita sunt; Primum est, an coheredi fidei commissum prestare debeat quoniam intercidisse videtur mortuâ auiâ ante aditionem l. ille â quo 13. §. quid ergo l. ita tamen 27. §. quoties d. h. t. et cum coheres nominatim rogatus non est sola iudicij testatoris contemplatio facere non potest ut fidei commissum debeat, qui rogatus non est l. quoties 9. in princip. l. quidam 96. d. de hered. instit. l. epistolam 76. d. h. t. secundum est si admittamus fidei commissum deberi à coherede an is quartę retentionem habeat; quia cum ipse non ca aetus adierit, et auia ante aditionem decesserit, deducere quartam posse videtur ex regulâ. §. sed quia heredes instit. de fidei commiss. hered. in utroque tamen quęsito lęteres nostri a Quintiana fidei commissarià consulti respondent frustra eam superioribus dubitandi rationibus moueri: quoniam in primis certum est portionem ab auia repudiatam perinde a coherede restitui debere et fidei commisso si ipse substitutus sit quia legata ab instituto relicta videntur repetita a substituto l. licet 74. d. de legat. 1. l. cum pater 77. §. ab instituto l. debitor 82. §. si primo d. de legat. 2. l. un. §. [illegible] ita C. de cadue. toll. siue coheres dumtaxat, quoniam a coherede etiam repetita videntur l. si titio 61. §. 1. d. de leg. 2. utrumque ex voluntate defuncti ut scriptum est in d. l. licet 74. et in d. l. cum pater 77. §. ab instituto, siue contemplatione iudicij testatoris, ut ait lex nostra, quia cum institutum quem primo loco heredem nuncupauit et predilexit testator fidei commisso onerauerit multo magis onerare voluisse creditur substitutum quem minus dilexit argumento ex l. publicius 76. §. ult. d. de condit. et dem. cui iungendus Tiraquel. in tract. le mort. 2. p^te declar. 9. num. 8. vel quia cum substitutus in locum primi heredis subrogitur, eodem iure censeri debet ex regulâ l. si eum 10. §. qui iniuriarum d. si quis cautiou. §. furat instit. de act. et cum hereditatis commodum capiat onus etiam legati vel fidei commissi prestandi sentire debet l. 2. §. sicuti d. de hered. vel act. vend. l. un. §. pro secundo C. de cadue. tollis. qui 15. §. si extraneo d. de legat. praest. eisdemque rationibus in coherede uti possumus, quia in portione accrescente substituti loco habetur d. l. si titio 61. §. 1. d. de leg. 2. expernant rationes has explicantes Fulgos. hic num. 1. Iason in d. l. licet 74. num. 24. Alciat. de presumt. regul. 2. presumt. 75. Menochius de presumt. lib. 4. presumt. 108. Donel. lib. 8. com. c. 29. Tiraquel. de priuil. leg. pię causę priuil. 39 Gomes 1. tom. variar. c. 12. num. 16. Cuiac. lib. 18. obs. c. 12. et lib. 8. respons. Papin. in d. l. cum pater 77. §. ab instituto Ant. Faber lib. 4. coniect. c. 18. et ~~[illegible]~~ lib. 6. c. 14. et lib. 18. c. 14. Fachin lib. 5. contrmicu. c. 39. eruditis Cuiac. lib. 26. obs. c. 21.

ssimus noster Melchior de Valentia tract. illustr. tract. 1. c. 8. et 4.

Nec elidit constitutionis nostre sententie, et si prima spetie collidit dubitandi ratio quam supra expendimus, quia quamuis auia antea suam portionem suam agnouit l. apud Iulianum 11. §. 1. d. h. t. notat Giffan. licet quamuis fateamur solam contemplationem iudicij testatoris nec sufficere efficere ut qui nominatim rogatus non est fidei commissum prestare debeat d. l. quoties 9. §. quidam 86. d. de hered. inst. l. epistolam 75. d. h. t. cessat tamen hec regula cum voluntatis coniecturam lex subsequitur et confirmat ut evenit in proposita spetie ex rescripto diui Antonini cui placuisse lex nostra ait deberi etiam fidei commissa à substitutis quasi tacite ab his repetita; Nec rursus refragatur textus in d. l. si Titio 61. §. 1. d. de l. 2. ubi Seuero rescriptum hoc tribuitur, quoniam omissis traditis à Iasone in d. l. licet 74. num. 2. et 3. dicendum est seueri et Antonini nominibus significari septimium Seuerum imperatorem et filium eius Bassianum Antoninum cognomento Caracallam quem consortem imperij pater fecit et plerumque in libris nostris seueri et Antonini nominibus inteliguntur ut late probant Vuolfang. Lacius in Symphoro ...
353. Corras in l. qui liberos ex num. 68. d. de ritu nupt. Rquard. lib. 1. var. c. 10. et ab Vlpiano Paulo sic nuncupari solent imperator noster cum patre suo l. ut gradatim. 1. §. reprobari d. de muner. et honor. l. 6. §. philosophos d. de excusat. tut. cum alijs pluribus congestis a Brisonio de V. S. verbo Antonini et Seuerus imperator noster. quibus iungendi sunt textus in l. si ego 9. §. dotis autem d. de iure dot. d. l. licet 74. ubi Vlpianus scribit ius hoc repetitionis legatorum inductum esse rescripto imperatoris eius cum patre hoc est utriusque simul et seueri quod tribuitur in d. l. si Titio 61. §. 1. et Antonini filij cui lex nostra adscribit ...
sarmiento in l. celsus 29. §. quod alicuius num. 6. d. de lg. 2. Cuiac. in l. 6. §. grammatici in fine d. de excusat. tutor. diuum et parentem vocans ex solemni formula, qua decessores principes à sucessoribus diui et parentes nominabantur ut in l. ult. C. de edendo l. certa 6. C. ut in possesion. legatorum ... ex alijs Brisson. lib. 1. de formul. pag. mihi 887. ita similiter, ut exemplo rem exponamus oratio diui Antonini, que donationes, inter coniuges donatore premoriente confirmat l. cum hic status 32. d. de donat. inter, adscribitur diuo Seuero d. Papinianus 23. l. cum hic status 32. d. de donat. inter adscribitur d. de donat. ... ter scilicet quoniam utrumque authorem habet et ab Antonino habita est ante mortem seueri patris d. l. cum hic status 32. quam ut in alia et aliena questione explices et compones cum d. l. Papinianus 23. adi paucos ex multis Schifordeg. lib. 1. ad Fabr. tract. 11. Sanchez. de matrim lib. 6. disput. 19. num. 6.

Deinde questioni secunde Cesares respondent in presenti frustra quarte retentionem timeri quia cum coheres fidei commiso obligetur ex persona auie quasi eius substitutus in portione accrescente d. l. si Titio 61. §. ... retinere quartam non debet, quam auia deducere non potuit ut pote post aepudiationem coactam hereditatem adire l. quia poterat 4. l. nam quod 14. §. quid ...

qui compulsus d. l. t. et quamvis coheres sponte adierit, et alia ante aditionem decesse
xit, decessit tamen post coactionem seu decretum pretoris quo solo efficitur ut de
inceps integra portio restitui debeat quasi affectariam hoc onere quarte non de
ducende l. cogi 16. §. Marcianus d. h. t. l. un. §. his ita C. de caduc. toll. in quo
valde singularem legis nostre sententiam esse fatentur post Accurs. et Bart. Cas-
tr. num. 3. in fine Fulgos. num. 3. et 6. Don. num. 3. et Giffan. in fine in pre
senti Hillig. ad Don. lib. 7. com. c. 21. litt. A separandus tamen est in hac p.te
adeo qui repudiavit numquam quartam deducat, quia non nisi coactus ad he
reditatem admitti potest quam omisit l. sicut 4. C. de repud. hered. iuncta l. in
quod. 14. §. 1. d. h. t. is tamen qui suspectam hereditatem dixit si a pretore adi-
re iubeatur poterit tempus ad deliberandum petere, intra quod si adierit et resti
tuerit non videtur coactus fecisse et ideo quarte detractionem habebit l. sed et si a-
lio vers. plane 9. sed hec ita si fidei commissario non contradicente vel alia ex
causa ad deliberandum tempus petierit et impetraverit ut proponitur in d. l.
sed et si alio 9. vers. plane alioquin cogendus regulariter est, statim adire ne fi-
dei commissum intercidat d. l. sed et si alio 9. in princ. et si deliberare se dicant ad
huc post aditionem completo tempore deliberationis quartam retinebunt, si ex
pedire sibi hereditatem putaverint, vel integram restituent si non putaverint l.
omnes 71. d. h. t. id qui adeo certum est ut in legato quoque observetur, qui a cum
is quamdiu legatione fungitur adeo dumtaxat iudicium accipere non cogatur
ne aliis quam publicis negotiis implicetur l. Paulus 8. §. ult. cum seq. d. de
legat. l. 2. §. legatis d. de iudic. poterit cogi hereditatem adire quia hec non
multum officio occupatur ut eleganter scriptum est in l. si legatus 30. d. h. t.
unde etiam fit ut quamvis ex negotio in legatione gesto conveniri legatus possit
quamdiu in legatione est. l. non distinguemus 32. §. item si qui Rome d. de recept.
et qui arbitr. recep. l. non alias 24. §. 1. l. cum furiosus 39. §. ult. d. de iudic.
si tamen hereditatem vel sponte vel coactus adierit et sic quodammodo contraxe
rit l. 9. § ult. d. quibus ex caus. in possess. eatur § heres instit. de oblig. at.
que ex quasi contractu 9. a creditoribus vel legatariis conveniri non poterit quam
diu in officio fuerit, ne impediatur legatio ut scriptum est in l. de eo 26. d. de
iudic. quoniam hereditate suscepta que negotiosa plerumque est et onerosa
occupari magis legatus et a publico munere distrahi videtur, quam si proprium
obligationem agnoscat argumento ex l. si hereditatem 32. d. mandati l. qui a
poterat 4. d. h. t. denique et si coactus legatus adierit, cum ante non repudia-
sset, poterit domum reversus quartam retinere d. l. si legatus 30. l. omnes
71. d. h. t. aut totam hereditatem restituere statim si hoc magis sibi expedire pu-
taverit, quo tamen casu quamvis actiones, que legato quasi heredi competerent,
in fidei commissarium transferantur l. 1. l. ita tamen 27. § qui et Trebelliano
d. h. t. §. in restituta instit. de fidei com. her. exceptio tamen quia legatus contraxe

ditores et legatarios uti posset, necconveniretur ex d. l. deco 26. fidei commissario nondabitur ut ex persona legati opponat, quoniam hęc personę legati indulgetur quamdiu et quatenus legatus est et ideo ad alios transferri non potest l. sed et si restituatur 28. d. de iudic. explicant Don. lib. 17. com. c. 18. Cuiac. in l. 7. §. legatis et Barbosa ibidem num. 65. et num. 171. d. de iudic.

His ita positis, ut iam de utraque legis nostrę parte ex professo magis videamus, obicitur imprimis priore parti obscurus locus in l. quęrebatur 19. §. ult. d. de testam. milit ubi cum miles heredem unum ad certum tempus et alium ex eo tempore instituisse proponatur quod ei iure militari licet l. in fraudem 26. §. miles l. miles ita 41. d. de testam. mil. responsum est, secundum heredem legata a primo relicta non debere; ergo nec substitutus debebit cum substitutio sit secunda institutio ut vulgo docent cum Accursio Accursiani omnes in rubrica et l. 1. d. de vulgari; quare omissis interpretationibus mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 6. tit. 1. num. 17. Trental. si quis de substitut. in praefat. num. 7. et aliorum alijs, quas refert et refellit Menoch. de praesumt. lib. 4. praes 108. et num. 41. Pichard in rubrica instit. de vulgari cap. 1. num. 52 dicendum est posteriorem heredem in d. l. quęrebatur 19. §. ult. neque coheredem esse primi heredis, quia non eodem tempore ad partem hereditatis vocatur sed ex tempore ad totam hereditatem neque etiam substitutum, quoniam huic eo tempore primo loco hereditas defertur, neque in locum prioris heredis subrogatur et ideo primo repudiante vel ante aditam hereditatem moriente medio tempore non posteriori heredi, sed legitimis ab intestato heredibus defertur l. miles ita 41. d. de testam. mil. unde fit, ut cum ex rescripto Severi legata repetita videantur à substituto aut coherede, posterior heres legatis non obligetur, qui nec coheres est, nec substitutus et cum medij temporis commoda capiat, et suo tempore primo loco ad hereditatem vocetur cessant in eo prędilectionis rationes, quas in persona substituti consideravimus supra num. 5 ita sentiunt cum Accursio Alberic. in d. l. quęrebatur 19. §. ult. Gouean. in rubr. num. 7. d. de vulgari et laudati à Menochio et Pichardo ubi proxime. Nec autem pertinet quod contra expendunt ex d. l. miles ita 41. ubi posterior heres ex tempore institutus, dicitur substitutus, id enim fit non ex proprietate verbi, quo substitutus est in locum instituti subrogatus, sed vel inspecto ordine scripturę quo post primum heres statuitur, vel ex latiori significatione, qua institutus omnis in secundum substitutus dicitur l. si quis extraneus 21. §. ult. l. si quis mihi 25. §. sed si mandavit d. de adquir. hered. l. ult. d. de leg. 1. quo loci extraneus institutus filio exheredato substitutus vocatur, quoniam in eum locum supponitur et subrogatur, quem filius tamquam suus heres vivo quoque patre quodammodo obtinebat, et obtineret nisi ex heredatus esset sic enim explicanda d. lex ult. explosis expositionibus et emendationibus Cuiacij lib. 1. obs. c. 32. Donel. lib. 8.

Com. c. 10. et Hillig. ibidem lett. B. Fabri de error. pragmat. 10. err. 8 Richardi in relect. ad tit. D. de Leg. 1. c. 8.

9. Secundó aduersus legis nostræ sententiam opponunt cum Accursio classici in præsenti, difficille Celsi responsum in L. pater 29. alias L. celsus §. ult. D. de legat. 2. cui prætermissa Accursij solutione hic verbo repetitum, quæ merito displicuit Forgos. num. 5. res ponderit antiquiores id eix coibi á coherede cui portio accreuit legata non præstari quia nominatim ab alio coherede relicta fuerant sive ut loquntur sub nomine proprio quo casu persona tantum onerari videtur, non portio, et ideo ad alium onus non transit, ut pote personale L. non solum 8. §. rale D. de liberat. L. diuersum vero est si sub nomine appellatiuo tamquam ab herede legata relinquantur ut euenit, quoties generaliter, quisquis heres erit, aut simpliciter sub nomine heredis quis grauatur, tunc enim portio ipsa legatorum onere affecta censetur argumento ex L. si heredes 124. D. de leg. 1. L. non numquam 29. D. h. t. et ideo ad substitutum vel coheredem cum onere præstandi legati portio transit itá docent et distinguunt Bart. in d. L. Celsus 29 §. quod alicuius num. 7. et in d. L. licet 74. num. 4. D. de leg. 2. Socin. in L. quæ conditio num. 15. D. de condit. et dem. Gomez 1. thom. var. c. 12. num. 76. Grego. in L. 5. glos. 4. tit. 9. part. 6. Peralta in d. §. quod alicuius num. 1. plures pluribus laudans Menoch. d. lib. 4. pres. 108. ex num. 24. Valius cent. 6. quest. 19. Aluarado de coniectura ta mente defuncti lib. 1. c. 2. §. 1. num. 28. cessat tamen prima pars huius distinctionis in alimentorum legato, quod quamuis nominatim ab instituto relinquatur præstandum est á substituto aut coherede iuxta L. 4. §. ult. ubi Bart. D. de alim. et cibar. L. cuius argumento idem in legatis ad pias causas resoluunt post laudatos Mantica de coniect. lib. 8. tit. 2. num. 16. Tiraquel. de priuil. piæ causæ priuil. 76. verius tamen est, ne dissimulem, hæc non probari in d. L. 4. §. ult. ubi verba illa, si sine patroni liberis liberti agant, non sic sunt exaudienda cum Bart. ut etsi ab alijs heredibus aut substitutis, potius, potius quam a filijs alimenta petantur, præstari debeant sed ita potius, ut debeantur, etiam si non cum filijs liberti habitent aut morentur ut animaduertit Alberin. in d. §. ult. Cuiac. lib. 1. respons. Modestini ibid. Sarmiento in d. L. Celsus 29. §. quod alicuius num. 2.

10. Verum communis hæc distinctio recepta magis est, quám certa quippé quamuis legata nominatim ab instituto data sint, debentur a substituto aut coherede tam hodié in praxi inspecta regia L. 5. ubi aduertit Gregor. glos. 4. tit. 9. part. 6. quám etiam iure Romano post rescriptum seueri nam et eius rationes, quas expressimus suprá num. 5. æque militant in herede nominatim rogato, et inutile prorsus aut inane rescriptum esset, si inducitam repetitionem induceret, dumtaxat in his legatis, quæ vel simpliciter ab herede, vel generaliter a quocumque herede vel etiam impersonaliter relicta sunt ita

Titio centum do lego; quoniam in his omnibus casibus ex voluntate expressa defuncti singuli heredes proprie grauati intelliguntur et consequenter tam coheredes quam substituti etiam ante rescriptum ex mera et vera iuris ratione l. si pluries 98. d. de leg. 3. l. si pater 47. § ult. d. de fideicom. libert. deinde hoc idem ex legis nostrae verbis colligitur, quae satis indicant fidei commissum a coheredi deberi etiam si non ab eo, sed ab alio instituta nominatim relictum fuerit, quod et proponitur similiter et probatur in l. si duobus 16. § 1. l. ciuitatibus 22. § Lucius l. ab ex hereditati 126. § ult. d. de l. 1. l. quidam 14. § quod si duo d. de iure codicil. l. cum patronus 28. l. pater 29. in prin. d. de legat. 2. l. un. § hisita C. de cadac. tol. l. 1. § id quod ex substitutione d. ad leg. Falcid. l. 2. d. de his quae in testam. del. l. cum pater 77. § ab intestato d. de l. 2. ubi fidei commissum nominatim ab instituto relictum vel ex eo apparet, quia si simpliciter datum esset non ex coniectura voluntatis ut Papinianus ait, sed expresso iudicio defuncti substitutus teneretur quemadmodum et in l. si Titio 61. § 1. d. de leg. 2. ubi praecise supponendum est fidei commissum nominatim ab uno herede datum esse, quia si simpliciter aut generaliter aut impersonaliter relictum foret, non diceret Iulianus coheredem non esse cogendum fideicommissum praestare et tamen post rescriptum Vlpianus ait coheredem quasi institutum fidei commisso obligari quo nominatim alter grauatus est, denique hoc exprimitur in l. debitor 82. § si primo d. de leg. 2. ubi dubium non est legata quae a substitutis praestantur, relicta nominatim fuisse ab institutis quoniam primus et secundus non ordinis nomina sunt, sed propria l. interdum 13. d. de hered. instit. l. quamuis 8. § si mulier 2. ubi Accurs. verbo pro secundo d. ad S.C. Vellei. quibus argumentis quamuis alii aliter expendant legata ab instituto relicta siue simpliciter siue nominatim, videri repetita a substituto vel coherede post rescriptum Seueri post Accursium bene docent Cuman. num. 6. las treue num. 4. in d. l. licet 74. Cuiac. lib. quaest. Papin. in l. Iulian. 26. d. si quis omissa causa test. Don. lib. 8. com. c. 19. Fachin. lib. 5. controu. c. 89. Antoni. bor. lib. 4. coniect. c. 18. Sarmiento in d. l. Celsus 29. § quod alicuius et nunc eruditissimus noster Valentia tract. illustr. tract. 1. q. 19.

Nec non ab hac sententia, quam in scholis et foro retinendam putamus, quidquam mouent, aut mutant quae pro communi contra expenduntur, quibus in singulis faciamus satis observandum est Iulianum et Celsum vixisse temporibus Hadriani, multis ante rescriptum Seueri annis l. 2. in fine d. de orig. iur. l. item veniunt 20. § praeterea iancta l. videtur rem 22. d. de hered. pet. l. ult. C. de seruis reipubl. manum. Spartianus in Hadriano unde quemadmodum Iulianus ante rescriptum fidei commissa ab uno ex legitimis heredibus nominatim relicta non deberi a coherede existimabat d. l. si Titio 61. § 1. ita Celsus quasi ea nominatim ab uno relinquentis voluntas 11.

esset

esset, ut non aliter prestari vellet, quam si ille heres extitisset d. l. pater 29. §. quod
alicuius ubi Accurs. verbo extitisset. Hodie tamen eiusque sententia abrogata est
ex rescripto severi ut agnoscunt Accurs. hic verbo repetitum, ubi Fulgos. n.º 6.
Salycet. num. 3. castr. num. 3. et in l. eam quam num. 6. C. de fideicom. Cuman.
in d. l. si Titio 61. §. 1. Sarmiento in d. §. quod alicuius num. 8. Cuiac. in notis ad
Ulpian. tit. 18. et in l. un. in princ. C. de caduc. toll. Fachin. lib. 5. controv. c. 39.
Caldeyra lib. 4. var. lect. c. 3. num. 19. Duaren. lib. 2. de iure accresc. c. 2. Donel.
in presenti num. 2.

2 . Superioribus proximum est quod Celsus subijcit in d. l. pater 29. §.
ult. si filio ex parte instituto pars coheredis, a quo nominatim legatum est, accres-
cat, non prestare legatum, quod iure antiquo capit nam quamvis illa verba varie ex
ponat et emendet Faber. lib. 4. coniect. c. 13. et lib. 18. c. 15. cui in priori expositione
consentiunt preceptores et professores nostri ius antiquum explicantes de iure accrescen-
di per quod pars deficiens et simul legatum ei iniunctum capitur sine adquiri
tur a filio, ut explicat Cuiac. in l. si duobus 16. d. de leg. 1. Sarmiento in d. l. pa-
ter 29. § ult. Caldeyr. d. c. 3. num. 19. verius tamen et subtilius est ius anti-
quum ibi appellari comparatione legis Iulie et Papie, que cum hereditates et legata
que post testamentum ante mortem testantis deficerent et iure antiquo quasi
pro non scriptis habita apud heredem remanebant l. 3. §. 1. d. de his que
pro non scriptis hab. quasi in causa caduci essent, fisco defferret l. un. § pro
2. C. de caduc. toll. liberis tamen et parentibus intra tertium gradum iugum suum
non imponebat d. l. un. §. 1. C. de caduc. toll. et ius antiquum eis servabat, ut
portio, que post testamentum vivo testatore deficiens et fiscum, quasi in causa cadu-
ci pertinere deberet parentibus liberis potius ipsis potius adquireretur, ut Ulpian.
ait in fragm. tit. 18. atque proinde cum Celsus in principio d. l. pater 29. de legato
deficiente post testamentum vivo testatore loquutus esset quasi eandem questionem
persequens docet in d. §. ult. si filio heredi pars coheredis nempe post testamentum
vivo testatore deficiens, et simul legatum ei iniunctum accreverat, non cogendum
filium prestare legatum, quod iure antiquo capit, hoc est, quod capit non quasi in cau-
sa caduci post legem Papiam sed quasi habitum pro non scripto ex iure antiquo
quoniam que pro non scriptis sunt, remanent sine onere apud eos a quibus relin-
quuntur tam veteri quam novo iure l. un. § in primo C. de caduc. toll. quo etiam
modo cum Accursio hic, verbo repetitum Bartolo in l. un. § sin autem num. 1. C.
de cad. toll. Alberico in d. §. quod alicuius, castr. in l. licet 79. num. 9. d. de
leg. 1. intelligi commodius potest quod legimus ibidem, ut quod ab uno herede
nominatim relinquitur, non debeatur si his heres non extitisset, scilicet, ubi ideo
non extitit quia testamenti tempore in rerum natura non erat, et ita portio eius apud

132

Coheredem quasi pro non scripta remansit sine onere fidei commissi d. l. un. §. et cum triplici et seq. unde etiam fit, ut quamvis in utraque spetie ita senserit Celsus ante rescriptum, eius tamen sententia sic exposita certa recta que sit etiam post rescriptum, et ideo a compositoribus in pandectis relicta, ut explicat diserte et docte noster Valentia d. tract. 1. c. 4. num. 5. et seq.

Ex qua interpretatione nove forsitam expendi aut exponi potest Ulpiani locus in fragm. tit. 17. §. Hodie ubi scriptum est post constitutionem Antonini omnia caduca fisco vindicari, sed servato iure antiquo liberis et parentibus. que verba, ut Cuiacij in notis ibidem emendationem omittam iungenda et legenda sunt uno contextu cum §. seq. ibi caduca cum suo onere fiunt: cum frequentissimum in libris nostris sit in ter punctionibus errare ut ex multis Hellig. ad Don. lib. 14. c. 21. litt. D. Cuiac. lib. 1. obs. c. 14. et lib. 6. c. 1. Lipsius cent. 3. miscell. epist. 39. itaque Ulpianus sentit, post constitutionem imperatoris Antonini, cui placuit, ut lex nostra loquitur ab institutione ficta videri repetita a substituto quamvis perinde ut ante ex lege Iulia et Papia fisco vindicentur omnia caduca hoc est tam ea, que in causa caduci quam que proprie magis et partite caduca vocantur d. l. un. §. cum igitur ex §. seq. fieri tamen caduca cum suo onere scilicet legatorum et fidei commissorum, que post constitutionem etiam a fisco quasi repetita prestanda sunt l. in facto 60. §. ult. d. de condit. et demons. quamvis ante constitutionem idiam in bonis, que tamquam vacantia aut dignis erepta ad fiscum pertinent et in alijs certis caducorum speciebus obtineret, ut probatur mihi in l. cum fiscus 9. d. de senatus C. Syllan. l. quidam 96. §. quoties d. de l. 1. l. cum tabulis 16. §. ult. d. de his que ut indignis l. imperator 17. in princ. et §. ult. d. de fidei com. libert. l. 3. §. cum ex causa l. dicitur 14. d. de iure fisci sed in caducis ut ait Ulpianus d. tit. 17. liberis et parentibus ius antiquum servatur, ita scilicet ut quamvis post constitutionem omnia caduca cum suo onere et tamen que in causa caduci sunt remaneant apud liberos sine onere, quasi habita pro non scriptis etiam post constitutionem ut in d. l. pater 29. ult. ubi non satis percepisse hoc videtur Sarmiento num. 113 Cuiac. in l. 6. d. de his que in testam. del. et in d. l. dicitur 14. d. de iure fisci.

Deinde ex eisdem principijs pendet, quod Celsus ait in d. l. pater 29. in principio si liberto centum legata sunt ita ut concubine restituere reddaret, et is post testamentum vivo testatore decesserit, legatum apud filiam institutam remanere, nimirum ex iure antiquo, quo ea, que in causa caduci erant, filijs heredibus quasi non scripta servantur, ut supra diximus, notat Costa in cap. si pater. 3. p. verbo in terdum num. 71. Sarmiento in d. l. pater 29. num. 5. vel quoniam quemadmodum substitutus fisco praeferebatur, ita concubina uice restituere libertus debuit, quasi fidei commissarie substitute l. un. §. 1. C. de cad. toll. idemque in l. cum pater 77. §. cum pater d. de leg. 2. l. si a beo 9. d. de usuf. leg. id circo autem filia fidei commissum reddere cogitur, contra tradita in d. §.

ult. quoniam pater liberto legando ut concubinę redderet, nudum eius in restituen-
do ministerium elegisse videtur et ideo omissa interpositi, r capientis persona
spectatur l. 3. §. item si quis et seq. ff. de legat. præst. l. cum dotem 57. ff. ad leg. Falc.
l. auia 77. §. Titio. ff. de condit. et dem. perinde itaque habetur ac si ab initio concubinę
relictum esset et ideo et filia obligatur quamuis libertus viuo testatore decesserit,
ab eo enim testatorem legasse creditur, non quia ab alio præstare nollet, sed ut inho-
nesto fidei commisso eum potius oneraret, quam filiam cuius verecundię minus congruit
parentis concubinę reddere, ita sentit aut præsentit Peralta in d. §. quod alicuius n.º
2.º in fine, et quodammodo Faber lib. 4. coniect. c. 13. et e contra præceptores nostri, quamuis
aliter Alber. et Cuman. in d. §. quod alicuius.

5\. Denique his, quę tradimus, finitimum est, quod extat in l. si ab eo ff. d.
de usufr. legato legatum usus fructus, si legatarius viuo testatore moriatur, apud here-
dem remanere, idemque in alio quolibet quod in testamento militis relictum est: eius-
que scilicet ratione, quia caducarię leges nec in militis testamento quę legata vi-
uo testatore deficiencia quasi in causa caduci fisco vindicabant l. un. §. pro secun-
do. C. de caduc. toll. locum habuerunt l. ult. ff. de his quę pro non scriptis haben. lega
to usus fructus l. si Titio 88. ff. de usufr. ubi rationem reddit Cuiac. lib. 17. quæst. Papin.
Faber in ration. ibidem. manet itaque legatum utroque casu apud heredem et tamen post
constitutionę seueri fidei commissum ei iniunctum extraneus heres præstare cogitur d. l.
si ab eo 9. quia constitutio solis liberis et parentibus ius antiquum seruauit, ut caduca
quasi non scripta caperent sine onere, ut ait Vlpianus d. tit. 17. §. 2. quamuis in re
explicanda fluctuet valde Faber lib. 9. coni. c. 10. in fine et parum capiat Sarmiento
in d. §. quod alicuius num. 2. et 8. diuersum porro est, si usus fructus legatus, post
quam iam legatarius uti frui cępit, et fidei commissum iunctus ignoscere, ad here-
dem rebertatur, tunc enim heres sine ullo onere capit, quia reperitio legatorum
locum non habet quoties fidei commissum in persona nominatim grauati constitit
et ab eo tam quam debitum præstari cępit argumento ex l. seruo 110. §. si quis primo
ff. de leg. 1. l. Stichus 10. §. Titia ff. de alim. et cibar. leg. l. Titia 19. ff. de annuis
leg. ubi sic post Accurs. et Accursianos docet et distinguit Cuiac. in lib. 3. respons. Scę-
uolę in d. l. Stichus. §. Titia sentit Sarmiento in d. l. Celsus. 29. num. 5.

6\. Prętereà, ut ad communis sententię argumenta soluenda reuertamur
non obstat difficilis textus in l. si plures 98. in fine ff. de leg. 1. ubi docemur herede
uno nominatim grauato cęteros non onerari, idque Paulus affirmat, qui multis annis
post rescriptum illud interpretatur in d. l. licet 74. ff. de leg. 1. ut in re doctis cer-
tamina tamen alia. Quare omissa interpretatione Fachinęi lib. 5. contr. c. 39. alia Cas-
trens. hienum 8. alia Cumani in l. quidam 14. num. 4. ff. de iure codic. alia
Romani in l. Iulianus num. 3. ff. si quis omissa caussa testam. alia Cuiacij tract.
2. ad African. in d. l. quidam 14. ff. de iure codic. Donelli lib. 8. com. c. 29. res
pondendum est Paulum in d. l. si plures 98. in fine loqui quoties plures gradus
heredum sunt, veluti primus secundus, et tertius, tunc enim si testator nolit ab

omnibus Legata quasi repetita præstari, grauare nominatim debet quos voluerit, veluti primum et secundum adquerta ceteri non nominati etiam si ad eos si pars ab aliis repudiata perueniat non tenebuntur, quia constitutio repetitionem inducens nititur coniectura voluntatis ut monuimus supra num. 5. quæ non obscure contraest, cum repudiante Primo secundum grauauit nec postea ceteros nam qui de repudiatione primi cogitauit, cur non et repudiante secundo Tertium grauasset si eum teneri voluisset. cessat autem hæc ratio cum institutus dumtaxat oneratus est, ut considerat Alciatus de præs. reg. 2. præs. 15. num. 4. et consentiunt in effectu Sarmiento in d. § quod alicuius num. 7. Hillig. ad Donel. lib. 8. cap. 29. litt. E. quamuis inmerito displiceat Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 108. num. 27. sed si malis alteram eiusdem legis interpretationem amplecti, quam post Cuman. in d. l. licet .74. num. 7. vers. ad l. si plures probat noster Valentia d. tract. 1. c. 4. num. 10. non repugno subscribo tamen potius quam transcribo.

Plane huius loci est, et in hoc tractatu multi magnique usus, quod Paulus docet in principio d. l. si plures 98. gradus omnes heredum legatis obligari, quoties vel absolute et simpliciter grauati sunt veluti heres meus dato, ut in l. si pluribus 44. d. de leg. 2. l. quæ conditio 19. d. de condit. et dem., vel impersonaliter ita Seio centum dari volo, ut in l. si pater 47. §. ult. d. de fidei comm. libert. vel etiam generaliter formula illa, quisquis mihi heres erit, quæ sollennis olim erat in testamentis l. 1. d. de iure codic. l. 1. et 4. §. ult. l. ab omnibus 104. l. Lucius 127. d. de leg. 1. l. si in testamento 22. et §. ult. d. si quis omis. causa test. l. filiam quis d. de leg. 2. et ideo generale caput vocatur in l. Titia. 14. § Lucius 2. d. de leg. 2. l. post emancipationem 40 §. ult. d. de leg. 1. l. generali 12. d. de usu fr. leg. notat Cuiac. lib. 21. obs. c. 9. erudite et late Brisson. lib. 7. de form. pag. mihi 741. in his itaque et aliis similibus speciebus etiam ante rescriptum Seueri exploratum erat veteribus iurisconsultis ab omnibus institutis legata deberi, non quidem quasi ab uno relicta videantur ab aliis repetita ex præsumpta voluntate testantis, sed quoniam a principio aperto eiusdem iudicio et qui omnes grauati sunt, ut animaduertit Saso in d. l. licet 74. num. 13. Cuman. ibidem num. 7. Cuiac. lib. 4. obs. c. 15. et tract. 2. ad Africanum in l. sed cum 15. d. de iure codic. Faber lib. 4. coniect. c. 18.

Ex quibus statim elucidanda est oppido nobilis disputatio, quæ extat in l. quidam 14. d. de iure codicil. ibi dum quæritur, an legata post mortem instituti codicillis adscripta a substitutis debeantur, necessario supponitur regulariter deberi, quoniam alioquin superuacua controuersia esset et tamen constat Sabinum Cassium Proculum eius authores longo interuallo temporis Seueri rescriptum præcessisse l. 2. §. post hunc, et §. huic successit d. de orig. iur. et Scæuolam, qui quæstionem discutit et decidit in d. l. quidam 14. sub Marco Aurelio floruisse l. Pamphilo 19. d. de leg. 1. sed huic difficultati omissa coniectura Cuiacii tract. 2. ad Africanum in d. l. quidam 14. respondere ex superioribus solet, idcirco ibi etiam ante rescriptum 18.

Dubit

Dubitavi, an legata à substituto debeantur, quoniam proponebantur relicta àbso
lute sub appellatione heredis ut significant illa verba, quia heres ad quem ser
monem conferat notat Bart. in d. l. quidam 14. num. 1. vel quoniam adiecta
erat generalis illa clausula quisquis mihi heres erit, ut extenditur in d. l. quidam
14. §. quod si duo Utrumque tamen eo hoc, ut paucis dicam, si verum esset non affir
maret Scevola in d. l. quidam 14. non deberi legata a substituto quia generali vel
indefinitâ appellatione heredis non ex persona instituti, qui mortuus erat nec ex
vi repetitionis, sed quasi proprie gravatus legatis obligaretur, ut proponitur in
d. §. quod si duo iuncta l. sed cum ea 15. d. de iure codic. et agnoscere videntur Cu-
man. in d. l. quidam 14. num. 4. et S. noster Valentia d. tract. 1. c. 8. n.º 18.
quare similius veri est quod attinet ad princip. d. l. quidam 14. legata nominatim
ab instituto data fuisse, ut convincunt, si recte expendantur verba illa, quia heres
ad quem sermonem conferat repetita tamen fuerunt a substituto expressâ formu-
lâ repetitionis, quæ vulgaris et frequens erat in testamentis ut in l. si quis a filio
32. l. sicut 52. §. ult. cum l. seq. l. servo 118. §. si quis à primo d. de leg. 1. l. ult.
d. de fidei comm. libert. l. Lutius 88. §. impuberem d. de leg. 2. quo supposito,
quod supponendum certe est quamvis verba non exprimant in principio d. l. qui
dam 14. docet Scevola legata post mortem instituti codicillis data vel ademp-
ta nullius momenti esse, quia quamvis codicilli pars testamenti sint, et perin
de habeantur codicillis relicta, ac si testamenti tempore data fuissent, ideoque
in persona instituti, qui testamenti tempore in rebus humanis erat, legata postea
codicillis data a principio consistere quasi dato eo tempore testamenti res-
ponderent Sabinus et Cassius, quorum electio hæc erat in d. l. quidam 14 verius
tamen est non constitisse, quia quemadmodum relictum codicillis ei qui eo tem
pore in rebus humanis non est, quamvis testamenti tempore fuisset non fingi-
tur testamento relictum, ut quasi superstiti datum valeat, sed potius quasi codi-
cillis mortuo relictum ab initio inutile est et pro non scripto habetur. l. 2. l.
divi 6. §. ult. d. de iure codicil. ita et legata codicillis relicta nominatim ab
instituto, qui mortuus erat, quamvis testamenti tempore vivus sicut etenim priore
casu non est persona, cui relinquitur, ita in hoc non est, a quo relinquitur d. l. qui
dam 14. explicant Cuiac. tract. 2. ad African. ibidem Connan. lib. 9. com. c. 6.
num. 4. et Sarmiento in d. l. celsus seq. num. 6.

9. Igitur cum legata post mortem instituti data in eius persona
non consisterint, quamvis generaliter repetita sint a substituto ut supponimus in d.
l. quidam 14. non debentur, quia repetitio facit ut ex persona instituti substitutus
debeat, ac proinde nec aliter nec amplius, quam institutus deberet, ut argumento
ex l. cum pater 77. §. ab instituto d. de leg. 2. l. qui fundum 87. §. qui filium d. ad
leg. Falc. notat Cuman. in d. l. quidam num. 5. Donel. lib. 8. com. c. 29. et cum ab
initio habeantur pro non scriptis, nec repetita intelligi debent, ut subtiliter noster.

Valentia d. tract. 1. c. 4. num. 7. quamvis si per formulam hoc amplius repeterentur etiam si ab instituto inutiliter data fuissent, a substituto praestanda essent, ut ego didici ex l. legata 19. d. de leg. 1. iuncta l. Aurelius 28. §. testamento d. de liber. leg. Non idem iuris est, si legatum in persona instituti non tam sit ipso iure inutile, quam inefficax propter personae favorem ut in patrono instituto a liberto ex debita parte, nam quamvis legata aut fidei commissa, quibus legitima portio minuitur cum effectu praestare non cogatur propter privilegium patronale l. patronus 60. d. h. t. l. si patronus d. de bonis libert. l. ita tamen 27. §. si patronus ro d. de donat. relicta tamen summo iure consistunt l. pen. §. si patronus d. de bonis libert. l. ita tamen 27. §. si patronus d. h. t. et ideo si patronus repudiaverit, a substituto aut coherede, ad quem portio illa pertinet, praestanda sunt quamvis a patrono nominatim relicta sint, ut ponendum est tametsi reluctante fabro lib. 18. coni. c. 14. in l. cum patronus 28. d. de leg. 2. cuius argumento post Baldum Peralta ibidem num. 8. Costa in c. si pater 1. p.te verbo legavit num. 14. docent gravamen filio heredi impositum in legitima valere in persona legatarii substituti vel coniuncti, cum ad eos filii portio pervenerit.

Rursus nostram magis, quam contrariam sententiam fovet aut firmat, quod pro communi adducitur ex l. 1. §. id quod ex substitutione d. ad leg. Falc. ubi scriptum est legata nominatim relicta ab uno herede, si eo repudiante ad coheredem portio perveniat non augeri, hoc est non deberi ut interpretatur post Bart. ibi Menoch. de praes. lib. 4. praes. 108. num. 30. Gomez thom. c. 12. num. 36. sed haec omnino inepta et inconspecta interpretatio est ut probat Alciat. de praes. reg. 1. praes. 35. num. 3. Fachin. parum tamen intelligens lib. 5. contr. c. 39. Sarmiento in d. l. Celsus 29. §. quod alicuius num. 3. sentit enim potius consultus in d. §. id quod ex substitutione, deberi a coherede legata quasi sit repetita post rei exitum severi, ut notat Castr. ibi num. ult. Goman. num. 2. Cuiac. lib. 4. obs. c. 35. Donel. lib. 8. c. 23. non tamen augeri nec ampliora praestari ab eo, quam si nominatim gravatus non repudiasset quo eo pertinet ut si portio repudiata legatis exhausta erat, atque ita posita legis Falcidiae ratione et deducta quarta ab herede nominatim gravato legata minui deberent iuxta l. in singulis 77. d. ad leg. Falc. §. 1. instit. eod. tit. coheres ad quem portio repudiata pervenit, quamvis ipse suam partem legatis ~~non oneratam~~ habeat retinere quartam possit ex legatis a coherede relictis, quia cum portio gravata repudiatur et accedit sive accrescit portioni non gravatae alterius coheredis, id non proficit, + et accedit onerate ~~cum e contrario portionem oneratam deficit~~ legata augeantur, quia confusis et contributis portionibus et variis legatis oneratam supplet integra portio, et legata per Falcidiam non minuuntur, ut docent et distinguunt consulti in d. l. 1. §. id quod ex substitutione et §. si coheredis l. in ratione 11. §. quaesitus d. l. quod si alterutro 78. l. qui fundus 87. §. qui filius d. ad leg. Falc. de cuius

+ legatariis nec legata augentur quamvis si e contrario portio non onerata defecit,

expositione et compositione cum d. §. id quod ex substitutione, quoniam spe-
cialia et aliena a repetitione Legatorum quaestio est et ad contributionum tractatum
proprie pertinens videat, cui vocat, pro multis et post multos unum nostrum Va-
lentiam d. tract. l. c. 7.

1. Illud in d. l. qui fundum 87. §. qui filium d. ad Leg. Falc. praeter-
mitti non potest, quod Julianus docet, Titium ex parte heredem institutum
et impuberi filio substitutum si filio herede non existente eius partem legatis
oneratam ex vulgari substitutione consequatur, integra legata praestaturum
atque ita saltem supponit legata, quae ab instituto nominatim relicta sunt, debe-
ri á substituto, quasi repetita etiam ante rescriptum Severi, quod Julianus non vidit
ideo in specie simili legata non deberi putabat l. si Titio 61. §. Julianus d. de leg.
2. Nec huic difficultati satisfaciunt, varia, quae varie respondent, et refutant
post Castr. in d. §. qui filius Alciat. d. reg. 2. praes. 15. num. 7. Sarmiento in
l. Curac. lib. 4. obser. c. 15. et lib. 15. c. 14. et 15. Ant. Faber lib. 4. conrect. c. 13. et
lib. 18. c. 15. Quare probabilius est id circo apud Julianum pro constanti supponi,
deberi a substituto legata quoniam relicta fuerant non quidem nominatim ab
impubere instituto sed a portione eius, quae quodammodo gravata proponitur veluti
si fingamus Titio ex semisse et impubere et alio semisse institutis ita legatum
esse ex semisse filij mei centum Sempronio do lego, quo casu substitutus vel colhe-
res si semissem consequeretur omnimodo legatis obligaretur, etiam ante rescriptum,
quomodo etiam accipienda est, veterum disputatio in l. 1. §. si co heredis l. quod si
alterutro 78. d. ad Leg. falc. ubi Cassius et Proculus quos longo ante rescriptum
quo vixisse diximus ex l. 2. §. post hunc et §. huic successit d. de orig. iur. et Caius,
qui Juliano vel antiquior fuit vel saltem equalis l. filie 59. d. sol. matr. et sub
Hadriano multis ante Severum annis floruit l. utrum 7. d. de reb. dub. quasi pro
certo statuit legata ab uno herede relicta deberi alio herede, quasi repetita, nempe
cum ipsi portioni Legatorum onus impositum et iniunctum est, ut verba recte expensa postu-
lant.

2. Plane cum Julianus ante rescriptum senserit Legata nominatim relicta
ab instituto non videri repetita a substituto, rectissime Papinianus ex Juliano pro
ponit in l. Julianus 26. d. si quis omiss. caus. testam. patrem institutum, qui omissa
institutione filium substitutum adire iussit, legataque ab ipso quasi instituto no
minatim relicta fuerant, ad huc praestaturum ex sententia edicti, quo qui heredi
tatem sibi ex testamento delatam omittit, ut ab intestato possideat, perinde
obligatur legatis ac si non omisisset l. 1. et passim. d. si quis omiss. caus. test. quod ta
men edictum supervacuum in hac specie foret nisi Papinianus ex persona et
sententia Juliani supponeret Legata a patre instituto relicta non deberi a substituto

ut aduertit Cuiac. lib. 1. 36. quest. Papin. in d. l. Iulianus 26. unde et Celsus quem rescriptum ignorasse posuimus supra num. 11. docebat in eadem fere specie legata deberi ex edicto, hoc est iure pretorio, non ciuili l. cum rerum 25. d. siquis omis. caus. test. et quod magis est, seuerus et Antoninus rescripti authores in l. 1. C. si omis. sit caus. test. non obscure significant legata ab instituto relicta non deberi a substituto, nisi ex beneficio edicti pretorij, nimirum quia constitutio illa ut constat ex subscriptione eiusdem in d. l. 1. quam sic restituo lata est Prisco et Dextro Consulibus hoc est anno Christi 197. et tertio imperij Seueri, at qui ita quinque annis ante quam ipse Antoninum filium participem imperij faceret, et simul cum eo consul esset anno christi 208. post bellum parthicum ut apparet ex factis consularibus et Spartiano in Seuero ac proinde d.a lex. explicanda est ex iure quod obtinebat ante constitutionem de repetitione legatorum, que facta postea est ab Antonino iam imperatore, simul cum patre ut probauimus supra num. 6. quamuis per errorem in epigraphe d. l. 1. Antonini etiam nomen inscribatur, qui nondum eo tempore cum patre Augustus erat, natus tamen est error et consuetudine seuerum Antonino iungendi etiam in his legibus quas seuerum solum tulisse liquido constat ut in l. 1. C. de pignor. obseruat Cuiac. in recit. ad tit. C. si omis. sit causa test. quamuis alter post Accurs. Alberin. et Fulgos. in d. l. 1. et imperite Fachin. lib. 5. contr. c. 19. qui dificultatem non percipiens ad rem non pertinere scribit hec. Nec tamen ideo veteris iuris vestigia in d. l. 1. et in d. l. Iulianus 26. cum l. precedenti obiter hodie probantur aut proponuntur quasi antiquata iam post rescriptum seueri, nam omissis solutionibus traditis a Iasone in d. l. licet 74. num. 49. d. de leg. 1. et adhuc utilia valde sunt, ut sciamus, in his casibus, in quibus post rescriptum legata ab instituto relicta non prerumuntur repetita a substituto, quod in terdum euenit d. l. licet 74. patrem aut dominum institutos, qui filium aut seruum ex substitutione adire iusserunt, legata ex institutione relicta prestaturos sed ita tamen ut si legi falcidie locus sit, prius ea legata soluantur, que a substituto data sunt, deinde ea, que ab instituto quoniam hec ipso iure non debentur sed auxilio edicti pretorij ut iuxta veri temporis disciplinam Iulianus docebat in d. l. Iulianus 26. et ideo contra esset si iure ciuili deberentur, ut plerumque post rescriptum euenit, quod cum Paulo incognitum non esset, ut probauimus supra num. 16. recte ait prius soluenda esse que a domino instituto data sunt, l. Nesennius 22. §. servo d. ad Leg. Falc. ubi sic hec componit Cuiac. lib. 17. questionum Pauli et in d. l. Iulianus 26. lib. 16. quest. Papin. quamuis aliter Bened. Ynel. lib. 1. select. c. 4. Gilbert. Reg. lib. 1. enant. c. 1. Pacius cent.

Postremo superioribus coheret valde impedita questio ab ab intestato relicta ab uno herede debeantur a ceteris remotioribus quasi repetita quod ut breuiter et vere expediam, distinctio adhibenda est; nam si defunctus proximiorem legitimum heredem nominatim grauauerit, si is heres non existat, sequentes ab intestato heredes qui gradu remotiores erant, non tenentur, fidei commissis, quoniam adeo

ad eos non ex iudicio defuncti qui de proximiori duntaxat cogitauit, sed ex proximioris defectu hereditas deuoluitur plures laudati a l. 1. §. illud d. de leg. 3. quam ita intelligunt, post Accurs. hic verbo repetitum Bart. et Bald. n.° 8. Castr. num. 3. Fulgos. num. ult. Sasone in d. l. licet 74. num. 39 Pinello in l. 2. part. 1. n.° ult. C. de bon. mat. Hillig. ad Donel. lib. 8. com. c. 8. litt. B. quamuis temere repugnet Faber. lib. 4. coni. c. 13. et lib. 18. c. 14. unde simi liter posthumus de quo testator non cogitauit ab alio herede relictis non obligatur l. qui graui 11. ubi Cuiac. lib. 19. quest. Papin. l. pen. d. de iure codic. cui iungendi sunt Faber lib. 2. coni. c. 11. Petr. Faber. lib. 2. semestr. c. 15. Anton.

ideo si cognatus alius preter opinionem defuncti in successione nominatis grauatis pro parte releuatr. l. cum pater 77. §. cum existimaret ubi Cuiac. lib. 8. respons. Papin. d. de leg. 2. quod tamen non admittitur in l. post emancipationem 90. d. de leg. 3. quoniam auunculus ibi ex voto et voluntate defuncti potius quam contra volun tatem patruo partem hereditatis obtulit, ut post Accurs. considerat Faber lib. 3. coni. c. 11. quamuis aliter Cuiac. tract. 2. ad Afric. in l. 15. d. de iure codic. Pacius cent. 5. quest. ult. diuersum vero est, quotiens ab uno ex duobus heredibus legiti mis, qui in eodem gradu erant, relicta sunt, tunc enim alter etiam tenetur, si ad eum coheredis portio perueniat, quia post repetitum repetita ab eo videntur quasi substituto d. l. si Titio 61. §. Julianus d. de leg. 2. quoniam cum in eodem gradu esset, de eo etiam testator cogitasse creditur, et hereditatem ei relinquere dum non adimit l. 1. §. sciendum d. de leg. 3. l. conficiuntur 8. d. de iure codicil. ita post alios noster Valentia tract. 1. c. 4. num. 11. Plane si vel generaliter relicta sint à quocumque herede, ut in l. 3. l. ab intestato 16. d. de iure codic. l. si ita fuerit 9. d. de leg. 3. vel impersonaliter ita centum dari volo, ut in l. si pater 47. §. ult. d. de fidei com. libert. omnes ab intestato heredes prestare debent et si proximiori deficiente successerint ut post Castr. in d. l. licet 74. notat Cuiac. lib. 6 qu. digest. Iuliani in d. §. ult. adeo ut etiam si ab eo qui testamentum fecit simpliciter nec designata persona grauati fidei commissa relicta sint ab heredibus etiam legitimis debeantur l. eam quam 14. C. de fidei com. quam ita interpretantur Donel. ibi num. 10. Gouean. lib. 1. var. c. 1. quamuis aliter alij laudati à Fachineo lib. 6. controu. c. 97. unde etiam explicandum est quod legimus in l. 2. §. ult. d. de suis et legit. ubi ulterior heres ab intestato + quamuis id ibi non exprimitur quoniam alia principalis questio erat de qua videndi sunt post Fulgos. et Giffanium Cuiac. lib. 18. obs. c. 12. Faber. lib. 6. coni. c. 19. Merill. lib. 2. obs. c. 11. Ceterum si ab instituto tamquam instituto relicta essent non deberentur ab intestato l. si quis 81. d. de leg. 2. nisi in singulari casu et inuulgato hactenus in hac materia qui proponitur in l. numquam 14. §. ult. d. de leg. prest.

+ obligatur fidei commisso ab instituto relicto, quia suponendus est eum Bart. ibidem ex presso repetitum fuisse ab intestato

24. Moneo pro coronide hodie apud nos semper testamento relicta deberi

eliq. ab intestato ex l. 1. tit. 4. lib. 5. compil. et ideo quamvis ab instituto vel proximiori legitimo herede relinquantur censentur ab ulterioribus repetita ut in terminis Pareja in otro quadronestri 2. p^te num. ult adeo ut quamvis scriptus heres restituere rogatus ante coactio ne decedat semper fideicommissum utile sit, ut nominatim docent Gregor. in l. ult. glos. ult. tit. 5. part. 6. Motienzo in d. l. 1. glosa. 18. num. 2. Gomez 1. thom. var. c. 5. num. 8.

CIRCA ACTIONEM DEPOSITI SINGULARIA QUAEDAM AD LEG. I. §. ULT. D. DE POS. COMMENTARIUS.

1. Scholasticas et forenses disputationes, ex multis in praeterito a lectionibus meis selectas aliquid publici saporis alternatim facturis ordior merito ab illa; quę apud Ulpianum extat in d. §. hoc §. ult. in interpretationis partes est interpretis indigenti, cum et obscurissima sit, et ex tot classicis et neotericis vix praeter Castrensem aut Fabrum unus aut alter rem nisi tribus lineis attigerit. Quare ut pro instituto paucis pauca praemittamus, monendi estis lege duodecim tabularum ex depositi caussa in duplum actionem contra depositarium inficiantem dari, ut liquet ex collatione legum Mosaicarum et Romanarum tit. 10. vers. ex causa, et consentit Paulus lib. 1. sentent. tit. 19. in principio si pro depensi verbo legatur depositi ut probabiliter emendat Cuiac. ibi et lib. 9. respons. Papin. in l. servo 58. d. de cond. indeb. quamvis depensi retineat Forner. lib. 2. select. c. 14. in fine. Pithaeus in notis ad collat. leg. d. tit. 10. vers. ex causa. postea vero pretoris edicto res ita temperata est, ut regulariter contra depositarium et eius heredes in simplum actio esset, nisi de eo quod tumultus incendii ruinę aut naufragii periculo imminente depositum sit, quibus ex causis in duplum actio in inficiantes datur. l. 1. §. 1. l. de eo. 18. d. h. t. §. rei persequendę, §. in duplum, et §. sed furti instit. de action. l. 8. tit. 3. part. 5. quia quamvis fidem et amicum in deposito fallere turpissimum semper sit, Levitici cap. 6. illustrant Hillig. ad Donell. lib. 18. com. cap. 8. litt. R. Annaeus Robert. lib. 2. rer. iudicat. cap. 10. crescit tamen perfidię crimen, cum exigente necessitate depositum non redditur, quia publice potissimum interest in huiusmodi casibus fidem servari. l. 1. d. de incend. ruina. d. l. 1. §. hęc autem. 4. h. t. Cuiac. lib. 31. Pauli ad edict. in l. si quis inficiatus. 13. h. t. Conn. lib. 7. com. cap. 9. num. 15. Duarenus ad hunc tit. cap. 4. Hotman. in epitom. ad hunc tit. num. 8. et 15. Pichard. in §. praeterea num. 15. instit. quib. mod. re contr. et in §. actionum quaest. 20. num. 24. instit. de act.

2. Quapropter hoc crimen ut in d. l. 1. hęc autem §. 1. subiicitur publica utilitate coercendum est vindicandę reipublicę causa, est enim inutile id est pernitiosum in huius modi causis fidem frangere d. §. hęc autem ubi sic cum vulgatis codicibus legendum, et exponendum docent Costalius et Fab. 4 parte ration. ibi Connan. d. cap. 4. num. 15. Duar. lib. 1. disput. cap. 11. Ioan Rober. lib. 1. recept. lect. cap. 31. et lib. 2. animadv. et notat. cap. 26. nisi malis cum Cuiac. lib. 16. obs. cap. 29. et in Mercatore lib. 2. cap. 26. proverbiis illis publica utilitas coercenda est, quę in Florentinis extant in d. §. 1. legere inutilitas sive ut nos aliquando coniectabamur, publica vilitas, quia sępe in his verbis erratur, et utilitas pro vilitate posita reperitur, ut in l. 2. C. de fide et iure hastę fisc. ubi legendum esse, precii vilitate, quamvis vulgo legatur utilitate observat Fabr. de error. dec. 10. err. 9. num. 5. et in l. 2. sibi cessante ergo ista spargendi utilitate, legendum vilitate cum Gothofredo. C. de consulib. lib. 12. apud plinium lib. 9. epist. 6. ibi ea bonorum utilitas erat, illorum etiam, quos Pallas non dignabatur; Salvian. lib. 4. de gubernat. ibi deformantes sancti connubii honorem per degeneris contubernii utilitatem Apuleium lib. 1. Florid. in editione Lugdunen. si anno. 1619. ibi, quę enim facilior res, quam linguę rabies et utilitas morum; et paulo post, tantus habet

utilitas excusationis, quantum dignitas difficultatis, quibus omnibus locis pro utilitate vilitatem reponendam primus ex coniectura et libris, admoneo adde Panegyr. constantini. pag. 148. Ennod. in Panegyr. Theodor. pag. 701. adde Ammian. Marcellin. lib. 22. histor. ibi utilitati et l. 3. §. ult. d. ad leg. Iul. de annona l. 2. C. de agentibus in rebus vide Franc. Mod. nouantiq. lect. epist. 25. adde Plinium lib. 4. epist. 6. et ibi Cataneum adde Salvian: lib. 7. de gubern. c. ibi auferat authoritatem | siue ut in aliis libris | utilitatem legendum adferat vilitatem. notat. Ioan. Lombard. Compendior. lib. 1. c. 17. in fine adde l. 1. C. Theod. ad leg. Iul. de adulter. ibi pro utilitate eius, quae in reatum deducitur lege pro uilitate ex l. quae adulterium 25. C. ad leg. Iul. de adult. de Amob. lib. 2. adversus gent. ibi Herald. in notis pag. 158. ibi vilitatem sui populo illa immo ciuilis, l. 3. §. 1. d. nautae caupones et stab.

Ammianus Marcellinum

Deinde sciendum est depositi hanc actionem in heredem depositarii in solidum dari ex dolo defuncti, sicuti commodati et ceteras ex contractu actiones, l. si hominem 7. §. 1. h. t. l. ex deposito 12. l. ex contractibus 49. d. de oblig. et act. l. adea 157. §. ult. de reg. iur. l. 5. tit. 3. part. 5. quia quam quam de dolo actio in heredes dari non soleat, nisi quatenus ad eos ex defuncti dolo peruenerit, quia penalis est et ex maleficio descendit l. in heredem 26. d. de dolo, aliud tamen est in actionibus, quae ex contractu nascuntur, et rei persequutionem continent, qualis est depositi, quae non ex dolo nascitur etiam si propter dolum dumtaxat detur l. 1. §. si vestimenta 8. §. inconducto 10. §. est autem 22. l. si hominem 7. §. 1. h. t. ubi sic in effectu post clasicos Faber. et de error. dec. 76. err. 4. Salycet in l. un. num. 10. C. ex delict. defunct. Iaso in l. ex ea 121. §. ult. ubi Donel. num. 1. d. de V. O. Duaren. ad hunc tit. c. 4. Hotman. lib. 12. obser. c. 22. Donel. in l. si is qui 8. num. 1. C. h. t. Pichad. in §. actionum quest. 20. num. 20. de action. Cuiac. in d. l. ex contractibus 49. quamuis idem lib. 11. quest. Papin. in l. uiua 5. d. rer. amot. perperam disentiat notatus a Fabro de error. dec. 80. err. 5.

4 Ex superioribus facile manu ducimur ad propriam huius §. questionem, scilicet si apud Titium rem deposuerim, et eo mortuo heres eius ignarus depositi, cum testatoris esse existimaret, rem depositam quasi hereditariam vendiderit, an mihi teneatur. et teneri quidem probare videtur id quod diximus depositi actionem ut pote rei persequutoriam in heredem depositarii in solidum dari l. si hominem 7. §. 1. h. t. rursus heredem non teneri in hac specie suademur ex eo quod supra quoque insinuauimus, hanc actionem, quamuis ex depositi contractu nascatur, non tamen dari nisi propter dolum depositarii, qui dumtaxat in hanc actionem venit, ut ait Ulpianus noster hic dolo autem caret heres, qui rem depositam ignorans vendidit l. sed et si 25. §. scire d. de hered. petit. l. qui in alterius 42. d. de reg. iur. tam contrariis rationibus coactus Ulpianus noster rem ita temperat, ut de re quidem vendita heres depositi non teneatur, quia nec defuncti dolus praecesit, qui non vendidit, neque heredis, qui rem depositam iuste ignorabat l. 1. C. h. t. de pretio vero, quod ex venditione rei heres consequutus est, depositi tenetur, quia quamuis dolo non fecerit, cum vendidit, dolo tamen nunc facit, dum pretium, quod ad se peruenit, non reddit, et ex iactura deponentis fit locupletior l. 1. §. est autem h. t. l. iure 206. d. de reg. iur.

Haec § nostri sententia Bartolo Baldo Fulgosio castrensi Cortalio, et

Fabro impraesenti vis apotius quam trita. inqua tamen, nedissimulem, valde me offendit etsi deindustria hactenus, neque expensum, neque expositum, quod Vlpianus noster eque inre commodata, et deposita loquitur, et inutraq. respondet heredem dexe non teneri quia dolo non fecit. hec autem ratio recta ex deposito, inquo cum solius deponentis utilitas veretur sine depositarij commodo, merito dolus tantum prestatur; in commodato vero falssa et inepta, in quo commodatarius dedolo et culpa quamuis leuissima obligatur, quia in eius gratiam contractus fit ut docemur in l. 5. §. nunc videndum est. l. inrebus 18. d. commod. l. si servus. 61. §. circa. d. de furt. §. item is instit. quib. mod. recontr. quorum igitur commodatae rei mentio in ea questione quam Vlpianus ideo exordetur, quia dolus dumtaxat in actionem depositi venit. Nec faciet mihi satis, qui dixerit intelligendum esse Vlpianum decommodato commodatis causa facto ut interdum accidit, inquo dolus solus prestatur d. l. 5. §. interdum. l. si mei. 12. d. commod. hec enim interpretatio diuinat, et omisso eo quod frequentius fit ad casum incommodato specialem, generalem Vlpiani sententiam restringit perperam argumento ex l. nam ad ea. 5. d. delegib.

6\. Quare in tan alto interpretum silentio, nisi confidentie notam verear, ausim dicere mendosum locum esse, et proverbo commodatam, quod bis apud Vlpianum extat, legendum semper, commendatam, quod questionis institute proprium, nihil aliud est traditam rem commendare quam deponere l. Lucius. 24. d. h.t. l. commendare. 186. ubi Rebuff. et Cuiac. d. de V.S. Connan. lb. 7. com. c. 4. num. 2. Pacius de contract. tract. 3. de pos. c. 1. in fine Casaub. ad spart. in Nigro pag. coment. 278. eleganter Donel. in rubr. C. h.t. num. 7 et lb. 14. com. c. 2. ubi Hillig. litt. h. Gratian. discept. for. 1. tomo c. 174. num. 4 eoque sensu commendandi verbum extat in l. is penes quem 6. l. cum hereditas. 9. C. depos. l. h.t. l. publica. 26. d. h.t. c. neque quis arbitretur. 22. quest. 2. c. 1. extra deposito unde et in l. et si quis. 14. §. impensa 4. d. de relig. et apud Paulum in sententiarum fragmento relato a Cuiac. lb. 21. obs. c. 13. commendare corpus, nihil aliud est, nisi ad tempus deponere, donec iuste sepulture tradatur; l. si quis. 40. d. de relig. ubi Cuiac. lb. 3. quest. Pauli et lb. 2. obs. c. 17. et lb. 11. c. 11. Hotman. lb. 4. obs. c. 14. Rad. Forner. lb. 3. rer. quotid. c. 6. Sauaro in notis ad Sidon. lb. 2. epist. 8. necnon vium est deponendi et commendandi verba coniungi, ut apud Ambros. de Tobia. c. 20. ibi, commendatum autem depositum, quod custodia rei causa alicuius commissum, neque infrequens in trans mutandis commodati, et commendati verbis erratus, sed innumeris locis commissum si credimus Curatio lb. 9. quest. Papinian. in l. Lucius 24. d. h.t. veluti, in c. ius naturale. 1. distint. ubi legendum esse deposite vel commendate pecunie restitutio, recte post glosam monet Pichard. in §. pretere a num. 12. inst. quibus modis re. contr. quamuis vulgo legatur deposite rei et commodate pecunie defendente Bellamera num. 6. in d. c. ius naturale sicut in l. si res. 8. C. ad exhibend.

7\. Quo exemplo magnus ille Cuiac. lb. 9. obser. c. 37. et in recitation. ad tit. C. de commod. existimat constitutionem l. ult. C. de commod. ubi scriptum est pretextu debiti restitutionem commendati recusare non posse corruptam esse in verbo commodati, cum legendum sit, commendati, vique emendari

a compositoribus debuisse, et collocari sub titulo depositi, in quo solo verum est, praetextu compensationis restitutionem commendati differri non posse l. ult. C. de compensat. l. pen. C. h.t. §. in bonae fidei instit. de actionib. in commodato vero falsum ut apparet ex l. in rebus 18. §. ult. D. commod. sed huic emendationi merito post alios repugnant Hillig. ad Donel. lib. 16. com. c. 15. litt. X. Pichard. in d. §. in bonae fidei num. 38. Donel. et Giffan. in d. l. ult. quo circa commissis eorum traditionibus quos laudant Denoa in conciliat. leg. ad d. leg. ult. C. de commod. Barbosa in l. diuortio. §. ob donationes num. 4. D. sol. matr. Schifordeg. ad Fab. lib. 1. tract. 1. quest. 4. breviter statuo compensationem in commodato si nihil extrinsecus impediat semper admitti ex natura actionis, veluti si re amissa, aut deteriorata aestimationem debeat commodatarius, et compensare velit cum impensis quas in rem fecit, d. l. in rebus. 18. §. ult. caeterum cum commodari non possint res, quae usu consumuntur sed species dumtaxat sive corpora l. 3. §. ult. D. commod. quorum cum pecuniario debito nulla compensatio est l. si convenerit. 18. D. de pignor. act. l. 4. C. de compens. l. 21. tit. 14. part. 5. non ex natura actionis ut in deposito, sed extrinsecus evenit, quod dicimus ipsius rei commodatae restitutionem non impedire praetextu compensationis, aut retentionis. d. l. ult. l. ult. tit. 16. lib. 3. fori. l. ult. tit. 2. part. 5. ubi recte excipitur, quod ex causa commodati commodatario debetur, veluti impensae, ob quas retinere commodatum potest. l. creditoris. 15. §. ult. l. si is qui. 59. D. de furt. l. si quis. 20. D. de adquirend. poss. explicant Donel. Hillig. et Pichard. ubi proxime sentiunt Tyndar. de compensat. artic. 5. num. 41. Castillo lib. 3. controv. c. 16. num. 11. Molina de iustit. disput. 297. num. 8. et post multos Denoa ubi supra num. 9.

Si quis tamen delicationis sthomachi novam nostramque lectionem fastidiat, quae mihi quidem non displicet, fortassis dixerim Ulpianum in praesentiarum et occasionem disputandi ac dubitandi, et rationes decidendi ideo ad dolum, qui in deposito solus praestatur retulisse, quoniam hic eius praecipuus tractatus erat lib. 3. ad edictum ut apparet ex l. 1. l. ei apud quem. 5. l. si hominem. 7. h.t. l. commendare. 186. D. de V.S. nec tamen ideo inepta quaerendi, aut respondendi ratio in commodato, quia cum dixit heredem dere non teneri, quia dolo non fecit, docuit quoque vi ipsa nec culpâ heredem fecisse utrumque enim fit ex eadem causa ab Ulpiano iam expressa, nempe ex ignoratione heredis, quae quemadmodum dolo eum carere ostendit. l. sed etsi lege. 25. §. scire D. de hered. pet. §. sed tamen instit. de usucap. ita culpam omnem excludit, quia iusta et probabilis ignoratio est, l. qui in alterius. 42. D. de reg. iur.

quia nulla utilitas eius versatur apud quem deponitur d. l. 5. §. nunc videndum. d. commod.

Sed ut hoc obice remoto, qui nos diu sistere coegit, apertis iam carceribus in explicanda illustranda Ulpiani sententia progrediamur, illud in prima questionis parte primaria cura dignum occurrit, quod saepius diximus in actionem depositi dolum dumtaxat venire et a depositario praestari. l. 1. §. si vestimenta 3. §. in conducto. 10. §. est autem. 22. h.t. l. 1. §. is quoque. 5. D.

D. de oblig. et act. l. contractus 23. d. de reg. iur. § praeterea instit. quib. mod. re contr. ob.
ult. ext. depos. l. 8. et 9. tit. 3. part. 5. exornant Cagnol. in d. l. contractus num. 1. ubi
igneus num. 11. Carroc. de deposito. 1. part. tit. de dolo num. 1. Connan. lib. 7. com. c. 4.
num. 8. Trentah. lib. 3. var. tit. de deposito resolut. 2 num. 1. Treutlero 2. thom. disput. 26.
thesi 2. Molina de iust. disput. 527. num. 1. Mantica de tacitis lib. 10 num. [illegible]. tit. 9. Fa-
rinac. quest. 169. num. 17. Pichardus in d. §. praeterea num. 21. Donell. lib. 16. com. c. 7.
sed hec ita nisi lata culpa intercesserit, que quia dolo proxima est, eius appellatione con
tinetur, semper ei comparatur. l. 1. §. 1. d. si mensor fals. mod. dix. l. quesitum 8. §. cum
quoque d. de precar. et a depositario praestatur l. 1. C. h. t. ubi verba illa <u>et latam cul</u>
<u>pam si non aliud specialiter convenit</u> a Triboniano adiecta sunt, cum ante non exta-
rent in C. Gregoriano ut apparet ex collat. leg. Mosaic. tit. 10. §. gregorianus sed
et interdum ultra dolum omnis culpa lata levis et levissima a depositario exhi-
betur ut apud Hebreos in deposito animalium, exodi. c. 22. notat Connanus d.
c. 4. num. 15. in fine et apud nos si quis se deposito obtulerit vel si ita convenerit,
d l. 5. §. nunc videndum l. 1. §. si convenit et sepe h. t. c. ult. ext. de depos. aut
si aliquid pro custodia receperit quo tamen casu de levi tantum culpa tenetur
d. § si vestimenta 8. explicant iam laudati, quos non transcribo, quia selectiones scribo
non manualia.

10. Coheret superioribus in foro nobilis differentia inter hanc actionem
et illam que ex edicto pretoris in simplum datur adversus nautas caupones et stabula-
rios, ut res quarum custodiam receperint, restituant quippe actione depositi conventi
dolum dumtaxat praestarent, ex illo vero edicto omnimodo tenentur, etiamsi res
apud eos deposite gratis que suscepte sine culpa eorum levi perierint aut subrepte
sint, si saltem levissima intervenerit l. 3. §. 1. d. naute caupon. l. 26. tit. 8. p. 5.
notant Cuiac. lib. 27. obs. c. 31. et ad tit. C. depos. in princip. Donelus lib. 15. com.
c. 42. Molina de iustit. disput. 527. num. 3. Farinac. in fragmen. crimin. litt.
C. num. 22. Acevedo in l. 6. num. 18. tit. 11. lib. 7. compil. et ideo stabulario
sub reptis verbis, quas servandas recepit furti actio competit, quoniam eius in-
terest res salvas esse. l. 4. d. naute caupon. l. un. §. quod si receperit 4. d. furti
adv. naut. ut pote cum de culpa teneatur sine qua furtum committi non solet. l. cum
duobus 52. §. damna. d. pro socio depositario vero non competit, quid enim eius
interest, si dolo careat? l. cum qui. 14. §. is autem 3. d. de furt. §. sed is apud
quem instit. de oblig. que ex delicto nascun. l. 12. tit. 14. part. 7. plane si de-
positarii interesit rem depositam raptam non esse, furti actio ei datur l. 2. §. et
generaliter 23. d. vi bonorum rapt. <u>nam et furti actionem habeo, si in re de-</u>
<u>posita culpam quoque repromisi, vel pretium depositionis non quasi mercedem</u>
<u>accepi</u>. sic enim ibi in tex. pungendum esse, sua detur ex §. ult. instit. de vi bonor.
raptor. ubi observat, qui multa, Cuiac. in notis prioribus 4. quamvis id non per-
ceperint Crottus in rubr. num. 39. d. de oper. novi nunciat. Pitheus in notis ad
collat. leg. tit. 10. versic. respondit Pichard. in d. §. sed is apud quem num. 6.
et seq. instit. de oblig. que ex del.

11. Ex eodem filo pendet quod scriptum est in l.
si ego. 9. § ult. d. de iure dot. pro rebus preter dotem marito traditis, quarum

custodiam ipse repromisit, depositi actionem uxori competere, idcirco scilicet, quia quamuis depositi actio propter dolum dumtaxat detur et turpis ac famosa sit l. 1. d. de iis qui not. infr. §. ex quibusdam instit. de pena tem. famoseque actiones inter coniuges denegentur l. 2. C. rer. amot. l. 2. d. eod. tit. tamen cum maritus custodiam specialiter repromittit de culpa quoque se obligasse censetur argumento ext. quod sepe. 35. §. si res. d. de contr. emgt. et ideo potest actio depositi non esse famosa, veluti si maritus ob culpam damnetur. §. suspectus. 6. instit. de suspect. tutor. ceterum si propter dolum mariti agatur, temperanda erit actio depositi verbis in factum conceptis propter honorem matrimonij ut ait Cuiac. ad tit. C. rer. amot. in fine et lib. 11. quest. Papin. in l. viua 5. d. rer. amot. quamuis aliter nec male Faber de error. dec. 81. err. 9. et dec. 82. err. 2.

Illud non pretermittendum singularem ac pene paradoxum casum esse, quo sine dolo et culpa depositarij fideiussor cius tenetur ut id restituatur quod depositi actione, veluti si res prestatur apud eum sit, nec tamen reddere posit, quia vel furere cepit, vel pupillus est, qui depositario successit, vel is decessit sine ullo successore l. 1. §. idem Ponponius 14 vers. plane. d. h. t. ideo nimirum, quia quamuis condemnatio ex actione depositi propter dolum dumtaxat sequi soleat, adeo, ut qui depositum sine dolo malo restituit non tam liberari ab obligatione, que ante dolum efficax non fuit, quam in eam non incidere videatur ut ait Ponponius in l. stipulatus 81. ubi clasici. §. 1. d. de solution. obligatio tamen statim ex depositi contractu nascitur et rei persequutionem et restitutionem respicit. l. 1 sed autem. 22. l. si hominem 7. §. 1. h. t. qua cum depositarius furiosus vel eius heres, aut hereditas teneatur equum est etiam fideiussorem teneri, ut id prestet, quod depositi actione prestari a depositario deberet. d. l. 1. §. idem Ponponius vers. plane quem ita accipio, nec obstat huic sententie lex. 2. d. de fideiussor. accipienda enim est eo casu, quo res apud depositarium non exstat sine dolo eius, cum Castrensi ind. §. idem Ponponius vers. plane omissa interpretatione Fabri irrationali ibi in vers. quid enim et commentitia distinctione duplicis obligationis quam firmat Fulgos. ibidem num. 2. Accurs. Bart. et Alber. in d. l. si stipulatus. 81. §. 1.

Verum ut ultimam quoque questionis nostre partem breuiter attingamus, diximus heredem depositarij de pretio quod ad eum peruenit, teneri, ut reddat et quidem actione depositi, ut recte contra Fulgos. in l. 1. §. si apud num. 6. h. t. docet Castr. hic num. 2. quia quamuis pretium depositum non sit sed res vendita, que ad rem competierat in cuius locum pretium non subrogatur, ita ut actione singulari peti posit. l. venditor 21. d. de hered. vel act. vend. l. qui vas. 49. §. ult. d. de furt. l. idem quo. 7. §. ult. d. qui potiores tametsi in uniuersali iuditio veluti petitione hereditatis contra sit. l. si et rem 22. d. de hered. petit. siue, ut Vulgo iactatur, in uniuersalibus pretium rei loco succedat, in particularibus non item, explicat preter Laudatos

à Barbosa in rubr. 3. part. ex num. 73. d. solut. matr. Riccio in collect. decis. collect. 740. eleganter Cuiac. tract. 2. ad Africani in l. si eum 23. d. de reb. cred. Gratian. discept. foren. 1. thom. c. 25. num. 10. et seq. Hillig. ad Don. lib. 19. c. 13. lit. B. in actione tamen depositi singulare et ut ait Castrensis mirabile est pretium omnimodo peti posse propter bonam fidem, quae in hoc contractu maxime excellit l. bona fides. 31. h. t. et singularia multa introduxit quale illud est in praxi frequens, ut clericus depositarius exequente iudice seculari cogi possit depositum redere l. ult. §. sin autem C. de bon. author. iud. possi. notat post plures Bouadilla lib. 2. polit. c. 18. num. 180. Riccius decis. 9. p^te. Collect. 1054. haec itaque bonae fidei amplitudo suadet dolum omnem in actione depositi venire tam praeteritum quam futurum l. 1. §. non tantum 20. h. t. et consequenter pretium quoque ab herede, qui vendidit, extorqueri, cum hoc ipso dolo faciat, quod id non reddit et ex re alterius fit locuplétior et argumento ex d. l. si eum. 23. d. de reb. cred. l. quod si in diem. 16. §. idem Iulianus d. de her. pet. notant Castr. et Faber. hic. quibus adiscio pretium omnimodo peti posse in hac spetie, siue res extet, siue non extet, nam et si condictione sine caussa quae ex bono, et aequo proficiscitur, non petatur pretium a beo, qui rem mihi legatam vendidit, nisi revendita per empta d. l. si eum. 23. aliud tamen est quoties venditor causam habuit á deponente, ut argumento huius loci docet post. alios Iaso in d. l. si eum 23. num. 3. in fine Costalius in l. Iulianus. 17. d. de rei vindic. Cuiac. lib. 31. Pauli ad edict. in l. 2. h. t.

4. Superioribus consequens est, quod ex Paulo subiicitur in l. 2. h. t. heredem qui pretium nondum exegit aut vendidit minoris dimidia iusti precij ita ut actio ex vendito eo nomine ei competat (sic enim ponendam spetiem contendit Cuiac. lib. 3. Pauli ad edictum in d. l. 2. quasi remedium l. 2. C. de rescind. unde iam iurisconsultorum tempore obtinuerit, quod probabilius negant Pinel. in d. l. 2. primâ p^te. c. 1. C. de rescind. Giffan. ibique st. 1. Castillo lib. 2. contr. c. 8. num. 1.) in id dumtaxat depositi teneri, ut actiones contra emptorem cedat deponenti, quia nec ultra dolo facit. d. l. quod si in diem. 16. §. idem Iulianus l. si quod possessor 31. d. de hered. petit. Plane si rem depositam nolit redimere et possit veluti si vendiderit sub pacto de retro vendendo l. 2. C. de pact. inter emptor. in id depositi tenetur, hoc enim ipso dolo facit dolus. 44. d. mand. siue ut lenius scriptum est in l. plane 3. h. t. non caret culpa lata scilicet, quae dolo proxima est, et simpliciter culpa appellatur ut in l. quod servus. 11. ubi Fulgos. infr. h. t. sed et si res deposita vel redemptione vel alia ratione in heredis potestatem pervenerit, et nolit reddere depositi actione cogetur, qua quamuis antè non tenebatur, quia bona fide vendiderat, tenebitur nunc quia dolo malo retinet d. l. plane 3. cuius haec est sententia non usque adeo vulgo intelecta, ut ait Fulgos. in l. per. num. 4. C. h. t. Barbosa in l. si alieno 12. num. 26. d. solut. matr. est est enim illud in actione depositi singulare ut

quamuis re sine dolo depositarij amissa cessare actio videatur, suscitetur tamen si res ad depositarium redierit, quasi tacite reuocato deposito propter bonam fidem l. 1. §. in de scribit l. si sine 20. h. t. cum tamen in alijs actionibus sit, in quibus cautio a debitore postulatur, quia quamuis res ad eum redierit non tenetur veteri actione l. si pro curatorem 8. §. ult. d. mand. l. 5. §. item si quis d. de cond. causã data. notant Cuiac. lib. 22. obser. c. 30. et lib. 18. Pauli ad edictum in d. l. si sine 20. ubi post classicos Faber. et in d. l. si pro curatorem 8. §. ult. quibus et aliud singulare quoque cum Cuiac. ubi proxime coniungimus, ut quamuis in seruum depositarium ob dolum in seruitute admissum depositi actio post manumissionem non detur l. 1. §. si apud seruum. d. h. t. quoniam ex contractu actio manumissum non sequitur. l. 1. et 2. C. an seruus ex suo facto si tamen post libertatem rem teneat nec redat depositi obligabitur, quasi deposito taciti reuocato ubi dolum presentem actio suscitetur l. si apud 21. d. h. t. ubi sic exponit et componit Faber, consentit Dottel. in l. 1. num. 8. C. an seruus pro suo facto Fulgos. in l. Pomponius 15. num. 5. d. de neg. gest. Cuiac. lib. 6. Pauli ad edict. ibidem quamuis aliter Pacius post Bart. cent. 4 quest. 76. Pichard. in § actionum quest. 20. num. 1. instit de act.

Extempor. dissertatio ad l. 2. D. ~~de novat~~ de cap. min.

Offert Universitati cum disputationi circumdominicus ille Ulpianus, cuius e libro 12. ad edictum fragmentum obtigit sorte explicandum utile potius quam subtile, nec laudi expers, neque fructus id ex verbis constabit quae a Triboniano, et eius adiutoris proponunt in l. 2. ff. de capite minutis. pertinet hoc edictum ait Ulpianus ad eas capitis minutiones, quae salva civitate contingunt. Caeterum sive amissione civitatis sive libertatis amissione contingat capitis diminutio cessabit edictum. Neque possunt ii penitus conveniri, dabitur ... actio in eos ad quos bona pervenerunt eorum ait praetor qui quae ve, postea quid cum his actum contractum ve sit capite minuti diminutive esse dicantur in eos, eas ve, perinde quasi id factum non sit iudicium dabo. his nisi memoria labemur verbis conceptum Ulpiani testimonium, quo nullum in hoc tractatu implicatius nullum ... pro captu explicabimus atque ad hunc locum legimus collegimus, selegimus, libenter proferemus ut in usum potius videamur dicere, potius quam splendorem et utilitatem tribuendi cum Plinio praetulisse gratiae placendi, absint superciliosi obtrectatores, qui ut hoc cum Apuleio dicam meliores obtrectare malunt quam imitari, et quorum similitudinem desperant, eorundem affectant simultatem. Vos autem spectatores ornatissimi capiendi afferte animum non carpendi, favete rectum cursum currenti nos Epinicia laeti canemus invidiae et pallori.

1 Interpretatur Ulpianus noster edictum urbicum ab honorarii iuris authoribus praetore nempe urbano in urbe propositum, quo se capite minutus debitor sit actiones summo iure amissae restituuntur. id ut dilucidius explicetur singula Ulpiani verba sigillatim lustranda a nobis sunt et illustranda, non levi opera sed ex professo ut et parafrasticae expositionis et accuratae interpretationis munia simul peragamus. proponit itaque Ulpianus edictum de capite minutis, cuius verba potius referuntur, sic accipiendum esse ut ad eas capitis diminutiones non pertineat quae salva civitate contingunt. quia sive civitatem, sive libertatem amittat ii qui capite minuitur cessat edictum. postulant autem suo velut iure haec Ulpiani verba, ut de capitis diminutionis speciebus quaedam proferamus, quae non invitis iuris consulti verbis afferri res, ut spero, docebit.

2 Esse autem capitis minutionem ut ab eiusdem definitione auspicemur prioris status permutatam docuit Caius in l. 1. hoc tit. Iustinianus in prio inst. eodem tit. qui mutatum esse scribit, idque ut rei naturae explicandae accommodatius probat magis Antonius Faber iurisprudentia Papinianea tit. 16. principio 2. et in d. l. 1. hoc tit. Cuius argutias discutiendas aliis relinquemus, nollem enim iurisprudentiae maiestatem ex solio ad ferulas descendere, et nugas tractare et nuces. huius autem capitis diminutionis tria genera sunt ut ab Ausonio non immerito inter triadas relata sit capitis diminutio in arguto illo de ternario numero ludo quod extat edilio ii, triplex libertas, capitis quoque minutio, triplex nos domesticum testem proferemus Iulium Paulum in § ult. h. tit. ubi paucis sed elegantissimis verbis rem complexus est, capitis (inquit) diminutionis tria genera sunt, maxima, media, minima. Tria enim sunt quae habemus libertatem, civitatem, familiam. igitur cum omnia haec amittimus hoc est libertatem et civitatem et familiam, maximam esse capitis diminutionem. Cum vero amittimus civitatem, libertatem vero retinemus, mediam esse capitis diminutionem. Cum et libertas et civitas retinetur, familia tantum mutatur minimum esse capitis diminutionem constat. quibus ex verbis tres capitis diminutiones colligimus, maximam ubi libertas amittitur, mediam ubi civitas duntaxat, minimam ubi familia mutatur. firmat exemplis Iustinianus in § maxima inst. de capitis diminutione, et illustrant late

Adstipulantur Festi Pompei verba lib. 4. de verb. signif. ibi diminutus capite appellabatur qui ciuitate mutatus est, et qui ex alia familia in aliam adoptatus, et quilibet alteri mancipio datus est, et qui in hostium potestatem venit, et cui aqua et igne interdictum est.

post Clasicos in his locis Petrus Nanius lib. 9. miscelaneorum c. 12. Guillermus Fornerius lib. 1. selectarum c. 26. duarenus ad hunc tit. et lib. anniuers. disput. c. 9. Donel. lib. 3. comment. c. 24. lib. 6. c. 16. et lib. 21. c. 9. Ant. Fab. in iurisprud. tit. 26. princ. 1. illat. 1. cum segg. Brisonius lib. 3. de verborum significatione verbo capite minutus cum innumeris alys quos pleno vt solet orreo admetitur Illigerus industrius interpretum nomenclator lib. 21. comment. c. 9. litt. C. quorum scripta non transcribo. Adstipulantur Festi Pompeij verba lib. 4. de verborum significatione ibi, diminutus capite appellabatur qui ciuitate mutatus est et qui ex alia familia in aliam adoptatus, et quilibet alteri mancipio datus est, et qui in hostium potestatem venit, et cui aqua et igni interdictum est.

Hæc cum ita sint aparet iam quod Vlpianus noster scribit edictum hoc de capite minutis ad eas capitis diminutiones non pertinere, quæ salua ciuitate contingunt, quales sunt media et maxima capitis diminutio quibus libertas aut ciuitas amittitur, eius tamen sententiæ ratio vt dilucidius cognoscatur necesse est in verso Vlpiani verborum ordine prius edictum, quod ab eo in huius responsi calle proponit explicare, vt proinde liquere posset cur id edictum ad mediam maximamque capitis diminutionem non pertineat, ait edictum; Qui quæ ve capite diminuti, diminutæ ve esse dicentur postea que quid cum his actum contractum ve sit in eos, eas ve perinde quasi id factum non sit iudicium dabo. quibus verbis pollicetur prætor in eos actionem se daturus, qui postquam ex negocio cum his gesto obligari cæperunt, capitis diminutionem passi sunt. Hanc enim esse illorum verborum sententiam iudicium dabo in comperto et confesso est apud eos, qui plerumque his verbis prætoris in edictum vti solitos quoties actionem et iudicium apud quem eadem proponeret se daturos pollicebantur. Vt probari facile potest ex innumeris veterum prætorum edictis, quæ in pandectis passim occurrunt

Moneo breuiter verba illa, actum, gestumve sit coniungi a prætore, vt omne actum, contractum, et gestum complectatur, quamuis non ineleganter separari soleant, vt deprehendi leui opera potest ex his quæ de horum verborum differentiâ docent Vlpianus in l. Labeo. 19. Caius in l. Lucet. q. 8. ff. de verb. significat.

veluti in l. 3. ff. de sepulchro violato, ibi prætor ait, cuius dolo malo sepulchrum violatum esse dicitur in eum in factum iudicium dabo. l. eo tempore. 40. § etiam. ff. de peculio ibi. et ideo qua ratione si post actionem dictatam seruus pecuniam exsoluerit non magis potest repetere quam si iudicium dictatum non esset. et obseruant ex alys locis Duarenus in l. iuris gentium 7. § et ideo ff. de pactis. et ad tit. ff. de iudicys. cap. 1. Cuiac. et cæteri institut. expositores in princip. inst. de actionibus, Donelus lib. 24. comm. c. 1. Barbosa in l. si longius. ... § si filius famil. ff. de iudicijs. et ex Asconio docet Reuardus lib. singulari pro tribunali c. 11. / Ex qua obseruatione obiter et velut in transcursu fax præferenda est Vlpiani obscurrissimo testimonio, quod legimus in l. vn. ff. si quis ius dicenti non obtemp. vbi ita scribit, omnibus magistratibus non tamen decemviris secundum ius potestatis suæ permissum est, iuris dictionem suam defendere pœnali iudicio coniecit huius loci difficultas interpretes fere omnes ex tot interpretationum angustijs vt innumeris earum commentis impedierint rem potius quam expedierint, est enim difficile quod Vlpianus scribit decemviris non permitti iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio, cum decemviri magistratus municipales fuerint consulibus Romanis persimiles, vt colligitur ex l. 1. § si inter ff. de magistr. conueni. l. in honorarys. 31. ff. de oblig. et act. recteque contra Accursianos docent præter laudatos ab Hiligero lib. 17. ad Donelum c. 7. litt. R. et segg. Barbosa in l. 2. § vlt. n.º 49. et segg. ff. de iudicys. Alexander ab Alexandro lib. 3. generalium dierum c. 1. Cuiac. lib. 1. Pauli

l. un. si quis ius dic. n. obtemp.

Pauli ad edictum in l. ea quae 26. ff. ad municip. Petrus gregorius lib. 48. Syntag. c. 26. et duobus seqq. Constat autem decemviros et iurisdictionem habuisse et potuisse pignoribus captis aut corporali castigatione non parentes coercere. l. quemadmodum. 29. ff. magistratus. ff. ad l. aquil. l. item. 15. §. unde quaerit. ff. de iniurijs. l. in magistratibus. 12. ff. de iurisdictione. Quare omissa interim emendatione Peronij, cuius meminit Hilig. ad donel. lib. 15. comment. c. 24. litt. S. Accursij in d. l. vn. glossa 1. qui pro non tamen, non tantum, reponunt, et coarguit Antonius Aug. ne in his aut alijs Marnoi ut dici solet, Apologijs confutandis immoremur. Mitto interim expositiones alias, quarum meminit Barbosa in d. l. 2. §. ult. num. 47. cum seqq. ff. de iudicijs. Cuiac. in recitationibus prioribus et posterioribus ad tit. ff. si quis ius dicenti non obtemp. faber et Coninarius in d. l. vn. Jasius lib. 1. intellectuum singul. c. 2. Pancirola lib. 2. thesauri Variarum lect. c. 16. Opinor potius ideo decemviris non licere iurisdictionem suam defendere, parali iudicio, quia iudicij verbo in d. l. vn. in princ. et §. ult. actio significatur ut et a non hoc edicto de capite minutis actiones aut non romano iure neque impetrari, neque dari poterant nisi a romanis magistratibus veluti praetore. l. 2. §. deinde ex his legibus. ff. de origine iuris. l. si finita. 15. §. ellegantiae. ff. de damno infecto. l. ult. de impetrationibus sublatis. Haec autem pura puta est, nisi palatum meum prorsus obsurduit eius loci interpretatio, tamen licet benevoli obiurgatores praepropere, aut immature de iure civili censere hominem in hoc studio non senem, ut Joveani verbis utar.

4 Pollicetur itaque praetor actionem seu iudicium se daturum siquis capite minutus sit, hoc autem edictum ut id e vestigio admoneamus non generaliter actionem tribuit, sed certis dumtaxat conditionibus, quas breviter perstringemus. Cum itaque olim inter alias restitutionis causas recenseretur capitis diminutio. ut aparet ex l. 2. ff. de in integr. restitut. ibi sive per status mutationem, sive per iustum errorem. non tamen pertinuit haec restitutio ad omnes capitis diminutiones species, ut ijsdem saltuatim percursis aparebit. Primum autem sciendum est loquinos posse aut de creditore capite minuto aut de debitore, si creditor capite minutus sit, vere affirmare possumus cessare edictum de capite minutis, quippe si maximam, aut mediam capitis diminutionem patiatur. veluti si servus poenae effectus sit aut in insulam deportatus, bona in publicum rediguntur, et ad fiscum vel aerarium pertinent, et satis superque manifestum est. actiones autem quae creditori competierant cum bonorum universitate ad eos transferunt, ad quos caetera bona pervenerint ut Ulpianus noster significat, Julius Paulus in l. tutela 7. §. penult. ff. h. tit. Si vero minimam capitis diminutionem patiatur creditor, aut si arrogatus sit, cum capite fortunas quoque suas in familiam et domum arrogatoris transfert, utique ipsis verbis a Papiniano scriptum legimus in l. pen. §. testamento facto. ff. de bonorum posses. secu. tab. aut si emancipatus sit ob imaginari servitutis causam in quam deducit actiones siquae competierant filiofamilias veluti iniuriarum, aut similes amittit summo iure, utroque autem casu cessat aequitas restitutionis, quia si maximam vel mediam capitis diminutionem patiatur, creditor cum id plerumque ob personae flagitium fieri soleat. restitutionis auxilium non meretur, quia male meritus publice ut exemplo alijs ad deterrenda maleficia fiat, etiam egestate laborare debet, ut is auro contra comparandis verbis docet Tryphoninus in l. bona fides. 31. ff. depositi. In creditoris itaque persona edictum hoc de capite minutis locum non habet ut argute considerat donelus lib. 21. com. c. 9. Antonius fab. in iurisprud. tit. 26. princ. 1. illatione 7. quamvis interdum creditori capite minuto actionem conservare posse, aut restitui contendat exacti iudicij et prorogata authoritatis iuris. Coninarius vero in recitationibus ad hunc locum de quo postea.

Superest ut videamus an in debitore capite minuto generaliter et indistincte edictum admittendum sit. in qua specie versatur praecipue Ulpiani disputatio. docet autem Ulpianus multum interesse an debitor capite minutus sit, ita ut vel civitatem, vel libertatem amitteret; an vero salva civitate. priori casu cessare edictum scribit,

posteriori non. Vtiq[ue] vtrius[que] rei ratio e reconditis ciuilis prudentiæ penetralibus arcessenda, et ut ad eam speciem adæquate dictum pertinet, prius explicemus, Sciendum est eam capitis diminutionem salua ciuitate contingere, quæ familiam dumtaxat adimit, veluti cum filius familias emancipatur, et in imaginariam seruilem causam deductus patriæ potestatis nexibus exsoluitur, aut cum pater familias arrogatur. In vtroq[ue] autem minimæ capitis diminutionis exemplo summo ~~vici~~ iure actiones quæ aduersus debitores capite sic minutos competierant extinguebantur, quia cum capitis minutione status mutatur alius quoq[ue] homo intelligitur debitor post capitis diminutionem vt proinde qui cum filio familias vel patre familias contraxit si is postea emancipatus vel ille arrogatus sit dicere non possit suum eum debitorem esse præcipue cum olim romano iure filius familias emancipatus nomen mutaret, et pater familias arrogatus in arrogatione familiam ita transiret vt eiusdem postea familiæ nomen acciperet veteri amisso, vt de Claudio Scipione et Octauio adnotauit in Tacitum Lypsius lib. 12. annalium. Reuardus de auctoritate prudentum. c. 6. itaq[ue] cum vetus actio minima capitis diminutione perimeretur necesse prorsus fuit vt ~~creditor~~ prætor creditoribus subueniret, quia non suo facto, sed debitoris voluntate pristinam actionem amiserant cum verum vetus[que] sit quod crebro iuris et æquitatis consulti nobis ingerunt, nunquam ex alieno facto deteriorem eius conditionem fieri debere, cui nichil imputari potest. vt vulgo colligunt ex. l. 1. ff. de alienatione iudicij mut. cau. fac. l. Caius 39. ff. de pignoratitia actione. eamq[ue] rationem subtiliter vt solet excogitauit acutus ille nouator Antonius Faber in iurisprud. d. tt. 16. princ. 2. illat. 7. et princ. 2. illat. 1. 2.

Loquimur autem tam de minima capitis diminutione quæ per arrogationem accedit, quam de cæteris, quia quamuis in arrogatum debitorem actionem ex hoc edicto non restitui contendat donellus nerouse. d. l. 21. com. c. 9. verius tamen est ad vtramq[ue] speciem edictum pertinere, vt signanter indicat Vlpianus noster in. §. vlt. huius legis, et obseruauit Hilligerus donelli in hoc capite notator potius quam adnotator d. lib. 21. c. 9. litt. C. Ant. Fab. in. l. tutelas. 7. §. pen. ff. h. tt. l. cum seruo. 107. ff. de regulis iuris. l. quoties. 13. ff. si quis cautionibus.

Difficilius sane est, et impensiori cura dignissimum quod Vlpianus noster scribit non pertinere hoc edictum ad eas capitis diminutiones quibus libertas aut ciuitas amittitur, quippe si rem ex necessitate restitutionis æstimemus, plus[que] manifestum est æque ne dicam magis necessarium esse hoc edictum maximis et medijs capitis diminutionibus atq[ue] in minima q[ue] quoadmodum hac mutatione familiæ actiones intercedunt ita mutatione libertatis aut ciuitatis, cum aduersus seruum, vel peregrinum non magis actio competere possit, quam aduersus deportatum, et is maxime alius homo, videtur q[ue] ex libertate in seruitutem eruditur argumento ducto ex. l. seruus legatus 27. in fine. ff. de adimendis legatis. l. qui res. 98. §. aream. ff. de solutionibus. sed etsi hæc exigere videantur vt edictum hoc ad omnes capitis diminutiones producatur, ex aduerso tamen nos vocat alia iuris ratio naturali æquitate suffulta quæ præscribit, et velut in auriculam insibilat iniquum esse aduersus eum actionem restitui, qui amissis bonis et ciuitate relicta nudus exulat vt interim meo iure vsurpem Pauli verba, quibus ille superiorem sententiam confirmat in. l. tutela. 7. §. vlt. ff. h. tt. præcipue cum aduersus eos qui debitoris bona consecuti sunt experiri creditor possit veluti aduersus dominum serui, d. l. tutela. 7. §. si libertate ff. h. tt. vel aduersus fiscum, qui plerumq[ue] deportato succedit. l. 2. Cod. ad. l. Juliam de vi, idq[ue] est quod Vlpianus noster significat non obscure illis verbis; dabitur plane actio in eos ad quos bona peruenerunt eorum. obseruant ~~donel~~ lib. 21. com. c. 9. Duarenus in paraphrasi ad hunc tit. in fine. Baconius lib. 1. declarat. c. 26. ~~declarat~~. 16. n. 11. Ant. Fab. d. tt. 16. princ. 1. illat. 7. et in. d. l. tutelas. 7. §. vlt.

Verum etsi non inficiar superiorem differentiæ rationem non minus operoso molimine defendi posse. michi tamen serem ex germanis ciuilis prudentiæ elementis explicare volumus, aptior alia, et vlpiani ac prætoris acommodatior excogitari posse videtur; cum enim prætor actionem suie iudicium polliceatur, vt supra exposui, actiones autem omnes statæ, solemnesq[ue] Romanæ reip. more a Romanis dumtaxat ...

magistratibus impetrari solerent. d. l. 2. §. deinde ex his legibus ff. de origine iuris. l. si
finita. 15. §. eleganter. ff. de damno infecto. l. ult. Cod. de form. et impetratione act. sublat. re
fragatur iuri ratio quominus aduersus eum qui capite minutus est actionem prætor resti-
tuat, quia cum is ciuis Romanus non sit fieri non potest ut actione ulla a magistratu Ro-
mano impetrata et ex romani iuris principijs orta conueniri possit, quod in minima capitis
diminutione non accidit, quia neq. ciuitatem, neq. libertatem adimit. Huius autem rationis
auctores laudare possumus Ulpianum et Paulum ciuilis prud.ª [illegible] Modestino credimus
Coriphæos. quorum Paulus in l. tutela. 7. §. si libertate hoc. tit. ita scribit. si libertate ad-
empta capitis diminutio subsecuta sit nulli restitutioni aduersus seruum locus est, quia neq.
prætoria iurisdictione ita seruus obligatur ut cum eo actio sit, ac ne peregrine emendicemus
testimonia cum domestica suppetant, subscribit hoc ipsum Ulpianus noster in hac. l. 2. ubi
cessabit edictum, neq. possunt hi penitus conueniri; ut inde Ulpianus ipse nodum nexuisse
et explicasse videatur licet ipse tridenti et vastas aperit sortes, et temperat æquor

7 Exposuimus hactenus Ulpiani verba, et allata verissima
differentiæ ratione edictum de capite minutis ad satim explanauimus occasione multa ut solent
[illegible] inferunt ex Accursianis albericus Bartholus et Baldus alienissima a
mente prætoris et Ulpiani verbis, quale illud est quod Albericus disputat, an debitore deportato
bona extra territorium collocata ad eundem fiscum pertineant. de qua videndi Iulius Clarus
in pract. quæst. 72. vers. sed hic quæro. farinacius de delictis. 1. tom. 1. p. q. 29. num. 101.
Subtilior et alia quæstio, quam post Accursianos excogitant donellus lib. 21. c. 9. goueanus lib.
2. var. c. 22. Baconus lib. 2. declarat. 16. Cuiac. ad Ulpianum. tit. 10. §. ult. duarenus
ad hunc tit. Faber in iurisprud. tit. 16. princ. 1. illat. 9. qui sentiunt emancipationem capite
minui. Verum ut ad interiora pedem promoueamus, defendamus oportet Ulpiani sententiam
ab incurrentium dubitationum machinis, quibus funditus euerti videtur obstat autem quo
minus apertis ut dici solet carceribus progrediamur obscurum Calestrati testimonium a
multis recte expensum, a paucis recte expositum in l. cognitionum. 5. §. consumitur. ff.
de extraord. cognit. cuius hæc verba, consumitur vero quoties magna capitis minutio interue-
nit, idest cum libertas adimitur veluti cum aqua et igni interdicitur, quæ in persona deporta-
torum euenit, vel cum plebeius in opus metalli, vel in metallum datur. Hæc Calestrati verba
in quibus explicandis vulgatis valere iussis proferam forsam inuulgata, et multa ex nostra
tenuria (fas sit apud vos sic loqui) oreatio nondum dicta. eius loci difficultatem agnos-
cunt facile omnes. Cum enim media capitis diminutionis, quam minorem quoq. vocamus
notissimum exemplum in deportatione proponi soleat. §. minior inst. de capitis diminut.
Ideircoq. Ulpianus noster scribat in præsenti alias capitis diminutione [illegible], quibus li-
bertas amittitur, alias quibus ciuitas, et in utrisq. cessare edictum difficile, et a Romani
iuris principijs alienissimum prima fronte videtur quod Calestratus docet magnam capitis
diminutionem accidere cum libertas adimitur, eiusq. extare exemplum interdictione
aquæ et ignis, quæ in persona deportatorum euenit, eius autem difficultatis profligandæ
causa multa [illegible] comminiscuntur interpretes, ut aparet ex his quæ ad eum locum scribunt
Brisonius de ritu nuptiarum: pag. mihi. 220. Equinarius Baro in. l. imperator. 28.
ff. de statu hominum, duarenus ad. h. tit. pag. mihi. 123. lib. 1. disp. anniuers. c. 9.
Reuardus lib. 3. var. c. 5. ant. fab. in. l. 5. h. tit. et in iurispr. tit. 16. princ. illat. 3. Bri-
son. de ritu nupt. lib. sing. pag. 210. Osualdus ad donel. lib. 21. Com. c. 9. litt. A. quorum
interpretatione non moramur, reuocaremini nos Calistratus, quem immerentem
tot emendationibus vexarunt interpretes, ut nisi primo quoq. tempore fiat satis
impetrari ab eo non possit, ne cum interpretibus agat malatractationis, serò a professo.

ita ut ciuitatem vel libertatem amittat.

Subtilior et utilior est alia quæstio quam post accursianos exagitant donel. lib. 21. c. 9. goueanus lib. 2. var. c. 22 Bacon. lib. 2. declarat. 16. Cuiac. ad ulp. tit. 10. §. ult. duar. ad hunc tit. fab. in iurispr. tit. 16. princ. 1. illat. 9. qui sentiunt emancipationem capite minui.

professoribus huius academiae probari potissimum fabri sententiam d. illat. 3. quam quam prehendisse videtur Cuiacius in posthumis illis recitationibus lib. 11. Pauli ad edictum in l. 9. ff. amiss. h. tt. Michi tamen placet magis eiusdem Cuiacij sententia lib. 6 seru. c. 10. et in prioribus notis ad inst. tit. tit. in §. minor inst. de capitis diminut. quam praeripuit Goueanus lib. 2. var. lect. c. 11. docet autem Cuiacius inspectis Romani iuris incunabulis duplicem libertatem esse, aliam ex iure gentium, aliam ex iure Quiritium, libertatem ex iure Quiritium cum dicimus ~~libertatem~~ Romanam ciuitatem intelligimus, cui tot olim honores et priuilegia iuncta, ut proprie liber homo dici non possit, qui ciuis Romanus non erat, ut expressit Cicero pro Cecina his etsi semel ciuitas adimi potest, retineri libertas non potest, qui enim potest iure Quiritium liber esse is qui in numero Quiritium non est? Liuius lib. 41. dec. 5. Sed ut ita seruatum esset negabat Claudius suffragij lationem in iussu populi censorem cuique homini nedum ordini vniuerso adimere posse ideo omnibus quinque et triginta tribubus emouere posse, idest ciuitatem, libertatemque adimere. Libertatem autem ex iure gentium eam dicimus quam crebro et simpliciter libertatem appellant nonnulli iuris auctores. extat autem haec libertatum distinctio dilucide comprehensa a Iustiniano in §. vlt. inst. de libertinis ibi. Libertinorum autem status tripartitus antea fuerat, nam qui manumittebantur modo maiorem et iustam libertatem consequebantur, et fiebant ciues Romani, modo minorem &c.a quibus ex verbis luculenter constat libertatem iustam siue maiorem appellari eam, quae ciuitatem Romanam adiunctam habet, ut proinde temere scripserit Ant. Faber commentitiam esse hanc libertatis distinctionem, neque ullo iuris loco probari posse, cum in eam rem locupletissime sint superiora Iustiniani verba, et si a nemine (quod sciam) ex industrijs tot interpretibus animaduersam. haec si vera sunt, verissime scribit Callistratus libertatem amitti deportatione, et damnatione in metallum nempe, quia deportatus cum ciuitatem Romanam amittat iure Quiritium liber non est, damnatus autem in metallum cum in seruitutem redigatur iure quoque gentium liber esse desijt.

Cuius verba oscitanter perlegisse videntur interpretes.

Ex qua obseruatione immitti lumen potest subobscuro Martiani fragmento in l. seruorum 5. §. vlt. ff. de statu hominum. Vbi Martianus his verbis usus est. ex hoc quaesitum est si ancilla praegnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta, aut expulsa ciuitate pepererit, liberum, an seruum pariat? et rectius probatum est liberum nasci, et sufficere ei qui in vtero est liberam matrem vel medio tempore habuisse, deploratum autem et desperatum esse hunc Martiani locum clamat Reuardus lib. 4. var. c. 3. quia cum hypothesis proposita sit in ancilla, quae praegnans manumissa est et expulsa postea ciuitate, hoc est, per deportationem ad peregrinitatem redacta peperit, frustra quaeritur liberum, an seruum pariat, quia deportata cum ciuitatem dumtaxat amiserit liberum partum edere debet, non seruum, idcircoque deletilem spongiam affert, et interpolatis Martiani verbis veterem vtis affirmat nouam ut credi par est lectionem stabilire conatur. Verius tamen est quod et a Goueano lib. 2. var. lect. c. 11. et a Cuiacio in notis ad princ. inst. de ingenuis recte obseruatur proponi a Martiano in deportata quaestionem an liberum pariat, quia liberi hominis verbo ciuem Romanum intellexit iuxta elegantem illam libertatis notionem, quam hactenus et tenebris antiquitatis eruimus; docet autem Martianus ciuem Romanum nasci, quia benigna interpretatione sufficit ei qui in vtero est liberam matrem vel medio tempore habuisse.

Deinde ex eadem circa mediam capitis diminutionem animaduersionem extra vulgatam litteraturae captum interpretari michi posse videor misere deturpatum a glossematarijs Vlpiani locum in l. ex facto 17. §. si quis [illegible]

Rogatus ff. ad Senatus C. Trebell. vbi ita scriptum est, siquis rogatus fuerit filijs suis, vel cui ex his voluerit restituere hæreditatem, Papinianus lib. 8. responsorum scribit etiam deportato ei tribui elligendi facultatem, cui liber factus fidei commissum restitui vellit. Hæret aqua in his verbis purgatoris iu dicij interpretibus, ex quibus diligentissimus Curacius ille lib. 3. obseru. c. 10. humanius agi cum Vlpiano censet, si corrigatur potius quam corripiatur. ideoque pro illis verbis cui liber factus, reponit, cui liberorum, quasi deportato dici non possit liberum eum effici, cum liber semper sit. Michi tamen quamuis subtile hoc Curacij acumen vtraque manu amplecti sciam Antonium fabrum in l. amis. siones ff. h. tt. et retinere eumdem Curacium in l. cum pater 77. §. hæreditatem ff. de leg. 2. expeditius tamen minori que receptissimæ lectionis ex dispendio explicare posse vi-detur, [ex]ta superiorem obseruationem vt deportatus liber effici videatur quoties indulgen-tia principis in ciuitatem romanam restituitur, quam libertatem proprie appellari superioribus locis proditum est, vt alias eius loci difficultates omittam, quibus facere satis conantur Curac. lib. 8. respons. Papin. in d. l. cum pater. 77. §. hæreditatem Emanuel Costa lib. 1. selectarum. c. 2.

Lib. 8. resp. Papiniani.

Ex superioribus facile apparet verissimum esse quod Vlpi-anus noster profatur pertinere hoc edictum ad eas capitis diminutiones quæ salua ciuita-te contingunt, non ad eas quibus ciuitas vel libertas amititur, quod tam in maxima quam in media euenire posse aliter atque aliter accepto libertatis verbo luculenter ostendimus. Ex hac autem sententia enodandum est enodatissimum Vlpiani placitum in l. sed si alios. 5. §. 1. ff. de bonis damnatorum. vbi docemur ex Marcelli sententia deportata filia famil. non dissolui matrimonium deportatione, idque alijs quoque locis proditum extat, vt aparet ex l. res vxoris. 24. v. sin autem Cod. de donat. int. vir. l. 1. Cod. de repudijs. cum alijs; subijcit ta-men Vlpianus patrem filiæ familias deportatæ de dote actionem instituere posse si ea vxoris affectionem retinere nollet. si vero mater familias sit post deportationem maritum dotem retinere posse. dissoluto vero matrimonio posse eam agere quasi humanitatis intuitu ho-die nata actione, vt his ipsis verbis docet Vlpianus, in quibus explicandis æstuant glosamato-rij, obnititur enim iuris ratio quæ docet debitore, aut creditore capitis diminutionem passo intercedere actiones omnes quæ eidem competierant, quo fit vt mulierem per deportationem capite minutam de dote quoque actio in eius persona extinguatur, et ad fiscum transferatur quem de-portatorum bona secuntur; illud autem asyllum quod apertum nobis videbatur Vlpianus in postremis eius loci verbis obstruere data velut opera Papinianus videtur in l. inter socerum 26. §. vlt. ff. de pactis dotalibus. quo loci disertis verbis testatur patre qui familia nupta si ea matrimonio constante in suum obijsset dotem dare stipulatus est; si capite minutus sit actionem ex stipulatu non habere, quippe eam ad petendum dotem cum cæteris patris bonis fis-co quæritur, idque expressit Marcianus in l. sed et si dotem. 10. ff. de bonis damnatorum.

adhibita regula illa lesiua quam quam tot iuris consultorum responsis explicandis accommodabimus.

Pugnant Andabatorum more clausis oculis iurisconsulti superioribus locis, et implacabiliter a deo serram reciprocant, vt et si omnes interpretes sua posuerint castra suos intenderint ingenij cornopeos, nihil tamen aliud egisse vi-deantur, quam vt inglorij re infecta discesserint. rei tamen explicandæ causa sciendum est muliere quidem deportata summo iure extingui debere de dote actionem, et fisco trans-ferri, quia capitis diminutione plerumque actiones perimuntur ex l. si mandauero 22. §. is cuius. ff. mandati, de quo postea latius; idcirco que si mulier constante matrimonio de-portata sit, actio de dote summo iure ad fiscum pertinet, vt nominatim scriptum est in l. si constante

29. §. ult. ff. soluto matrim. l. ademptis Cod. de sententiam passis, quia quamuis de dote actio nondum nata sit ante finitum matrimonium, pertinet tamen ad fiscum quamuis post deportationem nascatur, quia cum conditio semel impleta retroduci soleat l. potior. 11. ff. qui potiores in pignore habeantur perinde habendum est, ac si antea deportationem nata esset, qua non ne moueri forsam potuit Papinianus in d. l. inter socer. §. ult. ff. de pactis dotalibus, ut expendunt Alexander in l. si marito. 28. n.° 2. ff. soluto matrim. Romanus singulari. 164. et in l. si constante. 29. n.° 11. ff. soluto matrim. Simancas in catholicis institutionibus tit. 9. n.° 11. itaque cum ex sub dura iuris subtilitate muliere deportata actio ad fiscum pertinere deberet humanitate sugerente prastantissimus eiusdem assertor Vlpianus scribit in d. l. sed si alia. 9. §. ult. cessare in proposita specie retentionem illamque de dote actionem fisco tribuere videbatur, quasi ut idem ait humanitatis intuitu hodie nata actione, hoc est quasi actio de dote non constante matrimonio, quo tempore mulier deportata est, sed post diuortium nata videatur, quo tempore quasita bona fiscum sequi non possunt. Vt probat insignitus Vlpiani locus in d. l. si mandauero. 22. §. is cuius. ff. mandati, explicant et ad plerasque alias forensi usui accommodatas quastiones producunt Gomez. Tomo. 3. var. c. 14. n.° 2. copiose Barbosa in l. si constante. 29. n.° 19. ff. solut. matr. Petr. Fab. lib. 2. sem. c. ...

Obloquitur tamen aliud Papiniani responsum in d. l. inter socerós. 26. §. ult. ff. de pactis dotalibus. ubi magnus ille iuris antistes in eadem pene specie tur deportata muliere actionem de dote ad fiscum pertinere. Vt re mouet Ruinus in l. si quis arbitratur §. ult. ff. de verborum oblig. Cuiac. lib. 27. obseru. c. 1. Fabrum l. eas. 2. ff. de cap. min.

Supperioribus illud addimus, etsi ab his pratermissum, non fugisse Vlpianum in d. l. sed si alia. 9. §. ult. ad humanitatis latebras, quia cum capitis diminutione creditoris regulariter actio extinguatur, et edictum de capite minutis ad restitutionem actionis in persona creditoris non pertineat pracipue quoties maximam, aut mediam capitis diminutionem patitur creditor vel debitor nullo plane auxilio subueniri mulieri posset, si amitti semel actionem fateremur, quia ea neque creditori ullo casu, neque aduersus debitorem deportatum restituitur, et ideo multo melius longe, et subtilius est submota retractionis fictione veritatem inspicere, ut perinde habeatur quasi actio post deportationem nata sit, ex quibus aparet lati plane erroris et inscitia, aut incuria non ferenda damnari posse ... narium qui in commentariis ad Vlpianum nostrum contendit hoc edictum pertinere non numquam ad creditorem capite minutum adducto in eam rem Vlpiani locum in d. l. sed si ... 9. §. ult.

Deinde ex edicti sententia nunc forsam animaduerto inspectione esse scitu dignissimum an hoc edictum vel necessarium vel utile sit futurum in capite illo et veterumque quoque prudentum concertationibus agitata quastione de potestate soluendi adiecto capite minuto, de qua ne alienam quercum excutiamus videndi post primarios illos magistros Papinianum, Africanum et Iulianum l. cum quis. 38. l. Stichum 95. §. usum fructum. ff. de solutionibus. l. cum qui ita. 56. §. qui sibi ff. de verb. oblig. Donellus in d. l. cum qui ita §. qui sibi, Duarenus et Cuiacius ibidem. Cuiac. tit. 7. ad Africanum in d. l. cum quis ... nelus lib. 16. com. c. 10. Ant. Fab. lib. 3. coniect. c. 10. Brissonius de solut. lib. 1. pag. 170. In hac itaque quastione subtiliter disputari potest an si filius familias idemque adiectus a patre emancipatus sit, et per emancipationem capite minutus vel utile vel necessarium sit edictum de capite minutis in persona patris dubitandi ratio nascitur ex peruulgato iuris principio, quo docemur debitore capite minuto actiones omnes quibus is obstringitur confestim euanescere, quo fit ut in hac specie pater, qui sibi solutionis causa filium adiecerat amisisse mandati actionem videatur, qua a filio emancipato veluti ab adiecto solutam pecuniam consegui poterat, iuxta Scauola sententiam in l. Iulianus ff. 32. §.

8\. Cum autem inter munera personalia quędam sint honoribus conexa et cohęrentia, ad quę vacatio munerum simpliciter concessa extendi non solet l. cui muneris 12. D. de muner. nauicularij tamen quandiu annonę seruiunt etiam ab honoribus quibus onus annexum est, immunitatem habent d. l. pro commoditate 7. l. omnes 17. h.t. in C. Theod. unde cum decurionatus honor sit, cui multa onera muneraque coniuncta iure Romano l. non tantum 11. cum l. seq. D. de decurionib. l. a decurionatu 5. D. de vacat. muner. nauicularios ab eo excusari placuit l. seuerus 9. in fine D. de curion. l. de latam 16. iunctâ l. 19. et 25. h.t. in C. Theod. adeo ut etiam si ex decurionum corpore nauicularius assumptus sit, perinde immunitate fruatur iuxta textum sic intelligendum in l. 5. iunctâ l. 14. h.t. in C. Theod. cui obstat l. curiales 149. de decurion. in eodem C. et e conuerso si nauicularius honorem decurionatus sponte susceperit quasi tacitâ renuntiatione, immunitatem amittit d. l. semper 5. §. ult. D. de iure immunit. l. 1. cum seq. sup. de his qui sponte publ. mun. subier. lib. 10. quia quamuis hęc immunitas et cętera priuilegia nauiculariorum publicę utilitatis fauore subnixa sint, quę in transportanda annona versatur, ut notauimus suprà num. I. et ideo eis priuato facto aut pacto renuntiari non possit l. quod de bonis 15. §. 1. D. ad leg. Falc. l. Neratius 20. D. de religios. l. 2. ne rus ticani ad ullum obseq. inf. h. lib. c. si diligenti 12. ext. de foro competente

privilegio fori quo navicularij gaudebant, itaapud præfectum annonæ conveniri, neque renuntiare non poterant l. siquis 12. h.t. in C. Theodoz. iuncta l. unic. de his qui veniat. impetr. in eodem C. l. 1. §. sed ex contrario d. de exercitor. act. in decurionibus tamen propria et perelegans ratio est, quia cum decurionatus honor sit cui totius reipublicæ administratio et civilium munerum distributio commissa est, ut in Authent. 78. de decurion. in princ. Novella Maioriani l. decuria libus adeo ut inter cætera publica munera, annonam etiam curare, et frumentum publice sumere (quod hodie vocamus pan del posito) in singulis civitatibus comparare et distribuere ipsis incumbat l. non debere 8. d. ad municip. l. decuriones 5. d. de administr. rer. ad civit. pertin. l. 3. d. ad leg. iul. de annona l. 9. tit. 5 lib. 7. compil. notat Berter. Pithanôn diatr. 1. c. 10. Valenç. lib. 7. de imperio c. 5. Bovad. lib. 3. polit. c. 3. num. 64. in fine et num. 79. quoties naviculariis decurionatum agnoscit non tam privata ipsius renuntiatio quam publica alia utilitas, per quam decurio factus multis civilibus muneribus et ad annonam etiam pertinentibus subijcitur ei immunitatem adimit.

Præterea hæc immunitas naviculariorum ad munera omnia patrimonialia et mixta pertinet d. l. semper 5. §. negotiatores ubi Accurs. verbo liberentur l. 5. l. omnes 17. h.t. in C. Theod. et ideo non solum à muneribus et præstationibus, quæ in singulis civitatibus earum utilitate vel necesitate exigente patrimoniis imponuntur, sed etiam ab ordinariis collationibus et tributis immunes sunt quandiu annonæ serviunt d. l. 5. d. l. omnes 17. et ex tacito lib. 3. annal. probat petr. Faber. lib. 1. semestr. c. 25. unde a lustralis auri collatione de qua supra num. 1. naviculariis mercatores excusabantur ut plerorum, quem sic interpretor in l. solos 23. iuncta l. seq. l. delatam 16. h.t. in C. Theod. et ista forsitam occasione, de naviculariis et lustrali collatione rubrica nostra simul inscribitur. denique huc etiam pertinet regium ius nostrum, quo captum est naviculariis exteros frumentum ex transmarinis provinciis Hispalim apportantes et vendentes a solutione vectigalis quod decimam venditionis vocamus sive alcabala immunes esse l. 86. tit. 18. lib. 9. compil. cuius argumento duo in praxi colligimus aut intelligimus, primum est immunitatem hanc à gabella intra limites personarum et loci de quibus in d. l. 86. coarctandam esse, et ideo nec ad alios transmarini frumenti venditores aut portitores pertinet præter exteros naviculari(o)s, nec ad eos quidem nisi in venditione frumenti per mare Hispalim transvecti, non si aliunde aut ad alium portum attulerint, ut notant Lassarte de decima vend. c. 10. nº 64. Gutierez de gabell. c. 78. num. 9. Bovad. lib. 3. polit. c. 3. num. 58. Accedo in d. l. 86. secundum est hodie naviculari(o)s quandiu annonæ serviunt, excusari quidem à muneribus personalibus, ut diximus supra num. 7. et à patrimonialibus et mixtis illis quæ populorum ipsa utilitas vel necesitas inter cives singulos iuxta patrimonij modum distribui suadet, qualia sunt, quæ referuntur in l. si pendentes 27. §. siquid cloacarij d. de usufr. cui iungendus Brison. lib. 3. select. c. 11. non tamen a tributis vectigalibus regis nisi quando id specialiter conceditur ut in d. l. 86. cuius decisio otiosa aut vitiosa esset si generaliter omnes naviculari(j) a tributis immunes forent.

10. Sed superioribus opponi potest elegans constitutio quæ extat in l. 4. infra h.t. cuius hæc sit concisa magis quam concinna parafrasis. Nauarchorum seu nauicularorum orientis cetus siue collegium cuius mentio in l. pro commoditate 7. l. iuxta. 14. h.t. in C. Theod. impediebatur in orientalibus prouinciis inopia nauium quibus ex Ægipto quot annis frumenti canonem a Constantino imperatore asignatum Constantinopolim transportare solebat l. 1. et 2. de frumento urbis Constantinop. infra h. tt. illustrant ex aliis Dempster. ad Rosin. lib. 7. antiq. c. 38. Buleng. lib. 6. de imperio c. 15. Lipsius lib. 1. elector. c. 8. et ex eo Franc. Modius in notis ad Libium lib. 2. post prinic. cum autem hi nauicularii circa Orientalium insularum portus detinerentur et occuparentur in quirendis clasibus ad annonæ transportandas designatis de quibus præter laudatos ubi proxime multa Buleng. d. lib. 6. c. 6. Steuuechius ad Veget. lib. 5. de re milit. c. 2. et seq. et dilato interim effectu transportationis frumenti timeretur indignatio iudicum hoc est præfectorum prætorio et aliorum a quibus nauiculariorum mora seu culpa puniri solet l. 2. cum seq. de nau. frag. et l. 4. de canone frument. urbis Romæ infra h. tt. prouidentissime huic periculo subuentum est ab Anthemio tunc præfecto prætorio orientis ad quem constitutio d. l. 4. dirigitur et sub cuius dispositione orientales omnes clases erant l. un. ubi Cuiac. de classicis et l. 2. de annon. ciuil. infra h. tt. ult. C. de offic. præfect. prætor. Orient obseruat Panciro. in notit. imper. Orient. c. 7. is igitur adhibitis in consilium præfecto Augustali siue Ægipti, qui pro offitio eius frumentarii canones transuectionem ex Ægipto curare debuit ex edicto. 13. Iustiniani in princ. et c. 4. §. 1. et seq. iuncta l. 1. d. et C. de offic. præfecti August. et uocato similiter præside insularum Asiæ adiacentium cuius mentio in l. ciuitas. 6. C. de offitio rectoris prouin. Authent. ut iudices 8. §. aspectabili circa finem et Authent. de relebatione tributor. 163. §. remittimus ex eo notat Cuiac. in Nouela 41. et lib. 16. obser. c. 6. Panciro. ubi supra c. 402. Brisson. de u.s. uerbo insulas. adduxit simul summates seu primates et principales nauclereos clasis Alexandrinæ de quibus in l. 1. de frumento Alexandr. et in l. un. de Alexand. primat. infra h. tt. et nauicularios clasis Carpathiæ sic nominatæ a Carpathia insula maxique hodie Scarpano circa Ægyptum ubi oberrabat, ut notant post alios Alciatus in d. l. 4. Steuech. ad veget. d. lib. 5. c. 2. Panciro. d. c. 7. Cerda in Virgil. lib. 4. Georgic. ibi est in Carpathio neptuni gurgite vates quibus et aliis eiusdem professionis nauclerus frumentum transportandum commisit præstito salario ex immunitate tributorum vel ex eo quod vocatur filicon, Græco verbo hoc est amicale, seu quod amica manu et affectu premium datur, ut exponunt Cuiac. et Gothofred. in d. l. 4. quamuis aliter legat et intelligat Alciat. ibidem.

Adoltera.

11. Illud certe ex impedito d. l. 4. contextu impedite probari uidetur nauicularios nempe ordinariam immunitatem a tributis non habere ut dicebamus supra n. 9. tum quia hæc immunitas concessio quasi nouum remedium extra ordinem ab Anthemio excogitatum repentinæ inopiæ nauium et difficultati transportationis subleuandæ laudatur et imitandum proponitur in l. cum Nabarchorum. 32. h.t. in C. Teod. et in d. l. quit

agnoscentur omnes interpetes ibi, tum etiam, quia quasi arbitrio magistratuum relinquitur an ex immunitate vel ex eo quod vocatur Philicon, naviculariis salarium prestetur ac proinde innuitur necordinaria iure, nec pre cise aut omnino eis immunitatem concedi, ut presensit Accurs. in d. l. 4. verbo immunitate. Sed respondendum est non tractari in d. l. 4. de naviculariis illis qui propter conditionem personę et corporis in quo sunt, annone servire solent, et debent, quibus plena et ordinaria immunitas atributis conceditur in d. l. 5. l. omnes. 17. h. t. in C. Theod. sed de aliis naviculariis clasium militarium quibus extra ordinem deficiente classe frumentaria annone transportatio committitur, et ideo quamvis militaribus privilegiis fruantur nec ordinaria nec omnino aut pre cise eis immunitas datur sed ita si immunitatem potius quam aliud amicale premium pro salario prestari expedierit, ut scriptum est in d. l. 4. quibus ad istro ita similiter remiges et alios nautas qui navigandi causa in navi sunt, habere privi legium testandi iure militari, perinde ac navarchos, quia quamvis apud Romanos navales milites vilior est essent ut probat Lips. de milit. Rom. lib. dial. 1. circa finem, mili tes tamen omnes erant l. un. § item navarchos ubi Cuiac. d. de bonor. poss. ex test. milit. notat Corras in l. frater a fratre num. 100. d. de condict. indeb. Iul. Ferret. de re navali lib. 14. num. 27. vide Leonem de bellico appar. c. 19. num. 8. et. 9. et. 18. et. 28. Bolaño in commerc. terrestr. lib. 3. c. 3. num. 22. et tamen qui navis agende hoc est pellende adque incitande causa in navi sunt veluti remiges immunitatem non habent, quoniam hec soliis naviculariis hoc est dominis et rectoribus navium annone servientibus concessa est l. 1. d. de iure immunit. quam ita post Accursium ibi verbo agendi solut. 1. interpretatur Petr. Fabert. lib. 1. semestr. c. 25. quamvis aliter cum eodem Acurio Bart. et Albert. ibidem.

Rursus, ut pro grediamur, inter privi legia concessa naviculariis recensendum est quod proponitur in l. 1. in fi. h. t. l. nullam 9. eodem tit. in C. Theod. ut quandiu species annonarias vel alias publicas seu fiscales sue fidei delegatas seu commissas transportant plena securitate potiantur, nec concussiones aut aliud genus incommodi patiantur in quo propria et precipua quedam naviculariorum prerogativa versatur, quia quamvis communi iure omnevis genus private vel publice concussionis graviter coerceatur l. 1. et 2. d. de concussion. l. quoniam. 6. et pasim C. ad leg. iul. de vi publ. in naviculariis tamen singulari animadversione prohibetur et plectitur propter securitatem navigationis l. 5. in fine d. ad leg. iul. de vi privata l. un. in fi. de litor. et itiner. custod. lib. 12. et quamvis vis et concussionis pena arbitraria sit, et ideo plerumque levior ut notat post multos Menoch. de arbitr. casu 392. num. 12. et casu 394. in prin. si tamen naviculariis inferatur capitalis pena fuit, cum publicatione bonorum ex l. 5. l. delatam 16. cum l. seq. h. t. in C. Theod. et tandem in d. l. 1. h. t. multa statuitur decem librarum auri ad hanc multam respiciunt l. 7. et 16. h. t. in C. Theod. ut in simili re in l. si quis naviculariam 9. de muri legul. in fi. h. lib. que autem sit et fuerit nova vetus que libre auri estimatio, dices ex l. quotiescumque 5. supra de suscept. lib. 10. iunctis tradiris a Covarr. in collatione veter.

numi

numisme 3. Alb. 1. var. c. 11. num. 3. Cuiac. lib. 17. obser. c. 9. Petr. Gregor. lib. 28. syntagmat. c. 13. num. 7 Pancir in notit. imper. Orient. c. 74. verb. procuratores monetarum et lib. 1. thes. var. c. 66. et 70. Bulengero de imperatore lib. 2. c. 15. circa finem. contio lib. 2. subsiciu. c. 2. num. 8. et c. 20. num. 6. Quibus omnino proximum est, quod extat in l. ab his 3. h.t. ut quamuis regulariter in quadruplo quo raptores puniendi et simplum id est estimatio rei ablatę contineatur, princip. institut. de ui bonor. raptor. ab eis tamen qui peruim de nauicularijs rapinam egerit, preter multam decem librarum auri fisco inferendam, ut sentiunt post Accurs. Bart. Platea et Cuiac. in d. l. 1. et preter rei ablatę persequutione per quam nauicularijs commodo fit satis, quadruplum eidem penę nomine soluendum sit, ut probatur in l. deprehensę 29. h.t. in C. Theod. notat Cuiac. in d. l. 3. quamuis aliter ibidem Bart. Platea et Andr. de Barulo.

13. Porro ex sententia dictę legis 1.ª in primis deducunt Bart. et Rebuff. ibidem. nauicularios species publicas transportantes nulla ciuili aut criminali actione pulsari aut detineri posse pretextu delicti aut obligationis contractę, ut significatur in d. l. 1. ibi nec aliquod genus incommodi, et ibi, omni securitate potiri, et tandem ibi, his qui los inquietare tentauerint, iunctis alijs quę recte expendit Platea ibidem num. 1. cui enim magis incommodatur aut cuius securitas grauius inquietatur aut leditur, quam eius qui dum nauigat, litigare cogitur l. minoribus 6. d. de minor. l. 4. §. 1. d. de alienat. iudicij hac autem securitate fruuntur nauicularij euntes et remeantes ut exprimitur l. ubi Classici l. 4. h.t. in C. Theod. l. 4. ubi Gregor. glos. 5. tit. 7. p.te 5. ne scilicet si litigare cogantur impediatur publica utilitas, quę in transportatione annonę consistit argumento ex l. 2. §. legatis d. de iudic quo exemplo urgunte annonę necessitate mercatoribus cibaria afferentibus eandem securitatem ab ordinarijs oppidorum iudicibus promitti et prestari posse docet ex alijs Bobad. lib. 3. polit. c. 4 num. 81. illud extra vulgarem captum obseruo hodie apud nos priuilegium hoc cessare in exteris nauicularijs cibaria aut alias merces importantibus, quorum personę in portibus nostris detineri, et bona pignori capi possunt proprij debiti nomine, aut eius pro quo fide iusserunt, siue fisco debeant siue priuato regnicolę l. 11. tit. 17. lib. 5. compil. iuncta l. 18. ubi Gregor. glos. 2. tit. 18. p.te 3. non tamen pro eo quod alijs exteris sue vel alterius prouintię debent ut adijcitur in l. 12. ubi reiectis Matienci et Aceuedi opinationibus sic et legenda et intelligenda sunt verba illa por ningunas deudas, que debana aquellos de cuya tierra son. tit. 17. lib. 5. compilat. quia quamuis leges nostrę exteris etiam mercatoribus et nauicularijs securitatem promittant l. 9. tit. 17. p.te 5. et in eorum persona et bonis pignorationes pro alienis debitis, quas vulgo represalias vocant, prohibitę sint l. un. et rubus ex vicaneis infra h. lib. c. unico. de iniurys lib. 6. l. 15. tit. 10. part. 7. l. 10. l. 2. et 3. l. cum seq. tit. 17. lib. 5. compilat. regnicolis tamen contra exteros nauicularios pro eo quod ipsi eisdem debent, ius pignorationis concedi, ę quissimum est ne in alieno regno cum vexatione et sumptu ac plerumque sub infestis iudicibus litigare cogantur.

14. Deinde ex verbis illis dictę legis 1. ibi nec aliquod genus incommodi colligunt Bart. Rebuff. et Platea ibidem. nauicularios dum species publicas transportant, detineri non posse nomine vectigalium, quę pro trans vectione rerum venalium

in portu aut litore solui solent, qualia sunt portoria et similia l. inter 17 §. 1. D. de V. S. l. cum in plures 60. §. vehiculum D. locati l. si quis 21. D. de donat. inter hec autem vectigalia naviculariij non prestant non solum pro speciebus publicis siue fiscalibus vel etiam eis, quas ad usum suum transportant, que suo iure immunes sunt, l. locatio 9. §. ult. D. de publican. l. uniuersi 5. C. de vectigalib. l. in lege 203. D. de V.S. l. 5. tit. 7. part. 5. sed nec etiam pro mercibus quas propriæ negotiationis causa deferunt, ut probatur in l. omnium 6. in fine C. de vectigalib. l. unica infra de littor. et itiner. custod. lib. 12. l. 5. l. de latam 16. cum seq. l. nequa 24. h. t. in C. Theod. notat Cuiac. ad tit. C. de vectigal. in princ. ceterum hec immunitas romano regio que iure solis naviculariijs species publicas transportantibus concessa est, et ideo præter illos omnes naviculariij pro rebus quas important mercaturæ causa, vel exportant etiam si species annonnariæ sint prestant hec vectigalia que apud nos vocantur portalgos, galmoxifalgos. l. 1. et 2. tit. 22. l. 5. tit. 28. l. 1. cum seq. tit. 26. et l. 1. cum seq. tit. 29. lib. 5. compilat. iuncta l. locatio 9. §. ult. D. de publican. docet Bart. in l. cum proponas nº 6. C. de nautico fenore Bertachin de gabell. quest. 7. princ. num. 8. et seq. nisi vi tempestatis aut piratarum metu in portum se receperint, quo casu si nihil venale exposuerint portoria vectigalia non solum debentur l. ut argumento ex l. Cesar 15. l. ult. §. si propter necessitatem D. de publican. resoluit post alios Stracha de mercat. in tracta. de nauibus 2 pte nº 26 hodie autem obseruanda est forma proposita in l. 8. §. pero tit. 22. l. 4. et 8. tit. 29. lib. 9. compil.

. Denique post hec et alia antiquiora naviculariorum priuilegia, quale 15
illud fuit, ut dignitatem equestris ordinis obtinerent, et ideo corporali iniuria audicibus pulsari non possent l. de latam 16. h. t. in C. Theod. iuncta l. un. de equestri dignitate in eod. C. regio nostrati iure tria precipua naviculariijs concessa sunt. Primum est ut quamuis nauis fabricande aut habende ius inter regalia connumeretur, que soli regi aut principi supremo competunt c. 1. que sint regalia in usibus feudorum l. 1. tit. 10. lib. 7. compil. docet Borrellus de prestant. regis cathol. c. 6. et c. 19. num. 50. et seq. liceat tamen priuatis hominibus naues habere et exercere l. 1. de nauibus non excus. inf. h. lib. adeo ut si maritimis nauibus fabricatis ex hostibus aut piratis predas egerint, quintam partem prede que regulariter ad regem pertinet pro premio consequantur l. 21. tit. 4. lib. 6. compil. et l. 12. tit. 10. lib. 7. ubi Narbona. Borrell. ubi supra et c. 8. secundum est, ut naues certe magnitudinis fabricantibus pro capacitate cuiusque certa pecuniæ quantitas ex regio erario prestetur, que vocatur acostamiento l. 7. tit. 10. lib. 6. quales olim forsitam erant centesime naviculariijs soluende, quarum mentio in l. pro commoditate 7. l. tributa 16. l. ult. h. t. in C. Theod. l. 8. de naufragijs in eodem C. Tertium est ut in transportatione mercium aut cibariorum ad alias prouintias, nostrates naviculariij preferantur exteris, quorum naues onerande non sunt nisi in defectum regnicolarum l. 1. c. 7. tit. 18. lib. 8. et l. 8. 4. et 8. tit. 10. lib. 7. compil. ita tamen ut inter nauigia plura regnicolarum vel plura exterorum maiora minoribus preferantur l. 5. quamsic accipio tit. 10. lib. 7. compil. videndus Bolaño in commercio terrestri lib. 8. c. 2. in princ. et c. 5. num. 8. et seq.

Ferret de nauali lib. 9. n. 14. et lib. 11. num. 1. et seq.

. Tandem ut que de penis naviculariorum sub hoc titulo Tribonianus 16
nobis proposuit breuiter exponamus sciendum est naviculariios, qui publicas vel fiscales

Vel fiscales species transportandas susceperint si per insueta ac devia littora navigantes eas avertendi animo distraxerint capitali pena puniri; l. qui fiscales 5. tit. l. 33. eodem tit. in C. Theod. tum quia navicularij quamvis a vectigalibus et portorijs immunes sint ut diximus supra num. 14 merces tamen quas deferunt profiteri solenniter apud publicanos sive vel exactores vectigalium debent ut constet an aliquę res transferantur quę vel portorium debeant vel im portari non posint l. si publicanus 4. §. 1. l. ult. §. quoties et §. divus d. de publican. et ideo si professionis aut portorij fraudandi causa omisa via aut portu ubi vectigal solvitur per insueta littora et itinera comeaverint, incidunt in penam commissi id est amisionis mercium quas deferunt d. l. ult. §. quoties et §. divus d. l. 5. et 6. tit. 7. p.te 5. iuncta l. si quis 5. infra de cursu publ. lib. 12. prosequuntur post multos Horat. Lucius de privil. leg. scholast. c. 54. Gilken. in Authent. habita num. 40. C. ne filius pro patre Açevedo in l. 7. tit. 11. lib. 6. compil. Bovad. lib. 4. polit. c. 5. num. 8. et seq. Farinat. in praxi crim. 2. thom. 1.a par.tis quest. 87. num. 177. tum etiam quia perniciosi exempli est publicas vel fiscales species in proprios usus convertere et emendo aut vendendo intervertere et ideo capitis pena coercetur l. pen. et ult. C. quę res vendi non pos. l. un. C. de crimine peculat. hęc autem pena capitis, quamvis Romano iure in quadrupli pena mutata sit ex Novella Leonis 62. apud nos tamen observanda est contra omnes, qui publicas res seu fiscales contrectandi animo retinuerint vel distraxerint ex l. 18. tit. 14. p.te 7. iuncta l. 1. et 2. sup. de his qui ex public. ratiocin. explicant post Gregor. in d. l. 18. Ripa de peste c. 4. de remedijs ad conservandam ubertatem num. 16. Avendaño de exeq. lib. 2. c. 24. num. 2. Postremo si navicularij species publicas transportantes fraudulenté cum oportunitas navigandi esset sub pretextu hiemis in portubus immorentur deportationis penâ coerceantur, et iudices aut decuriones, qui eos im morari permiserint bonorų confiscationę patiantur l. ult. h. t. l. iudices. 34. eod. tit. in C. Theod. et quidem merito quia navigandi certo tempore et opportunitate non observatis naufragia re ipsa certa sunt argum. ex l. 2. §. si quis tamen d. si quis caution. l. civitas 6. C. de offic. rector. prov. exornant Cuiac. lib. 16. obs. c. 6. Ferret de re navali lib. 9. num. 14. et seq. lib. 11 ex n.o 1.

Ad Legem 2. 3. Cod. de quibus muneribus, vel praestationibus nemini liceat se excusare. lib. 10. L. absit 4.a Cod. de privilegiis domus augustae. lib. 11.

Commentarius.

Occurrit in his legibus celebratissima in schola et foro disputatio de casibus Num. 1.
quibus ecclesiae, et ecclesiasticae personae a muneribus, aut oneribus publicis non
excusantur. Nos ut cum fructu vestro explicemus, prius utriusque legis textum et ratio-
nem illustrabimus, postea rem universam copiosius exposituri. quare ut ab hac l.
2. incipiamus, extat in ea Theodosii, et Valentiniani Caesarum constitutio, cuius pars
exponitur in l. neminem. 11. C. de sacros. ecclis, tractat autem utraque lex de ministe-
riis (quae vulgo vocamus servitia, de quibus postea) quae a provincialibus subditis exhi-
beri solent principi per eorum loca progredienti ad expeditionem bellicam, quae in praesenti
vocatur felicissima expeditio nominis imperialis, seu potius numinis, ut legitur in
d. l. neminem. 11. C. de sacros. ecclis. Caesares enim Romani divinitatis aeternitas
et numinis titulos vanos potius, quam veros sibi arrogabant, ut constat ex No-
vella constitutione Justiniani. 113. apud Justiarium antecessorem. c. 1. quae
sint regalia in usibus feudorum. l. 2. C. de fabricensibus. lib. 10. l. ulta. C. de adquir.
posses. l. 2. C. de temp. appellatu. l. unica de imaginibus in C. Theodosiano. Notant
Brisonius de verb. sig. in verbo aeternitas, divi, et numen, et lib. 3. de formulis
pag. michi. 355. Dempsterus ad Rosiny lib. 3. antiquitatum. c. 18. Pancirola
lib. 1.o Thesauri variarum. c. 2. Bulengerus lib. 1. de imperatore. c. 9. Maluenda
de antiXpo. lib. 7. c. 11. Cuiac. in t. Cod. de muri leg. lib. 11. Solorçano de ind. iur. lib. 2.
c. 2. n. 93. P. greg. 6. de repub. c. 12. Dorleans. in tacit. 2. annal. pag. michi. 324.

Consistunt haec ministeria principi exhiberi
solita vel in angariis et plaustris, vel in alio munere, ut inquit haec lex. 2.a angariae nu. 2
sunt praestationes quae extra ordinem provincialibus imponuntur in transvectione ar-
morum, et annonae militaris, aut in aliis publicis necessitatibus, veluti cum prae-
stantur iumenta, plaustra, et interdum naves. l. ult. C. de fabricensibus. lib. 11.
l. 9. ff. de veteranis. l. nemo. 20. C. de cursu publico. lib. 12. c. 1. quae sint regalia
in usibus feudorum, quorum praestatio Patrimonii alminus est, a quo neque milites
neque alii excusantur. l. ult. § patrimoniorum et secundo. et §. penult. ff. de mu-
neribus, et oneribus. l. ab his. 10. § angariorum. ff. de vacatione munerum
quas ita exponit Cuiac. in l. 2. C. de praepositis sacri cubiculi. lib. 12. parangariae
ab angariis vix distinguuntur. l. maximarum. 12. Cod. de excusat. muneris. lib. 10.
l. 3. C. de silenciariis. lib. 12. et utrasque hodie vocamus guias, y lenas de hombres
bestias y carretas. ut in tit.o 10. lib. 6. Compilat. Angariae tamen per viam

regiam cursus publici diu esse solebant, per angariæ vero per alios tramites obliquos aut transuersos. l. mancipium. 19. de cursu publico in C. Theodosiano. obseruat Cuiac. et Garcia. n. 10 in Rubr. C. de cursu publico. lib. 12. Pancirola in notitia Imperij orientalis. c. 6. et lib. 3. Thesauri var. c. 31. §. de angarijs. Bullengerus de imperio lib. 6. c. 28. Ouitguer. in l. placet. n. 13. C. de sacros. eccles. D. Ramirez de Prado in Pentecont. c. 19. Salmasius in capitolinum in antonino annotat. 34. quamuis aliter cum Accursianis Otalora de nobilit. 1. p. c. 20. n. 23. Pontificio sane iure pro quacumque graui impositione angariæ accipiuntur. ut in c. non minus 3. extra de immunitate ecclesiarum: alterius muneris appellat. in hac l. 2. intelligo hospitis recipiendi necessitatem tempore expeditionis. l. 1. et. 2. Cod. de metatis lib. 12. Nobella Tiberij de diuinis domibus. c. vlt.

num. 3. Ab his itaque muneribus neminem excusari nostra lex vult siue ad domum Principis, aut augustæ, aut illustrium virorum pertineant quales sunt eorum clientes, et ministri, siue ad venerabiles ecclesias, quales sunt clerici et alij ecclesiarum obsequio deputati, quia potius hi omnes tempore expeditionis obedire debent indictionibus præfecti prætorio, cuius officium est necessitatibus exigentibus extraordinarias præstationes visu principis prouincialibus intimare. l. 2. C. de indict. lib. 10. l. placet 3. 1.a de excusat. munerum iuncta l. 3. tit. 10. lib. 6. Compilat. adeo ut neque excusentur ab his muneribus l. pragmatica, idest, constitutione principis solemniter immissa in publicis causis de sententia consilij siue senatus. l. iubemus. 34. C. de appellat. l. vnica. §. si quid vero. C. de iustinianeo. Cod. confirmando. c. 1. extra. 101. dist. notat Pancirola lib. 1. Thesauri. c. 36. neque adnotatione diuina, idest breui rescripto principis sola eius mano subscripto, quod a grammatica distingui solet. l. vnica. C. de monocolys. l. vlt. Cod. de proximis sacrorum scriniorum. lib. 12. nec sacro oraculo, quo verbo generalius edita et rescripta principum significantur, ut in præsenti. et in l. vlt. C. de diuersis rescriptis. l. 2. C. de muneribus non excusandis. lib. 11. l. viuemus. 10. C. de sacros. ecclesijs. docent post veteres verborum iuris glossas et interpretes Cuiac. in l. 2. ~~de~~ C. de petitionibus bonorum sublatis lib. 10. Salmasius in capitolinum in gordiano pag. commentarij. 299. Bulengerus. lib. 3. de imperatore. c. 12.

num. 4 Sequitur iam lex 4.a C. de priuil. dom. Aug. quæ eisdem fere verbis stat in l. ad instructiones 7. C. de sacros. eccles. et plenius in l. vlt. C. Theodos. de itinere muniendo, tractatur autem in his legibus de instructione seu reparatione viæ publicæ, et pontium stractarum que, quo verbo viæ lapidibus structæ significantur; ut in l. 1. §. penult. ff. de via publica. notant Bulengerus de imperio lib. 9. c. 17. Sabaro in Sydonij. lib. 1. epist. 9. statuit autem lex nostra reparationem viarum et pontium non haberi inter sordida munera, qualia sunt quæ recensentur in l. in honoribus. 3. §. philosophis. ff. de vacat. munerum. l. maximarum. 12. tit. sordidorum

Cum leg. seqq. de excusat. muner. lib. 10. nempe quoniam, ut scriptum est in presenti de-
dicata sunt titulis maiorum principum, hoc est imperatorum, quorum nomina in omnibus
operibus publicis, veluti viis et pontibus adscribebantur. l. 3. in fine. ff. de oper. publ. l. si
qui iudices. 9. Cod. eod. tit. observat Brison. lib. 8. de form. pag. 831. et Hebechius ad Be-
geium lib. 9. in princ. Unde ab hoc munere neminis dignitatis privilegio excusari lex nostra patitur
adeo divinae quoque domus reparationis oneri inscribere debeant. hoc est ut explicat Cuiac.
hic, domus principis, et quicumque ad eam pertinent, ut et rubrica postulat, quae de privilegiis
domus augustae scripta, et inscripta est, et appellatio ipsa divinae domus x.a legem si in-
terveniente 12. §. ad S.C. Turpilianum, Novella Theodosii 21. nec domus divinam
nec eccl., et Novela Tyberii de divinis domibus cum aliis congestis a Brisonio de verborum
significat.e verbo domus divina, quamvis ~~ ~~ ecclesia exaudiat Castalio observat.
in criticos decade. 9. c. 1. Certum tamen est ecclesiam ab hoc onere non excusari, ut expri-
mit eadem nostra constitutio. in l. ad instruct. §. 7. C. de sacros. eccles.

His ita positis et expositis legis utriusque verbis num. 9.
ut totam hanc quaest. de tributis ecclesiasticorum, quoties ad expedit. principis subsidia
petuntur, aut ad reparat. publicorum operum collatis, hinc et inde argumentis explicemus.
Inprimis obstat legibus nostris generalis regula, quae docet ecclesias, ecclesiasticasque perso-
nas, et earum quoque res ab omni tributorum genere immunes esse de solum Pontificio
iure. c. 1. de immunit. eccl. lib. 6. c. quamquam de censibus eod. lib. sed etiam caesareo
quamvis angariae sint, et perangariae. autentica item nulla communitas. C. de sacros. eccles.
l. 2. C. de episcopis et clericis. c. in qualibet. 23. q. 8. et regio quoque iure. l. 91. et 99. tit. 6.
part. 1. l. 3. et 9. tit. 3. lib. 1. comp. ordinatio Lusitana lib. 2. tit. 11. in princ. docent praeter
innumeros laudatos a Barbosa in remiss. ibidem Suarez. lib. 4. contra reg. Angliae. c. 2. Belar.
tom. 1. divers. lib. 1. de clericis. c. 28. vs. 4.a positio. Lesius de iust.a lib. 2. c. 33. dubitat. 4.
Risius 4.a p.te decissionum. collectanea. 1919. Molina de iust. disp. 670. latissime Nar-
bona in l. 33. gta. q. tit. 3. lib. 1. compilat. deinde magis in propriis quaestionis terminis
clericos nec ad refectionem publicorum operum, nec ad expeditionem principis, aut alias
laicorum necessitates quidquam obsidii nomine conferre cogi diserte et distincte prohibetur
in c. nonnimus. 4. 8. sive eaedem fosata, sive expeditiones, sive aliqua qualibet sibi arbi-
trentur agenda. iuncto cap. adversus. 7. de immunit. eccl. c. clericis. §. nos io vir eod. tit.
lib. 6. denique nec ad remplinent legum nostrarum decissionem, quoniam haut pote lata a prin-
cipibus secularibus contra libertatem et immunitatem ecclesiasticam, nullius momenti sunt
et clericos ad contributionem non obligant, autentica ~~ ~~ causa. C. de sacros. eccles. c. ecclesia
sanctae Mariae. 10. de constit. c. bene quidem 96. dist. quibus argumentis leges nostras abrrogatos
esse in hac parte, et clericos contribuere non teneri cum laicis etiam in publicis necessitatibus
reparationis viarum, aut expeditionis, nisi praecedente authoritate Summi Pontificis docet
glossa in cap. generalit. 4o. §. novarum. verbo collationibus. 16. q. 1. Abbas cons.o 3. lib. 1.
et in d. c. nonnimus. n. 18. et 19. Gutierez lib. 1. pract. q.e 3. Remigius de charitatis sub-
sidio. q. 62. Molina de iust. disp. 672. n. 4. late Marta de iurisdict.e 4. p.te casu. 9. et 10. plures
laudati a Barbosa in remiss. ad ordinat. lib. 1. tit. 66. §. 43. n. 2o.

Num. 6. Sed ex adverso eccl(es)ias, ecclesiasticasq(ue) p(er)sonas publicis necessitatibus exigentibus refectionis viarum, aut pontium et expeditionis principis tributo adstringi posse p(rae)ter legum nostrarum disserta v(er)ba p(ro)bari inprimis videtur in l. ult. §. patrimoniu(m) et 2° v(er)s° ab huiusmodi iuncto §. sive aut(em) ff. de muner. et honor. ubi scriptum est a munere angariarum, quas principis expeditionis tempore p(rae)vidiximus s(upr)a n. 2. nec Pontificem nec alium excusari. 2° in eand(em) sent(enti)a(m) adveniunt textus in l. ult. C. de annon. et trib. lib. 10. iuncta l. sacrosancta §. C. de sacros. eccl(es). l. ult. C. de exactor. trib. lib. 10. l. de his 3. C. de episcopis et clericis. c. si tributu(m) 27 11. q. 1. c. tributum 22. 23. q. 8. quibus docemur pensitationes et tributa quae p(ro) p(rae)diorum, seu patrimoniorum imponuntur veluti angariae et p(re)stationes ad reparat(ionem) publicorum operum d. l. ult. §. patrimoniorum. et 2° ff. de muneribus. l. 2. C. de p(rae)pos. sacr. cubic. Curiae. lib. 12. l. antiquatis. 9. C. Theod. de itiner. mun. quae est l. 2. C. de immunitat. nemin. conced. lib. 10. l. honor. §. munus. ff. de muner. et honor. ab ecclesiis, et ecclesiasticis solui debere. 3° in duobus his casibus et conferre ecclesiarum et principum ministros debere p(ro)bant perspicue satis et conspicue textus in l. ad instructiones 7. l. neminem 11. Cod. de sacros. eccles. l. nullus 21. Cod. de cursu publ. lib. 12. l. ad portus 6. Cod. de operibus publ. l. 1. C. de collat. fundorum patrim. lib. 11. 4° in publicis omnibus necessitatibus veluti transvectione frumenti, in custodia civitatis obserae, vigiliis, q(ue) murorum, et intuitione prædiorum immuniu(m) clericos non excusari, quominus cum laicis tribuant et conferant aporet ex l. placet. 9. t. nihil p(rae)ter canonicam illationem, et quam adventitiae necessitatis sarcina repentina poposcerit, eius functionibus adscribatur. l. iubemus 10. C. de sacros. eccl(es). l. 2. C. de navic. n(on) excus. lib. 11. c. pervenit. 2. de immunit. eccl. authent. item. t°. §. ad hæc collat. 9. l. 92. et 94. tt. 6. part. 1. Ordinatio Lusitana lib. 1. tt. 66. §. 43. et lib. 2. tt°. 1. §. 12. l. 11. et 12. tt. 3. lib. 1. compil. 5° q(uod) denique p(ro) hanc firmant exempla sacræ paginæ, ex quibus constat bellicæ expeditionis urgente necessitate templi bona regem capere potuisse, ut aparet ex lib. 4. reg. c. 18. et c. 12. aurum enim ecclesia habet non ut servet, sed ut eroget, et subveniat in necessitatibus. c. aurum. 70. cum seqq. 12. q. 2. c. sancitu(m) §. hinc datur. 23. q. 8.

Num. 7. Nec rationum momenta deficiunt, quibus hæc eadem sent(enti)a muniatur. certum est enim clericos ci(vi)u(m) numero reputari et inter subditos eius principis cuius in territorio domicilium habent. c. ult. ubi Johann. Andr. de off. deleg. lib. 6. notat Barth. in l. 1. n. 11. ff. ad munic. Valasc. consultat. 100. n. 2. Cabedo de patro(na)tu regiæ coronæ c. 36. n. 1. plures relati a Marta de iurisd. 4 p(ar)te casu 1° n. 27. ergo nulla rat(ion)e debent ab eo quod in s(u)mmune omnibus p(ro)futurum seiungi ut scriptum est in d. l. 1. C. de collat. fund. patrim. lib. 11. Deinde exploratum etiam est legibus civilibus iustis et honestis, quæ munere reip. bono spectant clericos etiam teneri n(on) quidem vi coactiua, ut pragmatici loquuntur, sed directa rectæ rationis legibus insita potestate, quæ omnes complectitur cuiuscumq(ue) status et conditionis sint. docent post multos Couarr. in reg. possessor. 2. p. §. 4. n. 9. v(er)s. 3 est. Late Zavallos comm. cont. com. q(uaestio)e 899. n. 196. et seqq. Azevedo in l. 1. n. 20. tt° 18. lib. 6. comp. 9° legibus n(ost)ris et aliis simillibus, quæ in com(m)une(m) utilitatem ecclesiasticos tribuere constituunt, clerici etiam tenentur, quamuis summi Pontificis n(on) accedat authoritas, dummodo a suis iudicibus nempe ecclesiasticis conferre cogantur. quibus argumentis hanc sententiam tuetur Lucas

de Pena inn ra. l. 2. Olken in d. l. ad instructiones. 7. l. neminem. 11. C. de sacros. eccl. ijs
Flores de Menna lib. 2. var. quaest. 21. n. 213. et seqq. Zavallos immun. [illegible] contr. can. q.
297. n. 617. Avenda. de exequen. lib. 2. c. 19. n. 19. Collantes in praomat. rei frumenti. lib. 3.
c. 19. n. 8. Zavallos commun. cont. com. q. 419. Ann. Robert. lib. 2. rer. iudic. c. 3.
Bovad. lib. 2. polit. c. 18. n. 291. et seqq. Roesti a mart. q. 5. casu. 9. et 10.

Utcumque interpretes sentiant, aut dissentiant verissimum num. 8.
est ecclesias, ecclesiasticasque personas etiamsi reparandis publicis aedificiis, aut exhibendo
ministerio principi in expeditionem proficiscenti, aut necessitatibus aliis publicis, quae sin-
gulis et universis incumbunt tributa aut collationes imponantur cogi non posse, ut con-
ferant inconsulto Summo Pontifice, qui solus potest subsidia ab ecclesiasticis conferenda decernere
ut aperte probatur in d. c. adversus. 7. de immunit. eccl. et defendunt cordatiores omnes interpretes
laudati supra n. 9. ad finem. atque ut tutius agnoscunt Bobad. d. l. 2. c. 18. n. 319. Morla
in emporio. tit. 1. q. 16. n. 22. Azevedo in l. 11. n. 7. tit. 3. lib. 1. comp. sicque in Romana rota decisum
testatur Garcia de benef. 2. parte c. 3. n. 11. Barbosa in remis. ad ordin. lib. 1. tit. 66. § 93.
n. 2. Solicita nisi periculum in mora sit, et tam urgens necessitas occurrat, ut pontificis permissum
expectari non possit. quo casu ecclesiastici cogi possunt, ut conferant et contribuant ex con-
sensu tamen Episcopi et cleri d. c. non minus. 2. de immun. eccl. idque verissimum, et aequissi-
mum esse agnoscunt utriusque sententiae authores; qua ratione collationes, quae civibus impo-
nuntur, ut salarium solvatur custodi praediorum communium, et alias similles, quae exigentibus
omnium necessitatibus indicuntur in singulis oppidis, ad clericos etiam pertinere verum est
d. l. 12. tit. 3. lib. 1. compil. quoniam si his aut aliis levibus causis Romanum Pontificem
consuli monestum nimis et longum esset argum. ex l. provinc. 9. C. de feriis. cui iungendus
Suare. lib. 2. disp. c. 12. Nicol. Loens. lib. 9. miscel. c. 3. Panor. lib. 2. thesau. var. lect.
tit. c. 233. Killig. ad Donel. lib. 29. comment. c. 7. litt. Z. Unde in his casibus ab ecclesias-
ticis iudicibus ad contributiones compelli solent, quemadmodum in aliis causis modicae impensae
quarum cuique utilitas ad singulos ut singulos pertinet, veluti refectione viae publicae, quae
clericorum, et laicorum praedia urbana, vel rustica pariter intercurrit, ut docet Molina
de iust. disp. 672. n. 4. Salcedo in addition. ad pract. Bernardi Diaz. c. 99. vers. 9. Narbon.
in l. 97. gloss. un. n. 19. tit. 9. lib. 2. comp. idemque est si deficientibus civitatis bonis vulgo
los propios del concejo ad colligendas locustas iuxta dispositionem legis 97. tit. 9. lib. 2.
compil. civibus singulis praedia locustarum calamitati obnoxia possidentibus tributum
viritim imponatur: quo etiam casu sine dispensatione Summi Pontificis clerici ad tributiones
vocari possunt, ut affirmat post multos Narbona in l. 97. glos. unica. n. 19. tit. 9. lib. 2.
compil.

Caeterum in aliis casibus publicae utilitatis quoties Num. 9.
res vel maiorem impensam exigit, vel longiorem moram patitur, retinenda est generalis
illa traditio, cuius meminimus n. praecedenti, ut sine authoritate Summi Pontificis eccle-
siastici conferre non compellantur, etiamsi ad expeditionem principis, vel refectionem publicorum
operum subsidia postulentur. Tres autem in primis conditiones considerari solent, et debent
ut ad dispensationem Pontifex inducatur. 1a est ut necessaria causa sit contributionis non ad
ornatum dumtaxat civitatis pertinens, ut fatetur Flores de Mena. lib. 2. var. q. 21. n. 213
et seqq. quia conditio est ut deficientes laicorum facultates, naturali quodammodo pietatis
ratione opem et subsidium ab ecclesiasticis postulare videantur, ut exprimitur in d. c.

nonminus de imm. eccl. 3a conditio est ut clerici in his locis ubi ad contributionem vocantur temporalia bona possideant, qualia censentur in hac parte fructus beneficiorum ut docet post Rebuf. Azeued. in. l. 11. n. 7. tt. 3. lib. 1. compil. gutier. lib. 1. pract. quest. 3. n. 9. Bobadilla. d. c. 12. n. 313.

Num. 10. Nec ab huius sententiae defensione nos turbant, aut deturbant argumenta, quae contraria adduximus. non 1.3 ex d. l. ult. §. patrimoniorum. et 2o vers. ab huiusmodi ff. de muner. et honor. fatendum enim est non tractari ibidem nec de Pontifice nro maximo, quem ut caput et columnam eccl. Xpianii veneremur. neque de Pontifice maximo, qui sacris praeerat apud etnicos romanos, quoniam absurdum esset ad angarias tum vocari, cuius tt. et munus imperatores ipsi usurpabant, ut colligitur ex l. hereditas. 51. §. ult. ff. de hared. petit. l. ossa. d. ff. de religios. l. ult. ff. de mortuo infer. iuncta. l. ult. ff. ut in possess. legat. l. ult. ff. ad municip. sed de sacerdotibus alys minoribus qui Romae et in provincys sacerdotio fungebantur. l. 1. ff. ad leg. Jul. de ambit. l. sponte. 17. ff. de muner. et honor. l. in honoribus. d. l. praetor. 13. ff. de vacat. mun. l. 1. C. de natur. liber. l. nec protostasia d. C. de muner. patri. et Pontificum appellatione stinebantur, ut notat Guther de veteri iur. pont. lib. 1. c. 9. hi itaque minores pontifices, seu sacerdotes, quamuis a sordidis muneribus excusarentur apud gentiles l. 2. C. Theod. quemadm. muner. civil. indic. ab angarys tamen quia patrimoniale munus sunt d. l. 2. C. de praeposit. sacr. cubic. lib. 12. non solidum Novela Theodos. 21. neque domum diuin. neque eccles. excusationem non habebant. d. §. patrimoniorum notat Guther. lib. 1. c. 28. qui quis perperam de clericis explicet cum a curs. otalora de nobilit. 2. p. c. 1. n. 8.

Num. 11. Deinde obstant 23 argumenta ex his legibus, qui bus clerici patrimoniali munere seu tributo subyci videntur, quoniam ut sigillatim singula explicemus monendi es tris censum siue tributum triplex esse, aliud mere personale, quod pro capite penditur et capitatio vocatur, seu census capitis. l. 3. l. ult. §. diuus. ff. de censibus. l. cum antea. 10. Cod. de agricol. et censibus. lib. 11. l. 1. C. de colonis thracens. lib. 11. aliud mere reale quod pro rebus resipsa soluunt, et census soli, siue iugatio dicitur l. imperatores. 7. ff. de publican. l. forma. 4. §. si vero ff. de cens. l. 2. et 3. C. sine censu vel reliquis. aliud denique mixtum, quod personis imponitur pro rebus, ut apud nos el pecho. teste otalora de nobilitate. 2. p. c. 1. n. 3. a tributo itaque capitis clerici et nunc immunes sunt. l. 51. tt. 6. part. 1. l. 3. et 9. tt. 3. lib. 1. comp. et olim etiam fuere iure romano, quoniam capitatio haec a rusticis dumtaxat soluebatur. l. 1. Cod. ne rustican. ad ullu obseq. l. un. C. de capitat. ciuit. censib. et im. lib. 11. unde et coloni ecclesiarum capitationes praestabant exceptis colonis ecclesiae thesalonicensis. l. sacrosancta. d. C. de sacros. eccl. l. ult. ubi Cuiac. C. de annona et tribut. lib. 11. quia cum id tributum solum coloni caput afficeret rerum aut personarum ecclesiasticarum immunitatem non minuebat ut et inde aliud esset in tributo mixto quale est quod soluitur pro rebus clericorum venalibus. l. 2. C. de episc. et cleric. c. ecclesiarum. 69. 2. q. 2. l. 51. tt. 6. part. 1. quoniam ab hoc clericos etiam immunes esse dubium non est. d. l. placet. 9. C. de sacros. eccl. l. quanquam de censibus lib. 6. c. 1. et c. clericis de immunit. eccle. lib. 6. authentica item nulla communitas. C. de episc. et cleric. clement. fin. de cens. quamuis interdum

Interdum vt scandalum vitetur vtrumque hoc tributum solutum esse probent exempla quae
proponuntur in c. si tributum. 11. q. 1. c. tributum. 23. q. 8. ut explicat post antiquiores
Martha de iurisd. 4. parte casu 11. n. 27. Tributis etiam mere realibus ecclesiastica bona
non adstringi verius est. authent. item nulla immunitas. C. de episc. et cleri. l. 3. tit.
3. lib. 1. comp. nisi priusquam ecclesiae aut clericis adquirerentur res tributo affectae
essent, quo casu cum onere suo transeunt. l. de his. 3. vbi gilken. n. 38. C. de episcop.
et cler. l. vlt. C. de exactor. trib. l. 11. tit. 3. lib. 1. compil. vbi azeuedo. n. 2. cum pluribus
Narbona in l. 39. glo. n. 20. d. tit. 3. lib. 1. comp. Molina de iust. disp. 672. n. 3.
Otalora d. c. 1. n. 10. Gutier. lib. 1. pract. q. 73. n. 19. Zauall. com. cont. com. quaest. 799 per
totam, quamuis repugnet Marta d. casu 11. num. 27.

Praeterea inspecto iure quo vtimur parum hodie num. 12
ad rem pertinent legum nostrarum dimissiones, et similles aliae, quibus 3° et 4° loco
probauimus in duobus his casibus refectionis viarum aut pontium, et expeditionis prin-
cipis, et in aliis eiusdem necessitatis aut vtilitatis publicae clericos non excusari quan-
uis contribuant; fatendum enim est sicut et illos moribus adscribendas esse eius
saeculi quo religio nostra quamuis sub Xpianis imperatoribus paulatim adolescent, nondum
tamen ad iustam peruenerant magnitudinem, nec ecclesiastica immunitas satis firma
adeo ut clerici canonicas omnes illa tempora siue ordinaria tributa soluerent. l. placet.
9. C. de sacros. ecctis. nouel. Theodos. 21. neque domum diuinam, neque ecclesiam, quare
nisi in his casibus repentina necessitas, aut contributionis leuitas summi pontificis permissum
expectare non patitur, obseruari, hodie leges nostrae non possunt abrrogatae, ut videtur
in authent. item nulla immunitas. C. de episcop. et cleric. vt agnoscit gutierrez lib. 1.
pract. q. 3. n. 6. Marta d. 4. parte casu 1. n. 29. ad hos autem casus imminentis neces-
sitatis, aut modicae nimis contributionis referendae, et restringendae sunt. l. 92. et 94.
vbi Gregor. gloss. 1. ad fin. tit. 6. part. 1. lib. 11. et 12. tit. lib. 1. comp. ordinatio Lusitana
lib. 2. tit. 66. § 43. ellegans textus in cap. 2. de immunit. eccles. vbi vel dicendum est
tractari non de clericis, sed de clericorum et ecclesiarum clientibus et ministris, qui quam-
uis in alys immunitate ecclesiastica fruerentur. c. ecclesiarum. 69. 12. q. 2. ad excubi-
as tamen, et obsessae vrbis custodiam cogi poterant, cum reip. intersit a pluribus
defendi. l. 9. ff. de operis noui nunciatione. sic quoque exponit post panormitanum Marta
d. casu. 1. n. 19. Vel etiam dici potest vrgente extrema obsedionis necessitate clericos
ad vigilias et custodiam murorum ab ecclesiastico iudice compelli posse cum capta vrbe
nichil reliqui sit victis, ut Cato apud Salustium aiebat in coniurat. Catilinae, et quo-
dammodo plena iustitia est quae patriam tuetur teste ambrosio in c. fortitudo. 23. q. 3.
quo sensu textum in d. c. 2. accepisse videtur nostra lex. 92. vbi gregor. glos. 1. tit. 6. part. 1.
Multis multa Barbos. in remiss. ad ordin. lib. 2. tit. 1. § 17. Aneus Robertus lib. 2.
rerum iudicatarum. cap. 11.

Postremo nec rationum momenta, quae proposuimus supra n. 7. 13.
mouere nos debent, quia quamuis verum regulariter vtrumque illud clericos quasi ciues
et subditos esse eius principis, cuius in prouincia nascuntur, aut morantur, et ciuilibus
legibus publico bono latis obligari; cessat tamen vtrumque in materia tributaria

quales

est nostra, in qua specialiter cautum est clericos inter cives non computari, ut ad contributiones cogantur sine authoritate Pontificis c. 1. 6.° Etiam si ipsæ ecclesiæ vel personæ vel res huiusmodi sunt infra illorum districtum vel territorium constitutæ de immunit.e eccl. lib. 6. et

similliter certum est leges principum Secularium, quibus libertas, aut immunitas ecclesiastica leditur, nullius esse momenti, authentica Cassa Cod. de sacros. ecclesis c. Ecclesia S.ta Mariæ. 10. de constitut. c. aduersus. 7. de immunit.e eccles. docet et deducit Marta d. casu. 1.° n.° 29. et sequenti. et cum his

Finitur Sextus

